



formam illam constituendam confirmandamque, quæ deinde obtinuit, vehementer contulisse, certum est. Quare *Statutorum* quoque suorum, MESSENIUS tantopere laudatorum, hic subjungere placet exemplum (216): quorum viden-

vero (sive superbiam) adversus Majestatem civilem ei majorem quam plerisque vel antecessoribus vel successoribus suis, an exprobrare merito liceat, (ubi incertam de R. *Magno* ab eo increpato famam exceperis) dubium videatur? Gratia Regum suorum singulari potius floruisse, monumenta quæ supersunt, quæque supra allegavimus, fidem faciunt. Ac literæ R. ERICI p. 273 not. (180) a nobis exhibitæ prodere videntur, *officiales* Episcopi nostri non fuisse promptissimos Regis hujus, in moliminibus contra Patrem Reg, *Magnum* susceptis adjuvandis, affectas?

(216) "Anno &c. Domini MCCCCLII Hemingius Dei gracia Episcopus Aboensis apud predictam Ecclesiam nostram publicare fecimus in Synodo nostra subscripta Statuta; quorum *Primus* Articulus est, quod mandamus quod quilibet sacerdos, indutus vestibus sacris, excepta Casula, in diebus Dominicis in pulpitorio (*Pulpitro?*) legens sal & aquam benedicat. *Secundus* quod Sacramenta Ecclesie cum omni reverentia & attentione observentur in Ecclesiis & administrantur, videlicet Eucharistia, Oleum & Crisma, proviso quod eadem hostie consecrate non referentur in pixide ultra quindena, sed veteribus consumptis nove insuper consecrentur. *Tertius* quod in Ecclesiis testudinatis pannus unus seu vestis inter altare & testudinem superius extendatur, propter immunditias removendas. *Quartus*, quod Sacerdotes de vino & oblati cauti sint, ut illa munda habeant & incorrupta. Similiter Palle, Corporalia & alia indumenta altaris & Ecclesie munda & nitida conserventur. *Quintus* de Confessoribus Sacerdotum certis habendis, non absque licentia sui Prelati. *Sextus*, quod nullus Sacerdos alterius parochianum confessare presumat, vel Sacramenta ei administrare, sine licentia proprii Sacerdotis. *Septimus*, quod Questionarii & Bidellii non admittantur ad petendas elemosinas in Ecclesiis & Parochiis, absque licentia (leg. *litteris?*) Prelati patentibus. *Octavus*, quod quilibet Sacerdos parochialis habeat predia, libros, indumenta & ornamenta Ecclesie diligenter conscripta, & scripturam ipsam cum inventario committat Prelato. *Nonus*, quod



)

(



videndorum postquam nullam contigisse nobis hactenus facultatem supra (p. 279) significassemus, nuper illam benignè

P p 2

nigne

„nullus fundum Ecclesie, habitationem vel predia de loco ad locum
 „transferat, nec commutet, sine licentia speciali sui Prelati. Quicun-
 „que autem bona Ecclesiastica superflue erogaverit, & propter hoc fun-
 „dum Ecclesie reddiderit defolatum, tanquam dilapidator bonorum Ec-
 „clesie puniatur? *Decimus*, quod super observationem Jejuniorum de-
 „claratio tempore facta (forte fiat?). Si festum aliquod vigiliam habens jejun-
 „abilem die lune venerit, Sabbato precedenti jejunium illud (*observetur?*).
 „Ad vigiliam in pane & aqua jejunandas sine piscibus illi solum ex
 „precepto Ecclesie astringantur, qui fuerint in anno XXIII etatis sue.
 „*Undecimus*, quod in festis patrie minoribus licet in necessitatibus in-
 „vere & tempore collectionis fructuum terre, petita & obtenta licen-
 „tia a suo presbytero, absque pena pecuniaria feminare & fructus
 „colligere, & hujus consimiles labores exercere [possunt], exceptis Do-
 „minicis & festis maioribus. Ita tamen, quod extra illa tempora, &
 „nisi in casibus premisis, huius licentia ad alios quoscunque labores
 „nullatenus extendatur: & qui in premisis licentiam petere contempse-
 „rint, delinquentes puniantur in pena pecuniaria, secundum leges pa-
 „trie & consuetudinem approbatam. Festa ab hoc laborerio excepta
 „sunt hæc: Omnes dies Dominici, Exaltatio & Inventio sancte Crucis,
 „omnia festa beate Virginis, Laurentii & Henrici, Eriici & Olai, Mi-
 „chaelis, & festa Apostolorum. *Duodecimus*, quod in altaribus con-
 „secratis habeatur lapis per ipsum (an *Episcopum?*) confectus, tante
 „latitudinis, ut hostie in die pasce consecrande cum Calice possint in
 „eo convenienter contineri. *Decimus tertius*, quod libros vel orna-
 „menta Ecclesie vel altaris nullus amat (leg. *emat?*) sine speciali li-
 „centia Prelati. *Decimus quartus*, quod nullus Presbyterorum paro-
 „chianum suum presumat a sacramentis suspendere sine mandato sui
 „Prelati, nec etiam ab Ecclesia eliminare, nec tempore Pascali in pec-
 „catis notoriis (an *deest quid?*) secundum Ecclesie consuetudinem approba-
 „tam. *Decimus quintus*: Qui fundum Ecclesie defolatum reliquerit, & sic
 „recedere intenderit, etiam si licentiam habuerit, donec Ecclesiam red-
 „diderit indemnem, ab officio suspendatur. Si vero de fuga suspicio
 „fuerit, vel res suas arrestatas dolo subtrahere conatus fuerit, res
 „iplas amittat, & secundum arbitrium iudicis puniatur, nec unquam
 „officio suo restituatur priusquam Ecclesie damnificata fuerit satisfactum.



nigne nobis, pro suo in nos favore & singulari quo in res patriæ illustrandas fertur studio, procuravit, Cel. NOR-
DIN,

„*Decimus sextus*: Quando in Ecclesia Aboensi die Cene Crisma confi-
„citur, quilibet Sacerdos curatus ipsum in Ecclesia sua habeat infra
„quindenarium (*quindena?*) a die Pasce, & viciniore habeant ipsum
„quam cito possunt. *Decimus septimus*: Ut litere Sacerdotibus super
„mandato Prelati directe citius & expeditius transeant secundum ordi-
„nem de Presbytero ad Presbyterum. *Decimus octavus*: Ut pensiones
„prediorum Ecclesiasticorum, scilicet *tuigist* & *afrad* æqualiter divi-
„dantur inter Ecclesiam & Sacerdotem. *Decimus nonus*: Presbyteri ad
„exequias defunctorum vocati pro missis dicendis, tam in officio quam
„in sepultura defuncti albis seu suppelliciis sint induti. Idem in cate-
„chizatione infantum volumus observari. *Vicesimus*: Quilibet Sacer-
„dos Parochialis singulis annis cathedraticum ferat ad Synodum illi
„cui Prelatus mandaverit committendum. Quicumque vero cujuscun-
„que statuti seu articuli jam predicti transgressor fuerit, pena trium
„marcarum puniatur. Item declaratum fuit, quod pro sepultura pau-
„perum mortuorum pecuniam nullus petat seu exigat, nec (leg. nisi?)
„officio completo sepulture; parvuli vero, ut moris est, & pauperes, sine
„difficultate sepulture tradantur. Item nullus pro benedictione nu-
„bentium pecuniam petat & exigat, seu etiam pro introductione, an-
„tequam officio completo; transgressor horum, pena trium marcarum
„puniatur. Quicumque vero timore Dei postposito, que sua sunt que-
„rens non que Jesu Christi, malitiose seu paupertatis causa retinenter (vox
„corrupta!) tradere sibi equum, infirmum seu mortuum [ut] proprio equo non
„visitaverit, pena trium marcarum puniatur. Pena consimili puniatur in
„jure Suevico constitutus, qui equum malitiose negaverit in hisce ne-
„gotiis sacerdoti. Item mandamus & ordinamus, quod singuli presby-
„teri nostre diocesis ita tempestive veniant ad Synodum, quod modis
„omnibus interfint misse que in incoatione Synodi de Sancto Spiritu
„dici solet solenniter. In territoriis seu provinciis diffusis & a loco
„Synodi nimis remotis, presbyteros, unum in qualibet provincia seu
„territorio, & alicubi, si necesse fuerit, duos remanere volumus, ad
„ministerium sacerdotale populis, prout necessitas exegerit, persolven-
„dum. Quilibet etiam Sacerdos ad Synodum proficiscens, coram pa-
„rochianis suis (deest *edicat*, vel tale verbum?), ad quem in provin-



DIN, ex locupletissimo suo veterum monumentorum penu codicem MS. transmittens, ubi inter alias quasdam leges & privilegia Ecclesiis Fennicis ac maxime Alandensibus olim data, hoc quoque Hemmingianorum Statutorum (aut excerptorum ex iis momentorum?) exemplum habetur, fatis illud prodens, quam enixe de ordine conservando diligenti, externa Ecclesiæ suæ forma concinnanda, atque Hierarchia stabilienda, Episcopus noster laboraverit. Cæterum nihil quod ad animos hominum vel collustrandos vel virtutis amore imbuendos pertineat, continere, (cujusmodi curæ nec ab ingenio temporis, Hierarchiarumque consiliis, facile sperandæ erant), quisque videt.

Inter monumenta hujus ævi memorabilia, res Ecclesiasticas Finlandiæ spectantia, silentio præterire non debemus Bullas tres Papæ *Benedicti XII*, *Avenione V Kal. Junii & XVI Kal. Julii*, Pontificatus sui anno sexto (d. 28 Maji & 16 Jun. 1340) datas; quas sibi comparasse, suis rebus faventissimas, discimus *Henricum Hartmanni, Rectorem Ecclesiæ de Saxamåki, Aboensis Diocesis*, (Avenionem forte ipsum profectum?), quarumque exempla in laudato nobis sæpe *Registro Ecclesiæ Aboënsis* supersunt. Prima *Preposito, Decano & Archidiacono Ecclesiæ Upsalensis* missa, ad avaritiam atque audaciam *Fratrum Ordinis Prædicatorum*

P p 3

pro-

„cia remanentem confugere debeant, in casibus qui contingere possint. „Item famulis Episcoporum transeuntibus, seu etiam aliis quibuscunque „personis, nisi ipsos hospitalitatis causa colligere voluerint, & intuitu „caritatis, illis necessaria vendant &c. ut prius in Statutis Sabinensis & „provincialibus. Vale.” Exemplum ipsum, non accuratissime descriptum, initio seculi XVII aut fine seculi XVI vetustius non esse, multa docent.

prope Civitatem Aboensem habitantium, spectat compefcendam, de quibus Pastor iste parochialis graviter conquestus fuerat, atque potentiam qua in hilce oris Fratres illi jam pollebant, luculenter demonstrat (217). Secunda, cujus recensionem exhibet Nobil. A CELSE (218), & tertia, eidem æque ac prima illa, ignota, *Decano Ecclesie Upsalensis* soli scriptæ sunt (219), Decimarum promte atque accurate solvendarum officium incolis dictæ parocciæ se-

vere

(217) "*Querelam - Henrici Hartmanni*" -- dicit Pontifex se accepisse, "continentem, quod licet Priori generali & fratribus ordinis Predicatorum, per Apostolice Sedis privilegium, indultum fore dicatur, ut possint habere altare portatile, super quo in locis & villis quibuslibet, sine preiudicio tamen Parochialium ecclesiarum, missam & alia Divina officia celebrare valeant, tamen Prior & fratres Domus dicti ordinis prope civitatem Aboensem, pretextu indulti huiusmodi in parochia dictæ ecclesie Saxamæke super altare portatili missam & alia officia Divina celebrare, & ad missam & divina huiusmodi parochianos dictæ ecclesie convocare, & oblationes accipere ac in usus suos convertere propria temeritate presumunt, in eorundem Rectoris & Ecclesie preiudicium & gravamen. Cum autem dictus Rector, sicut asserit, dictorum Prioris & fratrum dictæ Domus potentiam merito perhorrescens, eos infra civitatem seu dyocesi Aboensem nequeat convenire secure, Discrecioni vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit, appellacione remota decernatis" &c. L. c. Fol. 50.

(218) *Appar. ad Hist. Sveo-Goth. S. I p. 117, n. 12.*

(219) Legitur utraque *Reg. Eccles. Ab.* Fol. I. Per errorem vero Nob. A CELSE nomen Pontificis ad Decanum pertrahens, l. c. dicit Bullam, quam ipse recenset, scriptam esse *Benedicto Decano eccl. Ups.* Utriusque enim, in libro veteri, idem, ac huiusmodi initium est: *Benedictus Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Decano* (cuius nomen non exprimitur) *ecclesie Upsalensis salutem & Apostolicam benedictionem.* Nomen *Benedicti* in serie Decanorum *Eccl. Upsal.* nullibi com-



vere inculcantes (220): quarum omnium exempla infra in *Sylloge Monumentorum* legenda exhibebimus. Videtur has causas *Henricus Hartmanni*, vacante per mortem Episcopi *Benedicti* sede Aboënsi, aut fortassis Antistite hoc senectute jam confecto, adeoque minus acriter officiis suis invigilante, ad Pontificem detulisse; licet paulo serius hic sententiam pronunciaverit? In literis quidem Papalibus neque Episcopi Aboënsis ulla mentio occurrit, neque facile credas, *Hemmingo* nostro, homine acri & imperioso, sedem Episcopalem ornante, *Henrico* opus fuisse vel contra Parochianorum suorum contumaciam, vel Monachorum injurias, Papalis implorare auctoritatis præsidium?

Res quod attinet eventusque politicos, qui *Hemmingo* sedente Episcopo in Fennia contigerunt; inter illos bellum externum unum, cum Russis iterum gestum, & civile

paret; cui officio per hæc tempora præfuisse videtur *Sigfridus Roekkeri*? Cfr. *Incerti Script. Chronicon de Archiep. & Sacerdotibus Eccl. Ups.* a *Scheffero* edit. p. 165 & 167.

(220) Memorabile inprimis est, quod in tertia scribit Pontifex: „Sua nobis dilectus filius *Henricus Hartmanni* - - - petitione monstravit, quod nonnulli parochiani ipsius ecclesie - - - de proventus terrarum, vinearum, ortorum, molendinorum, pratorum, possessionum, ac aliorum bonorum que infra limites parrochie ipsius ecclesie obtinent, decimas eidem ecclesie debitas predicto Rectori solvere indebite contradicunt, quandam pravam consuetudinem, que corruptela dicenda est potius, pretendentes, videlicet quod de talibus nulli adhuc Decimas persolverunt.” Ex quibus colligere licet, non diu ante hæc tempora novas aliquas plantas in Finlandia coli cœpisse, quarum igitur decimas hæcenus solvere incolæ non consueverant, illudque consilium fuisse usque in Tavastiam jam propagatum? Cfr. *Tidn. utg. af et Sällst. i Åbo*, 1785. *Bih. p. 123. sq., not. (*)*.

vile alterum, a R. ALBERTO Megalopolitano contra R. MAGNUM Avunculum suum motum, offendimus; de quibus rerum Svecicarum agunt Scriptores (221). Russos aggrediendi quam hi causam dederint, & an præter religionis catholicæ propagandæ zelum, (cum quo studium limitum regni extendendorum conciliare optime licuit) alias belli causas R. MAGNUS habuerit; nunc quidem certo pleneque explicare haud valemus (222). Cæterum & male gestum

(221) Vid. LAGERBRING l. c. C. 6, §. 15-19, & §. 62. (e *Chronico Rhythm.* p. 154 sq. & ERICO OLAI p. 125 sq. Ed. Loccen, aliisque vetustatis monumentis); Cfr. MESSENIUS *Schond.* T. III p. 13, T. X p. 16, T. XII p. 187 sq.

(222) Nullam belli causam exhibent vel *Chron. Rhythm.* vel ERICUS OLAI. MESSENIUS satis quidem idoneam, neque improbabilem, commemorat l. c. T. XII p. 187, scribens: *Interea Magnus Moschorum in Finlandiam crebris excursionibus plurimum exacerbatus bellum in ipsos moliebatur*; & T. X p. 16: "Idem (R. Magnus) crebras Ruthenorum per Nynum in Finlandiam prohibitorum excursionum, Noteburgum expugnat & Svecico munit præsidio"; sed testem nullum habet vetustiore. Idem l. c. T. III p. 13 dicit, *Magnum bellum in Russos, pro illorum conversione ac castri recuperatione Noteburgensis, parasse*; ac dubio caret, hanc solam causam infideles & hæreticos (vel Schismaticos) ad fidei Catholicæ professionem cogendi, temporibus illis satis visam fuisse validam; quin hoc in primis nomine expeditionem hanc Regis a Pontifice fuisse approbatam, adjutam & sacri instar operis commendatam, ex Bulla patet *Clementis VI* adducta a Dn. LAGERBRING l. c. C. 6, §. 17 not. (3), & Dn. A CELSE l. c. p. 122 n. 20. Eadem scilicet Bulla docet, Regem Papæ significasse, *Karelos & Ingros, recognito suo infidelitatis errore, se pro suscipienda fide Christiana in eorum auxilium specialiter invocasse, & eo ipsos ab insultibus & oppressionibus, quibus Rutheni, catholicæ fidei inimici, eos frequentius affligebant, manu valida protegente, eandem fidem suscepisse & baptismum, &c.* Russorum scriptores Regi nullam aliam causam belli suscipiendi quam Religionis Catholicæ propagandæ studium tribuunt; vid. *St. Petersburg. Journal* 1778, VI B. p. 420 sqq., (Cfr. LAGERBRING l. c.

stum fuisse novimus, (quamvis gesti rationes consiliaque parum accurate explicateque tradi soleant), & pacis constitutæ cum tempus tum conditiones definire, difficulter hodie licet (223). Regis ERICI contra Patrem R. MAG-

Q q

NUM

§. 16); nec non LEVESQUE *Hist. de Russie* T. II. p. 185 sqq., qui novo simul (præclaro scilicet!) historiam septentrionis nostri locupletat invento, nempe R. MAGNUM, *vehementi Daniæ totius subjugandæ cupiditate flagrantem*, postquam sæpius frustra apud Papam egisset, ut hic, pro plena scil. sua potestate, illud regnum sibi addiceret, tandem existimasse, se voti sui felicissimè compotem futurum, si Novogardiæ civitatem, ac totam adeo Russiam, Romanæ ecclesiæ adjiceret; atque hoc igitur consilio Novogardensibus bellum indixisse. Sed verba hominis ipsa dabimus: *Magnus, Roi de Suede, ne pouvoit renoncer au projet de se rendre maître du Danemark. Il avoit tenté plusieurs fois, mais inutilement, de se faire donner par le Pape l'investiture de ce Royaume. Il imagina que, s'il pouvoit rendre à l'Eglise Romaine quelque service signalé, il obtiendrait, pour satisfaire son ambition, le consentement du Souverain Pontife, & les secours de plusieurs puissances catholiques. Dans cette vue, il entreprit de réunir la République de Novgorod au rit Latin, persuadé que cet exemple serait bientôt suivie de toute la Russie.* Semina fabulæ ex vetustis Russorum Chronicis legisse, suspicandi materiam præbent quæ in *St. Petersb. Journal* l. c. p. 421, licet cautius, dicuntur; sed ridicula hujusmodi commenta, seria refutatione digna non esse, quisque credo nobis dabit.

(223) Quod cuique facile patebit, laudatos nuper auctores inter se conferenti: sed hæc accuratius disputare, nostri nunc non est instituti. Recte cæterum monet Ill. LAGERBRING (l. c. §. 19, p. 399 sqq) pacis factæ neque ab ERICO OLAI neque ab auctore *Chron. Rhythmicæ* ullam fieri mentionem; ac ipse illam quæ superius terminavit bellum huc traxit, antecessorum suorum deceptus exemplo: cfr. quæ supra (p. 243) docuimus. Pacem vero alteram a. 1348 inter Svecos & Novgorodenses factam esse in urbe *Furjew* (*Dorpatum* fuisse conjeçant), Russorum expresse dicunt *Annales* (vid. *St. Petersb. Journal* l. c. p. 426; cfr. etiam LEVESQUE l. c. p. 188), eamque

NUM molimina, *Fenniam* quidem illa etiam attingisse videri queant, cujus scilicet arces *Benedicto Algoti*, Duci hujus terræ a Rege ante triennium creato, extorquendæ essent: sed nihil de his motibus notitiæ ad nos pervenit (224), nec nisi post confirmatam demum cum patre
pa-

Svecis damnosam; in qua sc. hî partem suæ Careliæ Novgorodensibus cedere, & majore captivorum numero reddendo pauciores suos redimere necesse habuerint. Quæ, fatemur, parum certa nobis videntur. Primum enim locus initæ pacis, a nostris remotior finibus, dubitationem nonnullam movet; deinde Bulla Papalis nuper commemorata (alteraque ei gemina, de qua vid. A CELSE l. c. p. 122, n. 19), demonstrat bellum inter Svecos Russosque nondum a. 1351 resedisse, ad quod continuandum Pontifex Regi subsidia liberaliter concessit. Neque alios Fenniam inter Svecicam atque Russorum ditionem limites, quam qui superiore pace constituti essent, his temporibus atque proximis obtinuisse, reperimus. Cæterum expeditionem R. MAGNI haud contemnendam fuisse Russis visam, sed metum periculi postea quoque animis eorum fuisse obversatum, ex fabula colligi potest ridicula de fati Regis hujus, ad Græcam religionem transitu, & scripto; ad posteros suos a Russis invadendis arcendos, Testamento, quam Monachi Russici commenti sunt; de qua legi possunt *St. Petersburg. Journal* 1778, 6 B. p. 432 sqq., nec non *Tidn. utg. af et Sällskap i Åbo* 1783 N:o 36, p. 281 sqq.

(224) Supra jam (p. 273 sq. not. 180) verba dedimus Literarum R. ERICI, e quibus patet, eum milites etiam ex Finlandia, per *Nicolaum Thuronis*, suum in iis partibus præfectum, ad expeditionem contra Ducem *Benedictum* excivisse; qui tamen utrum in Sveciam transvecti, an, quod verisimilius videtur, ad arces Fennicas expugnandas fuerint adhibiti? plane ignoramus; ac num revera Fenniam *Benedictus Algoti* unquam tenuisset, parum certo constaret, nisi MESSENIUS, veteribus ut videtur monumentis instructus, (quorum quidem exempla idonea nos hæcenus indagare nequivimus), disertè scriberet: "1357 Ericus Rex, dominium Finlandiæ, *Benedicto* inde profligato, adeptus, 7 Septembris Abogix approbat omnia quæ Magnus patet



)

(



cem R. ERICUS in concessam sibi (cum multis aliis Regni partibus) Finlandiam transmissit, Wiburgum usque profectus; ubi Augusto commoratus mense, sequenteque Septembri Aboam revisens, in Sveciam mox reversus est (225). ALBERTUM vero suosque asseclas hostilia contra R. MAGNUM arma a. 1364 in Finlandia quoque gessisse, arcemque Aboensem a Regis hujus amicis acriter

Q q 2

de-

“concessisset privilegia Ulfbycensibus, Musfarenibus, Pedenoranis (lege *Ufsbyensibus, Mustafarenibus, Pedersöranis* l. *Pedersörensibus*) & “Nerpenfibus, *Benedictique abrogat onera, illis imposta*”; ac rursus: “1365 Rex *Albertus*, 24 Junii, subscripsit immunitatibus, quas Rex *Ericus, adversum Benedicti statuta*, quibusdam in Bothnia orientali “parochiis indulisset.” *Scond. Illustr. T. X p. 17 & 18*. Qui Tomi III p. 18 eundem in sensum scribit: “*Ericus* deinceps (1357) ætate “profectus sequenti in *suam* Finlandiam, ipsam revocat ad statum meliorem, & VII die Septembris, Abogix parochorum in Bothnia orientali veteribus subscribit immunitatibus, *ab insuetis liberans quoque “plebeculam tributis, per Benedictum Ducem impositis*”. Cfr. *EJUSD. Chron. Rhythm. Finl.* p. 32. Negari quidem nequit, sæpe *MESSENIUM*, opinionibus præconceptis abreptum, de suo haud pauca solere factis a semet commemoratis addere; sed ante oculos literas ipsas Regias hoc loco habuisse, apparet.

(225) Superfunt scilicet, in *Reg. Eccles. Aboënsis* literæ Ejus datæ *Wiborg in vigilia assumptionis b. Virginis* (d. 14 Aug.) 1357, quibus jus patronatus Monachorum Padifensium in Ecclesiam Borga confirmat (Fol. 74); aliæ datæ *Abo in profesto nativitatibus b. Virginis* (d. 7. Sept.), ej. a. quibus literas Patris sui de bonis Holmgeri Lagman, Ecclesie Aboënsi donatis, confirmat (Fol. 120); aliæ denique (Fol. 23) datæ *Stocholmis a. 1358 feria quarta proxima post exaltationem sancte crucis* (d. 19 Sept.), quibus familiares Episcopi Aboënsis ab omni expeditione & evocatione eximit. Cfr. supra p. 260 not. 164, & p. 273 not. 180. *Ducem vero Finlandiæ* (quam Regia jam tenuit potestate) hunc Principem antea fuisse constitutum, nullibi reperimus. Cfr. III. *LAGERBRING* l. c. P. III C. 6, §. 32-36.

defensam vi expugnasse, extra dubium est (226); quo tempore non solum Drotzetus Regni *Nicolaus Thuronis* (Bielke), præcipuus ALBERTI fautor qui vitam in hoc certamine perdidit, sed & novus Rex ipse huc transiit, variisque Episcopo & Clero Finlandensi concedendis atque confirmandis privilegiis, eorum sibi conciliare favorem studuit (227). Cæterum a veritate non abludivit, sub his turbis *Castrum* illud seu *Fortalicium* in *Kumo instauratum*, de quo Satacundenses vehementer adeo conquesti sunt, ab aedificis ALBERTI fuisse exstructum; quod ut demoliretur, atque loco aptiore incolisque provinciæ minus incommodo novum ædificaretur, horum querelis motus, Rex postea jussit (228).

MAG-

(226) Vid. LAGERBRING I, c. §, 62.

(227) Cfr. supra p. 274 fqq. not. 181, & p. 283 not. 190. Ex quibus patet literis, mense jam Septembri a. 1354 Regem Aboæ fuisse, nec nisi post sequentis anni initium hinc abiisse.

(228) Litteras Regis hoc de negotio missas *honorabilibus viris Tyderico Wereggis, Nicolao Katilson & Ernesto de Detzom* (qui aliis locis *Ern. de Dotzen* vocatur), e *Registro Eccles. Aboënsis* (Fol. 109) exhibet *Pet. Fortelius* *Diss. de primis initiis Bårneburgi*, Aboæ 1732 Præsid. *Joh. Haartman* editæ p. 8 sq.; quas infra in Sylloge Monumentorum, nos quoque dabimus. Castrum magni momenti non fuisse, apparet; cujus adhuc rudera in Paroecia Kumo, prope prædium *Kumo-Gård* supersunt. Aliud vero ejus loco fuisse exstructum, non constat. Ex hoc in primis tempore nomina peregrina, maxime Germanica, inter Officiales & Præfectos Finlandenses occurrere, nemo mirabitur. Portus autem *Võra*, ubi datæ literæ Regis *in præsentia Patris sui & Consiliariorum suorum* dicuntur, quibus locis querendus sit? omnino nescimus, ac nomen hoc corruptum esse suspicamur. In Ostrobotniam navigasse, ubi hujusmodi nominis reperitur hodie paroecia, non est probabile.



MAGNUM vero Regem non modo bellum cum Rus-
sis gerendum in Finlandiam acciverat (229), sed alia e-
tiam, nescio quæ negotia, paullo post his oris eum denuo ad-
movisse, ferunt: quem annis 1350 & 1351 & Aboæ fuis-
se (230), & posteriore hoc anno Estoniam quoque ac

Q 9 3

Li-

(229) Vid. supra p. 300 sq. LAGERBRING l. c. 3 D. 6 C. 15.
- 19 §. & 62 §. Anno jam 1347 (non sequente demum 1348, ut ex
pagina adscripta anni nota existimasse Dn. LAGERBRING l. c. §. 16,
fere credas) Aboæ Regem fuisse, ac *die b. Egidii Abbatis* (1. Sept.)
& *feria 3 ante nativitatem b. Virginis* (5. Sept.) plures in favorem
Episcopi Aboënsis obsignasse literas, reperimus; cfr. supra p. 269 sq.
not. 170--173. Quum vero alias literas eodem anno *feria 2 infra o-
ctavas nativitatis b. Virginis*, adeoque paullo serius, *apud Alandiam
in insula dicta Varahö*, exarasse videamus (supra p. 270 not 172),
eum hoc tempore iter in Sveciam suscepisse putes? Sequentis tamen
anni (1348) initio in Finlandia rursus fuisse, ex literis patet de pi-
scatura in *Lammais* (loco fluvii Kumoënsis) in favorem Episcopi A-
boënsis *die b. Scholastice* (10 Febr.) in parocia *Kumo* datis (*Reg.
Eccles. Ab. Fol. 109*; cfr. etiam supra p. 272 not. 177), & quæ de iti-
nere Regis Estonico mox disputabuntur. Sed non negamus, fieri fa-
cile potuisse, ut error aliquis in numeros quibus anni harum literarum
editarum significantur, irreperit? Simul vero monere liceat, nec ra-
tionibus & notis chronologicis quas Russorum veteres exhibent scripto-
res, nimis esse fidendum.

(230) Literæ sc. Regis exstant, quibus Monasterio Padifensi pisca-
turam salmonum in anni Helsingensi (*Helsing: å*) concessit, data *in
Castro Aboënsi anno Domini 1350, Dominica ante festum b. Erii Regis &
Martiris* (*Reg. Eccles. Ab. Fol. 72*, repetita ibidem Fol. 81 & 84).
Sed fatemur, quamvis duo postrema exempla Notariorum quoque publi-
corum de suo cum literis originalibus exacto consensu munita sint testimonio,
suspicione tamen hanc anni notam, nostro iudicio haud carere; quod
dies exacte idem sit (*Dominica ante festum b. Erii*), quo, ut & die-
bus proxime antecedentibus, sequente etiam anno (1351) hic Aboæ
Rex literas, partim in eorundem Monachorum, partim in Ecclesiæ Abo-
ënsis favorem, dedisse reperitur? *Die sc. Veneris ante festum b. Erii*,



Livoniam adiisse reperimus; cuius quidem suscepti itineris causas consiliumque idoneum, neque vetera indicant monumenta, neque recentiores exquirere Historici valuerunt (231). Hac vero occasione Abbati & Fratribus Mon-

na-

Jus Patronatus in Ecclesiam Borga cum suis capellis iis concessit (*Reg. Eccles. Ab. Fol. 72*); *Sabbato proximo ante Erici regis & martiris libertatem a tributis largitus est prædiis quibusdam Ecclesie Aboënsis* (Ib. Fol. 147); & *Dominica ante festum b. Erici Monachis Padifensibus Piscarias ad fundum presbiteralem in Borga pertinentes, (cum piscatu salmonum in amne Helsingensi non confundendos), dedit* (Ib. Fol. 72 sq.),

(231) Vetusti testis (Fratri *Thorneri Andree*, Monachi *Wadstæmensis* (*Reg. Eccles. Ab. Fol. 75 & 83*) auctoritatem non invitè amplectimur, qui confirmavit Regem *Magnum* Monachis *Padifensibus* benignum se præstitisse, adeoque *Estoniam* adiisse, *quando revertebatur de Rucia*; quo pacto nihil admirationis habet, si Rex, domum tendens, vicinam primo petiit hanc terram, pietatisque & benivolentiæ suæ testandæ causa, *Padifenses* (belli tempore sibi fortasse faventes?) munere auxit? Neque huic obstat conjectura, quod cum 12 Kal. Martii (d. 18 Febr.) ejusdem anni 1351 *Rigæ* fuisset, literæ in hujus urbis favorem datæ evincunt (Vid. *LAGERBRING* l. c. C. 6 §. 25 not. I.); quo per mare, ex *Svecia*, eo anni tempore jam advenisse, ægrè credas, undeque revertentem *Sabbato ante Dominicam Passionis* (aut die 12 Martii, aut d. 2 Aprilis?) *Hapēsalis* fuisset reperimus, ac diebus 13, 14 & 15 Maji *Aboæ* commoratum (cfr. not. proxime præced.), die 4 *Pentecostes* (8 Junii) jam *Stockholmiam* rediisse, quo nempe die jus *Episcopi Aboënsis* in curiam *Saltwik* confirmavit; vid. supra p. 272, not. 178. Credere licet, Regem cum *Russis* minus feliciter bellantem, in reditu suo *Livones*, ab iisdem *Russis* perpetuo vexatos, vel in belli societatem allicere, vel alias sibi conciliare voluisse, atque hoc consilio *Rigenses* primo ac deinde *Hapsalienses* invisisse? Qua probata conjectura, cum expeditione sua *Russica* hoc iter arcum habuisse nexum, existimari debet, nec Regem post primos annorum 1347 & 1348 conatus, omnem curam belli abjecisse; quod anno quidem 1351 adhuc fuisse, ex literis *Papalibus* supra (p. 300, not. 222, cfr. *A CELSE* l. c,

nasterii *Padis* in Estonia, Cisterciensis Ordinis, eum jus Patronatus in Ecclesiam *Borgoënsē* Nylandiæ, Capellasque ad eam pertinentes (Parœcias jam inde separatas) *Perno* & *Sibbo* (cui posteriori hodiernam *Helsingensē* quoque subjectam fuisse parœciam existimamus) concessisse, constat; cujus recuperandi consilia multum sæpeque Episcopos Aboënses postea occuparunt, nec parum sollicitudinis atque curæ Abbatibus fratribusque *Padisēnsibus*,
jus

p. 122 n. 19,) laudatis atque hoc demum anno scriptis, recte colligitur.

Secundum vero quod attinet iter Regis hujus Estonicum, a. 1361 susceptum, de quo commemorat Ill. LAGERBRING l. c. C. 6, §. 52, suspectum nobis videri, supra jam significavimus (p. 289 not. 202); argumentoque ibi adducto nunc addimus, parum nobis verisimile videri, Regem *Nicolao Thureson* hoc tempore tantam habuisse fidem, ut eum copiis Gotlandorum præficeret, quem sibi infestum, filio suo *Erico* contra patrem rebellanti adhæsisse (ejus *Præfectum Osterlandiarum* a. 1350 fuisse, supra p. 273 not. 180 docuimus) sciebat; qui nec multo post, in exilium abiens, R. Albertum, avunculum regno spoliaturum, in Gotlandiam adduxit. Hunc eundem *Nicolaum Thureson* anno jam 1350 fuisse *R. Magni filiiq; sui Ducis Erici officialem, Consiliarium & Dapiferum* (*Åmbetsman, Råd och Drot*) docet Nob. VON STIERNMAN *Höfd. Minne*, II D. VIII B. I. C. MS. Vid. *Bib. til de af et Sålft. i Åbo utg. Tidn. för år 1785*, p. 185); ac ipse monet Dn. LAGERBRING, (l. c. §. 49) nullam omnino ejus in Gotlandia a. 1361 defendenda cerni operam. Itaque ad a. potius 1351 referendas esse Literas Regis a STRELOVIO p. 163 sqq. adductas, putamus, atque expeditionem spectasse Regis Rullicam? quem a. 1361 neque per Finlandiam iter fecisse reperimus, nec facile existimamus die jam 13 Februarii maritimo itinere *Hapsaliam* appellere potuisse? Anno autem 1351, a *Sabbato ante Dominicam Invocavit* (d. 5. Martii) ad *Sabbatum ante Dominicam Passionis* (d. 2 Aprilis, aut fortassis d. 12 Martii?) ibidem commoratum fuisse, a veritate non abludit, Sed definire tamē nihil audent.

jus suum conservare tuerique diligenter nitentibus, pepererunt. Cujus rei historiam cum alio loco ex instituto explicuerimus (232), hic leviter modo tetigisse sufficiat (233). Antequam vero Rex consensum Episcopi nostri

(232) Vid. *Bihang til de af et Sällskap i Åbo utgifne Tidningsgar*, för år 1785, p. 94 -- III. Ipsa autem vetera monumenta precipua, ad hanc rem illustrandam pertinentia, infra in Sylloge dabimus,

(233) Pauca tantum, ad ea quæ loco nuper citato disputavimus illustranda pertinentes addemus observationes. Primum igitur munus, amplissimis quidem verbis Regem munus suam describere, dum se Monachis concedere significat *Jus Patronatus & omne aliud quod sibi & Coronæ Regni Sveciæ in Ecclesia Borgha & duabus Capellis eidem annexis, quovis modo competeret & competiisset; sed inde tamen concludi non debere, aut parocciam hanc in feudum iis datam, aut omnino de jure alio quam ecclesiastico sermonem esse; quod cum ex vocabulo ecclesiæ adhibito intelligitur, tum ex verbis his adjectis patet, volentes quod idem Abbas & Conventus Ecclesiam ipsam cum Capellis, ex nunc pro suis utilitatibus, prout melius voluerint & de jure potuerint, regant, ordinent & disponant. Unde in literis ad incolas ejusdem ecclesiæ simul datis, quibus mandat, quatenus ipsis (Abbati & Conventui) super eisdem juribus curent humiliter parere & efficaciter respondere, hanc adjungit formulam: proviso quod idem Abbas & Fratres vos ad nova & majora onera non astringant, quam aliis Curatis facere consueveritis. Aliter nec Episcopi Aboenses postea hoc jus potuissent penitus abolire. Nacti itaque Monachi sunt jus, per suorum aliquem illuc missum, munus Curati administrandi, & redditus Pastorales, præter illos quibus ad suam sustentationem Vicarius eorum ibi degens opus haberet, in usum Monasterii adhibendi. Quod ex his etiam oppido patet verbis Regis, in superioribus suis literis legendis: *transferentes in ipsos (Abb. & fratres), per nos & successores nostros, plenam auctoritatem ad eandem ecclesiam confratres suos, personas idoneas, cum & quotiens opus fuerit, salvo semper jure dyocessani ibidem, presentandi, instituendi, ac de prefata ecclesia, sicut juris fuerit, faciendi. Quomodo & Monachos jure suo usos fuisse novimus, & deinde, consentu Episcopi accedente, hujus quoque jus inspectionis & curæ supremæ, in**

stri in rem elicere valeret, quæ fraudi esse juribus Ecclesie
 R r fiæ

Abbatem & Conventum Padisensem fuisse translatum, videtur? Quare nec in posterioribus literis Regis, ab Episcopo etiam approbatis, ulla mentio sit juris Diocesani reservati, & Frater *Thornerus* testatur, sæpe dictum jus Patronatus Padisensibus fuisse concessum *accedente ad hoc speciali benivolentia & assensu --- Hemmingi --- Episcopi Aboënsis, --- qui simili modo, ad importunas instantias dicti Domini Regis, eidem -- jura Episcopalia & spiritualia prefatarum Ecclesie & capellarum contulit & univit.* Memorabile vero est, Episcopum annuos redditus a Fratribus Padisensibus hinc percipiendos, postea *sub certo censu limitasse*, hoc est, certam definitivisse summam, ultra quam quidquam exigere illis haud liceret; quæ verba simul confirmare videntur certam decimæ quoque *Episcopalis* partem Monachis iisdem cessione? reliqua forte parte Episcopo rursus vindicata? An hoc ob Canonicatus, quos R. *Magnus* ad Ecclesiam Cathedralem instituerat, a successore suo R. *Alberto*, ut infra docebitur, extinctos? Hinc *Tidemannus* Abbas Padisensis, in literis a. 1423 (*in vigilia S. Laurentii Martiris*) datis, faterur, Episcopum *Hemmingum* ac successores suos, Monasterio hos redditus *ex mera gracia* concessisse, ac posteriores Episcopos censum ab illo definitum *minorasse, non tamen avaricie vicio, sed carissiarum ingruentia* (Reg. Eccl. Ab. Fol. 76). Ex quibus redditibus, qui 50 marcas Svecicæ quotannis efficere debuissent, Conventum suum non plus quam 30 percepisse, ad Episc. *Hemmingum* scripsit Abbas *Nicolaus* [non abbas *Conradus* ad Episc. *Magnum*, ut per errorem legitur in sæpe commemoratis *Nov. Ab. Bih. tit. Tidu. &c. l. c. p. 97*].

Tandem observamus, difficultatem quandam parere, quod in literis suis R. *Magnus* non modo significat Jus Patronatus in Ecclesiam *Borga* ad se illo tempore pertinuisse, sed etiam *ab antiquo compeçisse* asserat; cum in veteri contra annotatione, quam *Reg. Eccles. Aboënsis* Fol. 73 exhibet, disertis verbis doceatur *Ecclesiam Borga cum Capellis, ante tempora Magni Regis non fuisse regalem, sed b. Hemmingum -- ad supplicationem Regis predicti fecisse eam regalem.* Num igitur auctor annotationis falsus fuit, aut num dubii juris hæc olim fuit ecclesia (quam in conventionem anno sequente inter Regem & Episcopum facta, ecclesiis regalibus accenseri, certum est, cfr. supra p. 273 not. 178), donec Episcopus eam Regi cederet?

fiæ suæ videretur, necesse habuit hanc jacturam aliis largiendis commodis compensare: quamobrem duas Aboæ instituisse novas Canonias eundem Regem constat, relictibusque necessariis dotasse, atque hac demum conditione, liberalitatem Padifensibus promissam præstare & ampliare potuisse (234). Quas Canonias cum successoris sui

(234) Docet hoc Annotatio vetus, cujus supra jam mentionem fecimus, *Registro Eccles. Aboënsis* adjecta, quam hoc loco integram dabimus: "Notandum, quod Ecclesia Borgha cum Capellis ante tempora Magni Regis non erat regalis, sed beatus *Hemmingus* Episcopus Aboënsis ad supplicationem regis predicti fecit ipsam regalem, Quo facto statim Rex donavit jus Patronatus, ymmo totum jus presentandi & providendi, Conventualibus *Padifensibus* in Livonia. Et in locum illius iuris patronatus constituit idem Rex *Magnus* duos Canonicatus in Ecclesia Aboënsi, scilicet in *Tasfia*" (*Tessjö*, prædio hodie ad parochiam *Pyttis* pertinente) "*& parochia Perno*. Sed successu temporis, regnante *Alberto* rege, quidam Dominus *Nicolaus Thoreson*, postea decapitatus in Abo, illas colonias de *Tasfia* revocavit & sub tributo redegit consueto, & sic ille Canonie cum suo nomine perierunt, & per consequens totum jus de parochia Borgha in Regem, ut premittitur translatum, ad Episcopum Aboënsi rediit, licet ex superabundancia Dominus *Magnus*, olim Episcopus Aboënsis, ipsum ius Patronatus a Padensibus redemit pro Centum Nobulis". Narrationis hujus auctorem (post mortem demum Episcopi Magni Tavaft, ut patet scriptæ) a partium studio non fuisse prorsus alienum, facile damus; sed res ipsa testimonio confirmatur fratris *Thorneri*, supra jam laudato, cujus tale initium est: "Quando Rex *Magnus* revertebatur de Rucia, dedit Dominis Abbati & Conventui pro tempore existentibus Monasterii *Padis*, Ordinis Cisterciensis, Revaliensis Dyocesis, & realiter assignavit ius Patronatus ecclesie parochialis *Borgha* suarumque cappellarum, Aboënsis Dyocesis, accedente ad hoc speciali benivolentia & consensu Reverendi Patris Domini *Hemmingi*, tunc Episcopi Aboënsis, felicitis memorie, quum simili modo, ad importunas instantias dicti Domini Regis, eisdem Abbati & Conventui iura temporalia & spiritualia prefatarum ecclesie & cappellarum contulit & univit,



fui R. *Alberti* nomine, hujus in Finlandia legati & præfecti postea (prædiis a R. *Magno* in hunc usum concessis auferendis) sustulissent; Episcopo hoc causam præbuit sua quoque jura, Padisensibus impertita, revocandi (235), litisque molestæ materiam successoribus suis, ut infra patebit, quasi hæreditate transmittendi.

R r 2

Ne-

“talibus nichilominus in hujusmodi regocio condicione & moderamine
 “adhibitis & servatis, quod prelibatus Dominus Rex in Ecclesia Ca-
 “thedræ Aboensi duas Canonias fundaret, quas & fundavit per colo-
 “nias regias in Tesfia, & alias colonias de quarum nominibus dictus
 “Frater Thornerus dixit se non recordare, easque dictis Canonis ap-
 “plicavit, ad Divini cultus augmentum perpetuo duraturas. Tandem
 “vero dictis coloniis per Officiales Domini Regis *Alberti*, prefati Domi-
 “ni *Magni* immediati successoris, videlicet Dominum Nicolaum Thu-
 “reson Militem, & Simonem Haquonsen tunc Capitaneum castri *Wi-
 “borgh* auctoritate regia revocatis, dictisque Canonis cassatis & in irri-
 “tum retractatis, prefatus Episcopus Aboensis prefatas collacionem &
 “unionem, dictis Abbati & Conventui sic per eum ut præmittitur fa-
 “ctas, cassavit, irritavit, & modo simili revocavit, & dimisso eis dun-
 “taxat dicto iure Patronatus seu presentacionis prelibato, idem Reve-
 “rendus Pater, Dominus Episcopus Aboensis, dictam Ecclesiam *Borgh-
 “aa*, cum Capella *Sibba*, venerabili viro Domino *Olao Jacobi de Uls-
 “by*, tunc seniori & potiori Canonico Aboensi, Capellam vero *Perna*
 “Domino *Andree* dicto de *Perna* auctoritate ordinaria contulit, eis cu-
 “ram & administracionem in spiritualibus & temporalibus assignando”.
 Quibus verbis, quæ mox, not. proxime præced. de jure Padisensibus
 tradito disputavimus, simul confirmantur ac illustrantur.

(235) Cfr. testimonia, Nota proxime præced. allata. Ex quibus
 simul patet, minus recte viros Nobiliss. VON DALIN & LAGERBRING
 existimasse, Curiam *Saltwik* in Alandia (quam alio plane titulo Epi-
 scopus accepit) a R. *Magno* ad consensum Episcopi in hac causa obti-
 nendum, mensæ suæ fuisse datam: cui conjecturæ literæ ipsæ Regis a-
 perte adversantur. Vid supra not. (178).

Negotium si Historicis nostris iter R. Magni Livonicum facessivie: non minorem excitare mirationem narratio debuit scriptorum Livonicorum de expeditione a *Fennis*, non diu ante, ad rusticos adjuvandos Estonicos (grave jugum dominorum suorum Germanorum ferociter excutere conatos) Revaliam versus suscepta; cujus in nostris monumentis nulla exstat memoria (236). Turbas aliquas his temporibus inter *Fennos* Sveciæ subjectos (maxime *Wiburgenses*, ut viciniore) & *Estones* intercessisse, literæ testantur R. Magni, Legatis Estonum a. 1343 ad se missis traditæ (die veneris ante Nativit. virginis Mariæ h. e. die 5. Sept. datæ), quibus amnestiam injuriarum ab utraque parte commissarum observandam confirmat, simulque urget, ut quoties posthac inter *Revalienses* atque *Wiburgenses* lites & certamina exoritura essent, cuique parti jus in terra alterius, intra mensis spatium exhibeatur (237). Vere autem proxime præcedente, Rustico-

rum

(236) MESSENIUS meminit *Schond. T. X p. 15.* (cfr. *EJUSD. Chron. Rhythm. Finl. p. 30*); sed sua a *RUSOVIO* (cujus *Chronica Livonica* anno jam 1578 *Kostochii* prodierat, sine dubio sumit). Quod vero auxilium hoc Estonibus missum fuisse dicit ab *Episcopo & Governatore Finlandiæ*, more suo facit, suam interpretationem veteri narrationi immiscens. *RUSOVII* verba significare potius videntur legatis rusticorum Estonicorum permissum modo fuisse, ut privatos, sponte iis sese adjungere volentes, in belli societatem acciperent; Episcopi aut Governoris nulla sit mentio. *Middeler wyle*, inquit, *q̄vemen de Finnen van Wyberch mit etliken Schepen heran, welder der Buren legaten uthgerüstet hadden* (*Chronica der Provintz Lyfflandt durch Balhasar Rüsjouwen, p. 37*).

(237) *JOH. GOTTFR. ARNDT, Liefländ. Chronik II: Th. p. 95* habet: *Freitags vor Mariæ Geburt fertigte Magnus von Schweden und Norwegen die Estländischen Abgeordneten --- mit einer Amnestie wegen dem was zwischen seiner Stadt Wieborg, und der Adnigl, Stadt*

rum Estonicorum seditio eruperat (*die S. Georgii*, h. 6. 24 *Aprilis*); qui mox legatos cum ad Episcopum Aboensem, tum Wiburgum ablegarunt, opem Fennorum hac oblata conditione petituros, ut Svecis urbs Revaliensis in mercedem missi auxilii cederet (238). Quasdam igitur naves Fennicas copiis instructas ac Wiburgo iis subsidio profectas, Revaliam advenisse, traditur; quarum praefecti cum Rusticos interim a Crucigeris caesos urbemque firmo esse munitam praesidio comperissent, dissimulato consilio, pacifice illam intrarunt, atque amice hospitaliterque a Praefectis excepti, placato contentoque animo, domum reversi sunt. Si aestate ejusdem anni, ut verisimile est, haec Wiburgensium suscepta fuit expeditio (239); fieri potuit, ut ad has ipsas discordias, litesque alias similes,

Q q 3 tol-

Reval vorgegangen, zurück, und verlangte dagegen, das wenn die Revalischen und Wiburgischen mit einander Handel hätten, jeder Partey in des andern Lande innerhalb Monatsfrist Recht verschaffet werden möchte.

(238) RÜSSOUW l. c. p. 35 sqq. KELCH, *Lieslând. Historia* p. 116 dicit: --- schickten sie ihre Vorschafft an den Bischoff zu Wieburg &c., ex oscitantia, non recordans nullum Wiburgi adhuc fuisse Episcopum; nec multo diligentius ARNDT l. c. --- und durch eine Vorschafft den Bischöfen zu Abo und Wiborg versicherten, die Stadt (Revel) den Schweden in die Hände zu spielen, wenn sie ihnen Hülfssöldner zuschicken wolten. Multo cautius RÜSSOUW, quem negligentius uterque consuluit, Rusticos rebellantes scribit legatos misisse ad Episcopum Aboensem, & Wiburgum (ad hujus sc. urbis & provinciae praefectos ac eives); De Duren vor Revel schicken ere Legaten an den Bischoff tho Abo, (unius tantum Episcopi meminit) und tho Wyborch umme Hülpe, unde laueden den Schweden de Stadt Revel tho leuerende. l. c.

(239) Quod inde etiam confirmatur, quia naves Fennicas a Legatis Rusticorum instructas fuisse, RÜSSOVIVS verbis citatis testatur; quos mox post Revaliam obsessam (adeoque non multo post seditionem exortam) ablegatos fuisse, liquet.

tollendas, optimates Estonum Legatos ad R. *Magnum* deinde miserint, easque quas commemoravimus ab eo literas reportaverint (240)? Aperte enim MESSENIUS fallitur, qui ad annum demum 1345 illam Wiburgensium expeditionem refert (241). Non multo tane post seditionem exortam, Revaliam a Rusticis obsidione cinctam legatosque in Fenniam missos fuisse, res docet; neque vel diu admodum durasse obsidionem, vel Fennis intercessionem rusticorum diu manere potuisse ignotam, probabile videtur. (Cfr. de tota re Ill. LAGERBRING l. c. C, 6 §. 14 & 15).

Terræ nostræ conditionem hoc tempore, proxime præcedenti fere similem fuisse, verisimile est; ita tamen, ut agriculturæ studium latius sensim propagatum interiorumque regionem incolis fuisse auctam, existimari debeat.

(240) Narrat RUSSOVIUS, Fennos Revaliam advenientes, postquam vidissent Rusticos caesos urbemque obsidione liberatam & novo præsidio firmatam fuisse; illam intrantes, causa adventus sui dissimulata, *questos fuisse de injuriis Danorum*, h. e. aut *Danorum sortem deplorasse* (ut interpretatur KELCH l. c. p. 117, *beklagten vielmehr die Dänen des erlittenen Unglücks halber*), aut fortassis *questos fuisse de injuriis sibi ab illis nuper factis*? Prætextus utique adventus sui hic fuisset probabilior? Quare addit deinde eosdem *contentos bonoque accepto responso* (mit guten bescheide) domum fuisse remissos. Sed integrum veteris Auctoris locum dabimus: Unde also de (Fenni Revaliam advenientes) vornamen hebben, det de Buren nedder gelecht, unde de Stadt Neuel entfettet weren, sint se in de Stadt Neuel gekomen, unde sic der Buren haluen gar nichts mercken laten, sundern sic der Deneschen saken haluen beklaget. Do hebben se, Herr Goshwyn van Ercke unde de Stadtholder, fründtlich tho freden gespraken, unde wol getracteret, unde also mit guten bescheide wedderümme affgeferdiget. l. c. p. 37. *Judicium lectoris esto.*

(241) L. c. p. 15.

beat. *Ostrobothniam*, inprimis partem ejus septentrionalem atque superiorem (per quam Lappones adhuc errasse, constat), parum cultam fuisse, edictum de ratione pendendarum Decimarum ad incolas missum, satis demonstrat (242); quale aliud, nec *Caveliam* superiorem (*Savolaxiam*) incolis abundasse, haud obscure prodit (243). *Meridionalis Ostrobothniæ* littora (Paroecias *Nerpis*, *Mastasaari* & *Pedersöre*, solas etiamdum in his oris) habitantes, (coloni plerique Svecici), Privilegiis a Rege *Magno* a. 1348 aucti sunt, quibus sibi jus concedebatur *vendendi & emendi invicem per totam Ostrobothniæ oram* (quæ urbibus destituebatur) *varia victualia, secale, butyrum & talia;* quo-

(242) Typis expressum in *Tidn. utg. af et Sällst. i Åbo 1785*, N:o 12, p. 89 sqq. Cfr. quæ supra monuimus p. 263 sq. not. (167). Non potuisse in Ostrobothnia boreali *Curiam Presbyterialem* (Prästebord) Curato præstari, ac hunc reditus suos præcipue in *pellibus & carne ferarum, avibus, vitulis Rangiferorum, Phocis* (ita vocem *Själ* Forn, vitiose fortasse pro *Själfoor* scriptam, interpretandam suspicamur?) *piscibus, sæno & butyro* percepisse, inde discimus.

(243) Legi potest l. c. (*Tidn. utg. af et Sällst. i Åbo 1785*) N:o 11 p. 81 sq. De quo item conf. quæ supra p. 263 sq. not. 167 disputavimus. Inter reditus Curati insignem locum *Pelles Sciurorum* occupant, unde *Silvis* regionem abundasse, patet. Tamen *frumentum* etiam hos coluisse, apparet. Cfr. supra p. 230 sqq. not. 106 & 107. Egregie illustratur hæc res verbis in *Prefatione Libri Rationum*, quo omnes reditus Ecclesiæ Cathedralis & Canonicorum Aboënsium, jubente R. *Gustavo I*, consignabantur (de quo pluribus infra) occurrentibus hujusmodi: *I Laxastland och i Karelen gdrs Kirkes Tiende i penningar efter Boge taell, sent af hwarion them som åro XV år gammall gdrs i Laxastland i Ortiger och i Karelen i Skillingh. --- Och i förste begynnelsen när Christendom kom til Finland, gjordes eth grofskin aff hwarjo begbo; sedhan noghon tijdt ther efter wart thet wänt i penningar, efter the künde icke få sin.*

quorum Privilegiorum confirmationem deinde cum a R. *Erico* a. 1357 d. 7. Septembris, tum a R. *Alberto* a. 1365 d. 24 Junii, nacti sunt (244). Incolas Finlandiæ quod distingui sæpe his temporibus videmus in illos, qui *habitarent in Jure Svecico* (quod alibi *Jus Helsingonicum dicitur*), vel *subditi essent Juri Helsingonico*, ac illos, qui in

(244) Vid. MESSENII *Schond.* T. X. p. 16 & 17. Hic fortassis favor R. *Alberti* effecit, ut Ostrobotnienses ei sese addictos, præ cæteris Fennicæ incolis, ostenderent? ceu ex literis Ejus colligas, quas hoc potissimum loco, utpote anni nota carentes, ex *Registro Eccles. Ab.* descriptas, exhibebimus: "Albertus Dei gracia Sveorum Gothorumque Rex ac Dominus terre Scanie. Favorabili salutacione in Domino premissa, Dileccionibus vestris summe regraciamur, pro eo quod Vos in his que nos & coronam regni nostri tangunt, exhibueratis & exhibetis sollicitos & fideles, rogantes instanter ad hoc tam inceptis terminis quam aliis, ubi necesse fuerit, cum consilio eruasti" (an nomen viri, *Ervasti?* vel *Ernesti*, forte de *Dotzen?*) "fideliter continuare velitis in futurum. Ceterum ex quo ad nostram noviter devenerat noticiam, quod rustici in prefectura *Wiborgensi* & *Nylandensi* iura nostra regularia & servicia pro castro *Wiborgensi* debita solvere & exhibere differant, a Dileccionibus vestris affectamus, quatenus circa hoc efficaciter laborare velitis, ut postpositis dissensionibus, contumaciis & erroribus universis, nobis & corone amodo sicut hætenus in facienda & exhibendis hujusmodi juribus nostris & corone reddant se obediētes, benivolos & paratos. Preterea scire vos volumus, quod mittimus vobis litteram confirmacionis super placitacionibus & treugis per vos cum terris, provinciis & parrochiis de Finlandia nostro nomine initis & conceptis: instantissime petentes, ut super omnibus nostris & regni commodis & negociis vos sollicitos reddentes, ea que in illis partibus erga communitatem & alias occurrunt, nobis continue rescribatis. Valetis (valeatis?) in altissimo per tempora longiora. Scriptum Stockholmie, feria 2 proxima post Egidii Abbatis, sub secreto nostro". (*Registr. Eccles. Ab.* Fol. 12) Ad quos Amicorum vel Præfectorum suorum hæc literas Rex miserit, non patet; in veteri vero libro hæc inscriptio iis præmittitur: *Littera Alberti Regis super placitacione in Norrabuthn*, unde ad Ostrobotnienses pertinuisse, intelligitur,



)

(



in *Jure* essent *Finnonico*; diversam spectare putamus tributa, cum Regi tum Episcopo & Clero, pendendi rationem: quam, pro œconomix vario consilio, aliam colonis Svecis (maximam partem Helsingis, rei inprimis pecuariae deditis), suorum sc. conformem majorum institutis atque consuetudini, aliam Fennis venatui & agriculturæ (suo sc. modo) addictis (245), fuisse, hinc intelligitur. Ad prius genus pertinuisse reperimus *incolas insularum Finlandiæ* (australioris) & *terræ Nylandiæ* (maritimæ), qui scilicet originis essent Svecicæ linguaque Svecana uterentur; ad posterius autem qui reliquas (inprimis interiores) terræ nostræ partes incolerent (246). Introdu-

S f

ctum

(245) Cfr. supra p. 63 sq.

(246) Novum prædium, quod D:no *Elavo* Canonico, ac postea Archipræposito Aboënsi, D:nus *Ærengislo Andree* auctoritate Regia colendum dedit, *subjecit juri Svecico quoad exhibiciones exhibendas, sicut alias silvas de novo occupatas*, (cfr. supra p. 246, not. 131), ita ut magis proficuum Coronæ visum fuisse *hoc jus* existimes? Tributum vero ex prædio hoc pendendum, *quatuor marcas butiri* fore, simul significat. Conventionem de Decimis Episcopalibus inter Episcopum & incolas *Advocaciæ Wiburgensis* talem factam fuisse, supra vidimus (p. 230, not. 106), ut *de quolibet fumo in jure Karelico duas bonas pelles, in jure vero Helsingonico habitantes unam marcham butiri de quolibet capite virilis vel muliebris sexus septimum sue etatis annum complente, singulis annis tenerentur exhibere*. Cum quibus conferantur jam a nobis allatæ literæ *Beronis* Legiferi, ubi commemorantur *habitatores terre Nylandiæ & rustici insularum Finlandiæ, juri Helsingonico subditi*, (supra p. 192 not. 56); literæ *Hemmingi* Episcopi de *Mathskuth*, Clero & populo Nylandiam inhabitantibus *in jure Helsingonico* (supra p. 265, not. 168); & literæ Archiep. *Birgeri* (infra adducendæ), quibus conventiones inter Clericos & Laicos Finlandiæ hætenus servatas confirmat, ut scil. loco *oblacionum & Mathbyrdh unam carpam siliginis cumulatam in jure Finnonico, & decem marcas butiri in jure Svecico*

Atum a R. *Magno Ladulås* discrimen inter *Prædia libera* (s. *equestris*) & *tributaria* (Grälse samt Skatte och Krono Zemmin), etiam ad Fenniam, mox pertinuit, iisdemque hic abusibus, quibus alibi, occasionem præbuit; quibus igitur R. *Magnus Erici* medelam justam allaturus, memorabile contra audaces Regii juris temeratores sanxit Edictum, cujus tamen rigorem mox temperare consultum duxit, & quantum ad *Prædia Ecclesiastica* attinet, ne Hierarcharum odia contraheret, penitus illud abolere, coactus fuit (247).

Ar

pendent (Reg. Eccles. Ab. Fol. 4). Ex sententia porro judiciali inter incolas quosdam parœciæ *Lundo* (quam legendam exhibuimus in Bih. til de af et Sällst. i Åbo utg. Tidningar för år 1785, p. 69 sqq.) litigantes lata apparet, eorum alios pertinuisse ad *jus Svecicum*, alios ad *jus Finnicum* (Lårdhe för oss Hmza i Måfås of hans kompani i Sinska Rätthen i Lundha sockn, til Michel Kågety's of hans kompani i Swenska Rätthen i sama sockn). In alia sententia judiciali a. 1474 lata (Reg. Eccles. Ab. Fol. 214) de limitibus inter prædia *Paymala* & *Sigreta*, ejusdem parœciæ, mentio fit *finium inter jus Finnicum & Svecicum* (then raæn som skiller ath Sinske retthen of Swenske retthen); ita ut parœciam in duas fuisse partes divisam pateat, limitibus certis definitas, quarum habitatores, pro agrorum suorum situ *juri* vel *Svecico* vel *Finnico* essent subiecti. In literis collationis, quibus *Bero* Episcopus a. 1389 *Nicolaum Hinzichini* Ecclesiarum *Rusko* & *Reso* vicarium perpetuum constituit, inter alios redditus Archipræposito reservatos commemoratur *dimidietas decimarum in seminibus & dimidietas Matskoth in parrochia Reso in jure Finnico* (Reg. Eccles. Ab. Fol. 259). In literis permutationis, quibus quidam *Tyddi Kræpunj* (ita in exemplo nostro nomen ejus scribitur) se prædium in villa *Stensbôle* in parrochia *Borgha* situm a. 1335 ab Episcopo *Benedicto* accepisse testatur, huic contra assignat *bona sua in Rimitto, juri tantum Finnico subiecta* (Reg. Eccles. Ab. Fol. 100). Quæ exempla in unum colligere voluimus, ut eo luculentius totius hujus rei ratio intelligeretur.

(247) Notitiam hujus rei ex literis Regis haurire licet sequentibus; "Omnibus præfens scriptum cernentibus *Magnus Dei* gracia Sve-



)

(



Arces easdem (quarum Præfectis provinciarum simul administratio erat commissa) quas proxime superiori æ-
S f 2 tate

“cie Norvegie & Scanie Rex salutem in Domino sempiternam, Tenore
 “presencium noverint universi, quod licet nos bona omnia olim tribu-
 “taria & nunc per homines bona sua libera tenentes a rusticis conquesta,
 “diligenter conscribi, & fructus eorum omnium & singulorum, per no-
 “stras certi tenoris literas poni mandaverimus in sequestro, nostre cum
 “(an tum?) intencionis nec existit nec existit, quod conscripcio & a-
 “restacio, predictæ ad bona que sunt ad ecclesias devoluta quomodolibet
 “se extendant, sed ea omnia in eo statu manere graciose volumus, in
 “quo sunt & fuerant, donec specialiter & expresse aliter de ipsis man-
 “daverimus & duxerimus ordinandum. Datum Ludovic, sub sigillo no-
 “stro, anno Domini Millelimo CCCL primo, die decima mensis Octo-
 “bris. Habentur in Registro Eccles. Aboënsis Fol. 22; ac testantur, Re-
 gem non modo Laicorum licentiam, qui prædia tributaria privato au-
 fu in libera commutare, ubi ipsi Equestris essent Ordinis (Frälsmän)
 instituerant, reprimere non dubitasse (quæ forte non ultima fuit caus-
 sarum, cur in odium optimatum incurreret?), sed potestatem simul
 sibi vindicasse (qua nunc quidem uti noluit), de Clericorum quoque si-
 mili licentia, cum videretur, statuendi. His a'ias porro adjungimus
 Regis literas, eodem loco dicque datas, idem argumentum spectantes,
 sed ad Fenniam præcipue restrictas & Episcopum nostrum inprimis at-
 tingentes: “Omnibus presens scriptum cernentibus, Magnus Dei gra-
 “cia Svecie, Norvegie & Scanie Rex salutem in Domino sempiternam,
 “Tenore presencium noverint universi, quod licet nos bona omnia o-
 “lim tributaria, & nunc per homines bona sua libera tenentes a rusti-
 “cis conquesta diligenter conscribi & fructus eorum omnium & singu-
 “lorum per nostras certi tenoris litteras poni mandaverimus in seque-
 “stro, quum ex hoc tributa notabiliter minuuntur & aliorum iuri pluri-
 “mum derogatur; nolentes tamen quod sequestracio, si diu forte duraret,
 “nimium fiat aliquibus onerosa, Reverendo ac dilecto nobis in Christo
 “patri, Domino Hemmingo, Divina providencia Episcopo Aboënsi, ac
 “nobilibus & discretis viris, Domino Gregorio Styrbèrni, Consiliario
 “nostro, & Nicolao Ericson, Præfecto Aboënsi, de quorum industria ac
 “discrecione plenam in Domino fiduciam obtinemus, omnimodam tenore
 “presencium vice nostra tribuimus facultatem, personis quas ad suppor-
 “tandum servicium, pro bonorum suorum libertate debitum & consuetum



)

(



tate (cfr. supra p. 135 sq. 215, 248 sqq.) hac etiam commemorari videmus; si minoris momenti *Kumoönsen* illam, cuius nuper mentionem fecimus (248), excipias, *Urbium* Fennicarum numerum (inter quas non nisi *Aboönsen* & *Wiburgensin* hactenus reperimus) nova *Ulsbyensi* (postea *Björneburgensi*) jam fuisse auctum, deprehendimus (249).

In-

“reppererint ydoneos moribus & etiam facultate, usum omnium predicatorum bonorum suorum & fructuum ex eis provenientium ex nunc liberè permittendi, & sequestrum quoad ea per nos factum, sicut premittitur, suspendendi, donec circa id aliter duxerimus providendum, Reliquis vero, qui hactenus in hiis offenderant, ad dictorum Dominorum Episcopi & Gregorii ac Nicholai Ericson prefetti devotam supplicationem de speciali gratia indulgentes, volumus & mandamus, quod ipsi tributa nostra deinceps persolvant & alia onera sicut ceteri tollerent (tollant) & supportent; cum iniquum sit, quod nec cum Militaribus serviant & laborent, nec cum Rusticis subditi sint tributis. Et si omnes tres premissis faciendis interesse non poterint, duo ex ipsis omnia & singula jam premissa nichilominus exequantur. Datum Ludovie sub sigillo nostro, anno Domini MCCCL primo, Decima die mensis Octobris”. Cuius has literas perlegenti, & æquitas Regis, & fides quam Episcopo nostro his temporibus habuit, manifestæ fiunt; nec parum lucis, mori huic atque instituto in universum, hinc accedit,

(248) Supra p. 304 & not. 228.

(249) De cuius initiis vid. Dissert. FORTELII supra (p. 304 not. 228) laudata, imprimis p. 10 -- 14; præcipue autem legi merentur privilegia novæ huic urbi a Rege Alberto a. 1365 concessa, quæ luci publicæ commisit BIÖRNER de *Sockholmia antiqua* p. II (cfr. LAGERBRING l. c. C. 6, §. 62, & not. subiecta (6).) Quorum igitur exemplum, inde descriptum, adjungere placet: “Albertus Dei gratia, Svecorum Gothorumque Rex, dilectis sibi in Domino universis & singulis, tam presentibus quam futuris, villam Ulsby inhabitantibus, pacem gratiam & salutem. Universitatem vestram, una cum omnibus & singulis bonis vestris, mobilibus & immobilibus sub nostram pacem &



)

(



Inter *Præfectos* autem *Finlandiæ*, *Hemmingo* sedente
Episcopo memorabiles, (præter *Johannem Christineson*,
S f 3 cu-

“protectionem suscipimus specialem, dantes & concedentes vobis, ex
“consilio & consensu Consiliariorum nostrorum, tenore presentium, li-
“beram facultatem, ut *juri civili dicto Byarkö-Lagh*, seu libro legum
“per *carissimum in Christo avunculum nostrum, Dominum Magnum*,
“Dei gracia Sveciæ & Norvegiæ Regem, pro utilitate civitatum & vil-
“larum forensium, in regno nostro Sveciæ nuper edito, de cetero in vil-
“la vestra cum omnibus & singulis articulis & clausulis in dicto libro
“contentis, quibus civitates & ville predictæ perfruuntur, uti libere
“valeatis. Unde omnibus Advocatis nostris superioribus & inferioribus,
“eorum officialibus, ac aliis quibuscunque conditionis aut status exi-
“stant, sub obtentu gratiæ nostræ districtius inhibemus, ne vos vel ve-
“strum aliquem, in personis, bonis aut juribus seu legibus premisis,
“contra hanc nostram gratiam audeat impedire, aut quomodolibet in-
“debitè molestare. Datum apud Castrum Aboense anno Domini Mil-
“lesimo CCCLX quinto, feria sexta proxime post festum beate Agatæ
“Virginis, sub secreto nostro presentibus appposito impendenti”. Quod
ex autographo literas hæc se dare *Bidnerus* confirmat, de fide illarum
non dubitamus; licet quædam circa easdem notanda occurrant, hoc lo-
co jam non disputanda. Cæterum urbem eo loco, sensim ut consuevit
enatam, jam antea quandam fuisse, ex sequentibus intelligere licet li-
teris: “Universis presentes literas inspecturis *Andreas Van*” (nomen
ipsum intercidisse videtur, cui more Germanorum hæc præpositio erat
præmissa? vel num nonnisi nomen *Van* gessit?) “*Civis in Hulsby*, Dy-
“cesis Aboensis, salutem in Domino sempiternam. Recognosco per
“presentes, me Reverendo in Christo Patri & Domino, Domino *Hem-
“mingo*, Dei gracia Episcopo Aboensi, ac ejus successoribus, bona mea
“in Forsby in parochia Kummu, fundum videlicet infra villam, cum a-
“gris, pratis ac aliis quibuscunque prope vel remote positis, que qui-
“dam dictus *Bowe* alias in eadem villa possederat, rite & legitime di-
“misisse & ad manus assignasse, jure perpetuo possidenda, transferens
“in eundem Dominum Episcopum & ejus successores plenum proprietatis,
“juris & possessionis dominium, dicta bona quomodolibet ad placi-
“tum libere ordinanda (ordinandi?), ablata mihi & heredibus meis
“omni facultate antedicta bona impostero impetendi. In quorum e-
“videnciam Sigilla discretorum virorum, Domini *Hermani Curati* in



jus supremæ auctoritati judiciariæ a. 1344, quamdiu Rex in Norvegiam profecturus absens esset, *Osterlandia* etiam subijciebatur (250) inprimis referri debet famosus ille *Benedictus Algoti*; quem a. 1353 a Rege *Magno* creatum fuisse *Ducem Finlandiæ* (fatis mira provinciarum distictimarum conjunctione) constat (251). Vehementer Fenos tributis oneribusque aliis iniquis imponendis vexasse, *Messenium* supra jam vidimus querentem; idque fortasse hominis apud Regem gratiosissimi durum imperium, causam querelis inprimis præbuit ejusdem generis contra Regem ipsum fufis (252)? Duci huic *Finlandiam* a R. *Erico* a. 1357 fuisse ereptam, nuper commemoravimus; morteque eum non multo post ambitionem suam luisse, notum est (253).

Ni-

“Ulsby, Henrici Paskudagh & Arnichini Öskåra, una cum proprio presentibus sunt appensa. Datum Ulsby anno Domini MCCCL quinto, “crastino Mathie Apostoli”. (*Regist. Eccles. Ab. Fol. 109*). Notum est, cives illo ævo non facile sese alios quam *urbium incolas* vocasse; ac nomen hominis, Germanici moris, prodere videtur, mercatores aliquos hujus gentis, loco commerciis (ob fluminis insignis viciniam) exercendis idoneo, confedisse. Nec omnino a vero abhorret, testes illos, qui præter Curatum loci, sigillis suis literas hæc confirmarunt, venditoris fuisse *concives*?

(250) Vid. HADORPHII *Bih. til Rimfrønif.* p. 41; cfr LAGERBRING I, c. C. 6, §. 6.

(251) Vid. LAGERBRING I, c. C. 6, §. 27 & quos adducit testes, quibus addere licet locum *Annalium Sigtunensium* (MS.) plane consentientem: “1353 Dominus Benedictus Algoti creatus est Dux Finlandiæ & Hallandiæ per Dominum Magnum Regem Sveciæ”.

(252) Vid. Supra p. 301 not. 224; cfr. tamen *Messenius Schond. T.* III p. 13.

(253) Vid. LAGERBRING I, c. C. 6, §. 32, 33, 34, & 45.



Nicolaum Thuronis (Bielke) & *R. Erici* & postea *R. Alberti* nomine (a. 1358 & 1364) in Finlandia suprema ornatum fuisse potestare, supra significatum fuit (254); quem præterea, non Legiferi tantum hujus terræ obiisse munus mox videbimus, sed etiam (a. 1362) alia in his oris jura tenuisse atque exercuisse, novimus (255). Cum
cæ.

(254) P. 273 not. 180; p. 307, not. 231 & p. 311 not. 234.

(255) Testantur hoc non tantum ea quæ supra adduximus p. 283 not. 190, sed literæ etiam sequentes, quibus Piscaturam Salmonum in amne Helsingensi a Rege antea jam Conventui Padifensi dono concessam, illis denuo, quasi suo jure tradit: "Omnibus presens scriptum cernentibus *Nicolaus Thureson* Miles, Dapifer Regis Svecie, in Domino salutem. Ex quo magnifici *Principes & Domini mei*, Domini *Magnus Dei gracia Rex Svecie Norvegie & Scanie*, & primogenitus suus *Ericus eadem gracia Rex Svevorum & Dominus terre Scanie*, *Abbatî & Conventui Monasterii Pades*, ordinis Cisterciensis, quandam piscaturam Salmonum in *Borgha*" (vitiose hoc nomen esse scriptum pro *Helsingaa*, mox videbimus) "contulerant perpetuis temporibus possidendam & pro suis usibus libere ordinandam, *eisdem totum jus quod mihi in eadem (eandem?) competere dimitto*, affirmans firmiter per presentes, quod hujusmodi piscaturam pro ipsis nullo unquam tempore de cetero impetere debeam vel quomodolibet impedire. Scriptum sub sigillo meo anno Domini MCCCLXII:º feria 2 proxima ante ascensionem Domini". (*Registr. Eccl. Ab. Fol. 88*) Quodnam vero jus, vel privatum vel publicum, Regiæ contrarium liberalitati, in piscatum hunc ille habere potuerit, cuique his renuntiaverit? nos plane latet. Quum autem salmonum in amni *Borgoönsi* piscatus nullus esset; ne juri Padifensium, ex errore in nomine loci significando commisso, quidquam detrimenti accideret, affinis atque amicus suus *Suno Haquini*, (de quo infra) literis Drotzetî hanc adjecit declarationem: "Omnibus presens scriptum cernentibus *Suno Haquonsen*, *Advocatus Wiborgensis*, salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium coram omnibus nunc protestor, quod Dominus *Nicolaus Thureson* precepit Clerico suo quod scriberet in littera sua, cui mea

ceterum de vita sua morteque alibi egerimus, ea hoc loco non repetimus (256).

Reliquos Finlandiæ provinciarumque suarum his temporibus Præfectos, quorum aliqua superest memoria, ibidem enumeravimus (257), quos igitur item hic silentio præterimus.

Memorable autem in primis est, hac demum ætate *Legiferorum Finlandensium* primam occurrere mentionem; quod munus maximæ olim in Patria fuisse dignitatis, nemo ignorat. *Bero, Legifer partium orientalium Finlandiæ*, antiquissimus est quem nostra monumenta commemorant (258).
U.

“littera nunc affixa est, piscaturam salmonum in *Helsingha*, ubi scripsit *Borgha*, quod ipsam Conventui Monasterii Pades omnino dimisit, ex quo Magnifici Principes Dominus *Magnus Dei* gracia Rex Svecie, Norvegie & Scanie, ac primogenitus suus *Ericus* eadem gracia condam Rex Svevorum & Dominus terre Scanie, predicto Monasterio contulerunt, perpetuis temporibus possidendam. Scriptum anno Domini MCCCCLXII; o, sexta feria proxima post exaltacionem sancte crucis”. (*Ibid.* Fol. 89). Neutarum literarum exaratarum locus, expressus est. Hoc autem satis patet, cum posteriores darentur, *Nicolaum Thuronis* jam discesse.

(256) Vid. quæ collegimus in *Bih. til de af et Sällskap i Ibo utgifne Tidningar, för år 1785*, p. 185 sqq.; cfr. p. 103 not.

(257) L. c. *Bihang. &c.* p. 184 sqq. & 226 sqq.

(258) In literis judicialibus a. 1324 scriptis (*Registr. Eccles. Ab.* Fol. 101) vocatur *Bero Legifer*; in literis aliis a. 1327 (*Ibid.* Fol. 145) audit *Biørno Legifer*; in aliis, a. 1332 datis ipse vocat se *Beronem Legiferum partium orientalium Finlandiæ* (*Ib.* Fol. 146); in aliis a. 1345 *Beronem Legiferum Nylandiæ* (Vid. supra p. 192); nulla vero alia causa *Nylandiæ* hic solius eum meminisse credimus, quam quod res quam hæ literæ suæ spectarent, ad *Nylandos* in primis pertineret?

Utrum etiam ante eum aliqui idem munus obierint, nobis ignoti, an vel Uplandiæ Legiferorum jurisdictioni hæc terra subjacuerit, vel alio modo justitia administrata fuerit, nos omnino latet. Pari autem dignitate qua reliqui Regni Legiferi, initio nostros non eminuisse, mox videbimus. Proxime post *Beronem, Matthiæ Kogh*, ut harum provinciarum Legiferi, mentionem fieri reperimus; qui tamen, utrum ordinario munere, an vicario tantum, ornatus fuerit? certo definire non valemus (259). *Nicolaus* autem

T t

Thu-

Ultimas illas quas ab eo scriptas habemus superstites, adjungemus, a. 1347 Svecice exaratas; quarum cum duo exempla in *Registro Eccles. Ab.* existent, non in omnibus simillima, prius (quod Fol. 108 legitur) accurate descriptum ita dabimus, ut posterioris (Fol. 164 reperiendi ac orthographiam fere recentiore exhibentis) lectiones plerasque variantes interferamus: "Allom thom (them) thetta breff hõra (hõrã) ok (eller) see, "fåndher *Byðrn* Lagman áverdelika helse (helfo) met varum (vorum) "Herra. Thet see allum (allom) vitherlikit om i stróm j Kwmoboa "[oc] som hether *Lammas* mik haffua dõmpt h ath byggias (byggia) "ápther (epter) Konungs (Konunkx) doma ok (och XII) Synamännã "(Synemãnne) vithnum (vitner), swa (swo) ath ángnen (at inghin) "skipheth (skipleed) fortakas (fortagis) up áller (eller) nidher ath "fara badhe thår (tår) ok annårstadh (och anderstaadh), thår (ther) "biscopsins landh ligger (frålsth) vatnith míth j annor (aena) ath "byggia som for (fõrre) var sakth, nårvarandhe (nårvarende) badhe "(bodhe) árlikum (árlegwm) klárkum ok (och) lekmannum (leyk- "mannum), swa ath ingen (inghin) dirwis (dirffuis) til nokor (no- "ker) forfiske giõrã (gõra met) kolkum, náthum (náthiom) áller no- "tum (eller nothom), uthan swa som lagh sigia (sãgia) Thetta breff war "scriffuath j Abo ápter (epter) vars herre (herrã) byrdh Thusandhe "(M) arum, Trihundrade (CCC) arum, fyretighi (XL) arum ok a "fiundhe (ok siwendhe) areno, um sancti Kalixti dagh, undher mith "mit) incigle".

(259) Partim *Kogh* vel *Koogh*, partim *Kogger* nomen ejus in *Reg. Eccles. Aboensis* scribitur, Nob. VON STIERNMAN *Höfö. Miane*

Thuronis, (is quem Praefectum etiam harum terrarum e-
gisse supra vidimus), qui a. 1362 Legifer fuit Finlan-
diæ, majoribus opibus majorique potentia valuit, quam
ut omnia sibi suisque successoribus jura non compararet,
quibus reliqui gauderent Regni Legiferi: quare occasione
eligendi in Regem Sveciæ *Haquini* Principis, consensu &
Patris sui Regis *Magni*, & Regni Senatorum communi,
cum illi, tum successoribus quoque suis, atque incolis adeo
Finlandiæ in perpetuum, jus tributum fuit, (quo hacte-
nus caruerant) cæteris Sveciæ Legiferis & civibus ab an-
tiquo usurpatum, Regem eligendi; ita tamen, ut si hie-
mis vel tempestatum vi prohibitus Legifer, cum electori-
bus reliquis Finlandensibus, stato constitutoque adesse tem-
pore nequireret, electionis tamen negotium ac solennitas
eam ob causam differri aut in aliud tempus rejici non
deberet, sed ordine modoque solito tempestive peragi
atque absolvi (260). Inter causas, cur Finlandiæ incolis in-

II D. 8. S. I C. (MS.) vocat eum *Matth. Kaggar til Mesvik*, *adel*
th Wisbyrdog man, samt *Underlagman i Östherlanden* år 1352, quomodo
eum sese appellasse ipsum, in sententia judiciali, de piscatura salmo-
num in Ostrobotnia lata atque perscripta, testatur. In alia sententia
judiciali, eodem anno literis exarata, quæ in *Registro Eccles. Ab.* (Fol.
119) reperitur, & typis expressa legitur in *Ubo nya Tidningar*, för år
1789 N. 38 p. 307, similiter vocat se *Undilaghman i Östherlandhum*.
Quamquam igitur & a. 1351 dicatur *Legifer Nylandiæ* (*Reg. Eccles.*
Ab. Fol. 134) & a. 1356 *Mathias Kogh Legifer* (*Ib.* Fol. 131 sq.);
verisimile tamen est, eum non nisi *vicarium Legiferi* Finlandensis
(*Underlagman*) fuisse? Ordinarium vero munus quis eo tempore ges-
serit, nescimus. In ipsis etiam annorum notis ne aliquis error irrep-
serit, timemus?

(260) Literas hæcæ primum typis exscriptas dedit Nobil. LAGER-
BRING, *Saml. af Lissilliga Handlingar* -- som Funna gifwa Ijus i
Swänsta Historien, I D. p. 193 sqq.; sed quod apographo usus esset

insigne hoc jus concederetur, Rex hanc etiam adducit, quod *Parentes sui fidem illorum atque amorem fuissent experti* (261); literisque Regiis *Hemmingus* quoque Episcopus Aboënsis subscripsit (262): quibus accuratius examinandis atque expendendis cæterum non immoramur (263). Qui

T t 2

eo-

non diligentissime scripto, easdem ex *Registro Eccles. Aboënsis* sollicite descriptas inferendas curavimus Novellis Aboënsibus (*Tidningar utg. af et Sällskap i Åbo*), a. 1784, N:o 20; neque tamen hoc exemplum vitio nullo laborare, putamus. Quum igitur affirmet Nob. PERINGSKIÖLD, *Monum. Upland. P. I, C. III p. 27*, penes se literarum harum Regiarum autographon (*Kongl. Original-Brefwet*; in versione latina adjecta *litteras* vocat *diplomaticas*) fuisse adhuc asservatum; scire optem, an hodieque illud, & ubi, superstes reperiat? De re ipsa cfr. Ill. LAGERBRING *Sw. Rikes Hist. 3 D. 6 C. 53 S.*

(261) *Medhan Systerland thet är eth biscepsdöme oc eth lagmansdöme, oc ware föråldre hafva thet a j trofskap oc i kjerlek funnet.*

(262) Quod addi debet iis quæ supra diximus, (p. 290 sq.) de consiliis negotiisque publicis ab Episcopo nostro adjunctis. Cæterum observat occasione hujus negotii harumque literarum a nostro comprobatarum, qui *die* itaque *S. Sigfridi* (15 Febr.) a. 1362 & libertate utebatur & Upsaliæ verfabatur, captivitatem ejus (secundam a. 1261 ei contigisse MESSENIUS commentus fuit?) aut nondum locum habuisse, aut quod verisimilius putat, brevem admodum fuisse. Quid nobis videatur, sæpra significavimus.

(263) Non modo hoc mirum videri queat, quod literæ de tanti momenti negotio, utriusque Regis nomine exaratae ac pari communi- que Patris & Filii auctoritate confirmatae non fuerint, sed a Rege *Harquino* solo, *consilio* tantum *Patris* (cui Regium tamen imperium nondum abrogatum fuisse reperitur) sui adhibito, non aliter ac de Regni Senatoribus idem affirmatur, data? verum etiam, quod *Clericis* singulare videtur legibusque patriæ ignotum jus addi; quos numero non definito, præter XII illos Electores, e rusticis (prædiorum possessoribus) coop- tandos, Legifer adducere secum, ad eligendum Regem profecturus, deberet? *Tha skal Lagmannen koma met Blerkomen oc tolf mannom aff als*



eodem hoc tempore *Legiferi* nomen gessit *Jacobus Korcka* (Kurck), non nisi vicarius fuisse *Nicolai Thuronis* videtur (264); post cujus ambitiosi & potentis viri mortem, *Arvidus Gustavi* (265) mox ei successisse videtur, cujus exstant literæ a. 1366 datæ, quibus se *Legiferum Österlandiæ* vocat (266).

Du-

moghantoni oc Konung döma aff atdz almogens wegna i Österlandh. Nisi scriptoris aliquod vitium in hunc locum irrepsisse, putandum sit? quale in præcedentibus quoque his verbis latere suspiceris: tha är thet wät mds geliket, at the (Finlandiæ incolæ) i then heder oc kerlet aff alder bliffua, som annor biscope döme ac Lagmans döme ära i Sverike; &c.?

(264) Mentio ejus fit in literis, quibus transactio Episcopi *Hemmingi* cum rusticis quibusdam *Kumoënsibus*, ab his confirmatur, quibusque (cum aliis nonnullis *viris nobilibus*) hic *Jacobus Korcka Legifer*, a. 1362, dominica quinquagesima, subscripsit, *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 109.

(265) *Arvid Göstafson*. *Arvidum* vocat *VON STIERNMAN* l. c. ubi dicit: *Arnwid Göstafson* den yngre til *Wif* (Sparre), år 1371 *Riddare*, R. *Albrechts* *Sven* och *Nåd* 1376, *Lagman* öfver *Österland*, war år 1377 *tillika Håradshöfdinge* i *Lagunda*. *Son* af R. N. *Göstaf Arnwidson* *Sparre* til *Wif*, och *Margareta*, *Sune Jönsons* *datter*, som i *Waspen förde tre Hershöns*. Margini autem alius adscriptit, eum anno jam 1369, d. 10 Jul. vita decessisse. Quæ suo loco relinquimus. Anno 1362, *Arvidum Gustavi* inter reliquos *Senatores Regni*, literis R. *Haquini*, nuper a nobis commemoratis, de jure Regem eligendi cum *Legifero Finlandensi* communicato, subscripsisse invenimus.

(266) *Sax Arwed Gödstaffson*, *Lagman* i *Österlandom*, *Dat. in Wirmo a:o D:ni MCCCLXVI*, *crastino b. Laurentii Martiris*. (*Registr. Eccles. Ab.* Fol. 131). Ac aliæ literæ exstant, datæ *Abo a:o D:ni MCCCLXVII*, in *presencia nobilis viri Boecii Joansons*, *sabbato proximo post translationem sancti Henrici*, a *Catillo Olai* (*Kidril Olafson*) qui se ejus vocat vicarium, *Undilagman Arwidh Göstafsons* i *Sinlande* (lb. Fol. 108). Hic *Catillus Olai* (quem diu etiam postea eisdem præfuisse officio videbimus) *D:no VON STIERNMAN* vocatur *Ollongren*, l. c.

Dubitari quidem haud potest, quin & his temporibus, & superioribus etiam, *Judices quoque Territoriales* (*Härads höfdingar*) Finlandia habuerit, & horum cujusque Jurisdictioni certa definitaque territoria (*Härader*) jam fuerint subjecta; sed nulla quæ hanc rationem illustrent istius ætatis supersunt cognita nobis monumenta.

Ecclesiæ status Fennicæ ex iis quæ supra attulimus, monumentis satis elucescit (267); quam non modo novis exstruendis templis ornatam pluribusque constituendis per rura ministris roboratam fuisse verisimile est, sed majorem quoque in rebus ad civitatem pertinentibus auctoritatem ac momentum acquisivisse, constat. *Novum Præpositi munus*, (cui administrando mox post mortem *Elavi* admotus fuisse *Henricus Hermannii* videtur (268),

T t 3

pro

(267) Plures jam parœciæ commemorantur suis instructæ Curatis: *Pemar* a. 1346, *Påtha* (*Pöytis*) 1366, *Wirmo* 1352, *Wemo* 1366, *Kumo* 1347, *Effrabominne* (*Euraâminne*) 1346, *Sastamala* 1351, *Weslax* 1346, *Nerpis* 1348, &c. Literarum Episc. *Ragvaldi* de fundatione templi in *Liikis* (seu *Ulsby*), datarum a. 1311, & Episc. *Benedicti* de templo lapideo ibidem exstruendo a. 1332, meminit *Fortelius* Diss. de primis initiis *Björneburgi* p. 11; nec non literarum Ep. *Henningi* de consecratione Cæmisterii in *Ulsby* a. 1347, & de 40 dierum indulgentiis Ecclesiæ eidem concessis a. 1350. Sed quod postea narrat, p. 15, & testimoniis confirmare nititur, loculum ibidem conservari, cujus Inscripção doceat viros nobiles familiæ *Finckianæ* in templo *Ulsbyensi* anno 1139 fuisse sepultos, adeo absolum est, ut perspicere debuisset, anni notam esse vel vitiose in loculo isto expressam, vel male lectam: annus forte aut 1439, aut 1539, intelligi debet?

(269) Cfr. supra p. 254, not. *MESSENIUS* (*Schond. T. X p. 16*) *Henricum* a. 1354 factum fuisse Præpositum dicit; quod non est improbabile.

(270) *Canonias* a. R. *Magno* institutas, ab *Alberto* vero abolitas spectamus, de quibus supra egimus p. 310 sq. A Rege *Magno* quosdam

proximus *Hemmingi* in sede Episcopali successor), constans *Capitulo* decus attulit; *Canonicorum* vero ordini quod hoc tempore accessit augmentum, brevi rursus evanuisse vidimus (270).

(m m) Notissimum est, atque a nobis etiam supra monitum, diligenter & sollicitè de *Hemmingo* nostro Divorum ordini solenniter adjungendo, a majoribus nostris fuisse actum. Quod etiam plene perfecisse, e *MESSENI* verbis colligas (271); sed erravit, caruitque res, ob intervenientes primo turbas in Patria tristissimas, ac secutam deinde felicem sacrorum emendationem, successu optato. Anno adhuc 1417, cum de *Nicolao* Episcopo Lincopensi, *Brynolpbo*
Ep.

fuisse hic Canonicos constitutos, nec solum *Nicolaum Asceri* (Nils Allarson) a. 1348, vi Privilegii specialis a Papa sibi concessi (*LAGERBRING* l. c. C. 8, §. 4) *Capitulo* Aboënsi adjunctum, sed alios quoque nonnullos; eo est verisimilius, quod in Ecclesiam & *Canoniam* *Wirmo* jus Patronatus ad Regem (ex pacto cum Episcopo facto) pertinuit; cfr. supra p. 273 not. 178. Inter Canonicos hujus temporis Aboënses, (a. 1347) *Magistrum* etiam *Conradum* reperimus, tantæ famæ virum, ut in Universitate Parisiensi *Procurator nationis Anglicæ* fuerit & insigni floruerit auctoritate; cfr. *LAGERBRING* l. c. C. 12, §. 7, & quem excitat *BULÆUS*. Decem annis maturius, (a. 1337) *Curatum* Ecclesiæ *Tenala* in Nylandia *Conradum*, appellari invenimus *Magistrum*, rarissimo apud nos illa ætate honoris nomine; Parisios igitur etiam ex his longinquis oris, studiorum causa, homines jam adiisse, videmus.

(271) *Catalogo Divorum solenniter notatus 1513* (*Schond.* T. IX C. VII); cui concinunt quæ habet ibid. T. IV p. 72, T. X p. 23, T. XV p. 95: cfr. *Chron. Episcoporum*. C. 12, in vita *Hemmingi*, ubi annum tamen habet 1514. Causam erroris sui infra aperiemus; quem vel inspectio *Bullæ* *Papalis* mox commemorandæ eximere illi debuisse.



Ep. Scarenſi, & *Ingride* Moniali Skeningenſi canonizandis Præſules Regni literis ſupplicibus apud Patres Concilii Conſtantiensis agerent, noſtrum inter hujus honoris candidatos non comparuiſſe, recte quidem obſervat Ill. LAGERBRING (272); ſed eodem ad finem vergente ſeculo, dignum viſum fuiſſe qui tribus illis ſuperioribus (hominibus divinis!) adſociaretur, dubio caret (273). Atque diligentia & ſtudio viri acerrimi *Hemmingi Gadd*, illo tempore Pro-Regis Regniſque Svecici apud Romanam Sedem Oſtratoris, rem fuiſſe eo perductam, ut Pontifex votis noſtratum (a. 1499) annuens, oſta horum beatorum *transferri* permetteret, ſpem plenariæ Canonizationis juſto ordine ſecuturæ ſimul offendens, ſuperſtes ipſa Bulla ejus ſatis indicat. Non tamen niſi poſt XV demum, ex quo hanc veniam adepti ſunt annos (1514), oſſibus *Hemmingi* illum honorem, tanto molimine expetitum, impertiri potuiſſe,
vel

(272) L. c. C. 8, §. 16, ipſarum harum literarum auctoritate nixus, quas exhibet Rev. BENZELIUS Append. ad editum a ſe *Diarium Wazſtenenſe* p. 200 ſq.

(273) Docuit jam Rev. BENZELIUS, Annot. ad VASTOVII *Vit. Aquilon.* p. 62 ſq. Ipſam vero Bullam Papæ *Alexandri VI*, qua petitioni huic ſe favorabilem teſtatur, legendam exhibuit *Diſſ. de ſolenni inſcriptionis adu B. Episcopi Aboëniſis Hemmingi* (Præf. Cel. Prof. *Bilmark a. Guz. Sivers* a. 1775 hic ed.) P. Pr. §. 11, p. 7 ſq.; de qua Bulla cfr. etiam Nob. A CELSE *Apparat. ad Hiſtor. Svec-Goth.* Sect. I. §. LXXI, p. 209 n. 4. Nihil autem ultra aut hætenus petiſſe Procereſ Sveciæ, aut Papam iis conceſſiſſe, inde apparet, niſi ut *ex ſepulturis parum decentibus in honorabiliorem locum eccleſiarum ubi corpora hominum iſtorum beatorum ſepulta eſſent transferre* acque ſolenniter honorare ea liceat: qui quaſi primus gradus fuit ad plenam perfectamque Canonizationem, ſolenni tamen ille etiam pompæ autem enaus; ut quæ in noſtra hac inſcriptione obſervata fuit magnæ centia, ſatis demonſtrat.

vel auctoris nostri testimonium evincit (274). Quamquam vero, ob repurgationem sacrorum mox insecutam lucemque exortam Evangelii, (quæ ab his nugis animos hominum avertit), ipsa sollemnior illa atque splendidior sumtuosiorque Apotheosis, quam instituturus porro (nostrorum impensa!) Papa erat, Hemmingo nostro non contingeret; tamen inter sanctos hic domi habitus cultusque, & a VASTOVIO MESSENIQUE horum ordini insertus fuit (275).
Cæ-

(274) Falsus itaque est MESSENIUS (recte observante Nobilissimo A CELSE l. c) qui T. IV p. 55, a. jam 1498 "Lincopensem, Scarensem & Abogensem Episcopos, bullam nactus Pontificis Alexandri VI, "residuas corporum exuvias S. Nicolai, S. Brynolphi, & S. Hemmingii, qua par esset sollemnitate, transtulisse exhumatas," narrat. Ipsa eum Bulla Papæ satis refellit. Quod autem sic translationem jam fuisse peractam, falso existimavit, illum actum qui a. 1514 celebrabatur, ipsam deinde fuisse apotheosin pleniorē, putasse videtur; ut loca Schondia suæ supra indicata fidem faciant. In Chronico autem Episcoporum, utrumque actum confudisse (quod mireris!) apparet, ubi scribit: *Sed Hemmingo in catalogum Divorum, anno 1514 per Archiepiscopum, & Episcopos Regni Svecici relato, illius ossa exhumata, & scrinio argenteo commendata.* Cæterum annum factæ translationis b. Hemmingi eundem quem auctor noster, OLAUS etiam PETRI, Chron. Svec. MS. prodit, scribens: Anno Domini 1514 seer Erchebiscep Jacob, Biscop. Matz i Strengnes til Åbo, medh några fiere, och grossuo aff jorden helge Hemmings been, som ther Biscop hade varit; Konungh Måns Smeds tiid. Male itaque RHYZELIUS, MESSENI Schondia innixus, non solum a. 1513 habet, sed iter etiam in Finlandiam, hujus negotii perficiendi causa ex mandato Papæ Leonis X susceptum fuisse, comminiscitur; quod eius commentum recte in Diss. jam laudata de solenni inscriptionis actu b. Hemmingi §. II p. 6 sq. reprehenditur.

(275) Jesuitæ qui Acta Sanctorum Antverpiensia collegerunt (observante Nob. WARMHOLTS, Biblioth. Hist. Svec.-Goth. T. IV p. 70; nam nobis conferendi vastissimi operis copia non fuit) nihil de b. Hemmingo sciunt, nisi quod apud VASTOVIVM reperitur; quare ad d. 21 Junii eum prætereunt, promittentes se d. 8 Octob. (die S. Birgittæ) illius mentionem facturos; quo loco quid ab iis dicatur, ignoramus, non magna, ut putamus, jactura.



)

(



Caterum tantam affert & Bulla Papalis nuper commemorata, & *ordo translationis officium b. Hemmingi solenniter peragende*, (cujus formulam vetustam fors nobis conservavit), his rebus lucem, tantumque adjumenti ad ingenium moresque temporis (Pontificiæ religionis superstitione fraudibusque fascinati) cognoscendos, ut neutrum monumentum, quamquam typis jam antea vulgatum (275), in hoc opere nostro, ad conservandas illustrandasque reliquias Historiæ Fennicæ antiquioris comparato, commode desiderari existimemus: quare Bullam Pontificis infra in *Sylloge Monumentorum* dabimus, Epistolam autem quæ *Translationis b. Hemmingi ordinem* præscribit, hoc loco inferemus. Manuscripti quod illam exhibet antiqui Historiam, laudata nuper Dissertatio Aboënsis tradit, formam illius indolemque simul accurate describens (276); auctoremque famigeratissimum illum fuisse Electum Lincopensem *Hemmingum Gadd*, (cujus & ipsum esse autographon quod ad nos pervenit exemplum, verisimile habet,

U u

non

(275) In Dissert. nuper laudata, ad Apotheosin Episcopi nostri illustrandam ex instituto diligenter adornata; sed quæ rarefcere, communi talium scriptioinum Academicarum fato, jam cœpit.

(276) In Templo scil. Cathedrali Aboënsi, circa medium fere præsentis seculi, a Templi Oeconomo Dn. *Davide Deutsch* inventum, & Celeberrimo *Scarin* traditum docet, (per quem ad Rev. quoque *Rhyzelium* ejus notitia pervenit); a quo fene cum illud accepisset *Cel. Bilmarch*, typis evulgandum, latina interpretatione accurate explicandum, notisque illustrandum, laudabili consilio industriaque hic curavit. Ipsum porro Manuscriptum charta ordinaria in folio (ut dicitur) tribus paginis significat esse exaratum, vetustate & usu ferme fatiscens, atque ob lituras passim occurrentes lectu difficile; figuram vero literarum & continuas abbreviaciones indicare, illud circa initium seculi XVI esse confectum.

non immerito, ut nobis videtur (277)), recte perhibet (278). Textum autem ipsum diligenter de novo descriptum (ope etiam adhibita virorum in his literis versatissimorum) dabimus; scripturæ compendiis plene explicatis, sententiis quantum licuit interpunctis, notulisque paucissimis, ad lectionis veritatem & intellectum definiendum pertinentibus, subjectis. Latinam qui legere interpretationem voluerit, ei Dissertatio sæpius laudata abunde satisfaciet.

Ipsa vero Epistola hujusmodi est:

Ver-

(277) Confirmatur etiam inde, quod huic chartæ, in formam Epistolæ olim complicatæ, hæc a tergo (in fine) eadem qua ipsum scriptum, exaratum est, manu inscripta legantur verba: *venerabilibus plurimumque circumspectis viris & Dominis Preposito, Archidiacono ceterisque Canonicis ecclesiæ Aboensis, Dominis & maioribus suis observandis*. Quæ demonstrare videntur, ipsum esse illud exemplum, quod ab Auctore Aboam missum fuit? Episcopum (*Arvidum Kurck*) eo tempore absentem fuisse, (forte in Svecia Reip. causa versantem?) apparet.

(278) Quamvis cognomen auctoris expresse appositum nobis quidem nullibi occurrat; ipsum tamen scriptum attente perlectum, & cum historia hujus negotii apud Romanam curiam per famosissimum hunc virum acti collatum, dubitare non sinit quin ab eo sit exaratum & transmissum. Videntur ab eo potissimum, quod Romæ accuratam harum rerum potuerit sibi cognitionem comparare, consilium atque informationem Aboenses expetiisse; quare etiam ut ipse Aboam veniret, festam solennitatem directurus, eum rogaverant: sed sine Domini sui (Pro-Regis *Stenonis Sture* Junioris cui suam addixerat operam), venia hoc sibi non licere, respondit.



)

335

(



Verduge Herrer och Fäder. Tessa eptherscreffne articlar äre i war helge Ffaders Pawans och Romara gord hallandes, nar sam nogor hälliger man, jomfrw eller qwinne ophällwes och heliig hollas skal Sa skedde i beati Bonaventura och Leopoldi canonizationibus.

Fforft (skal) mith i kirkion en park aff bråde byggias, sa widh och bredh kyrkion är i mellom pelarna, XXX alna long och IIII alna högt. Ther oppa skal göres eth altar bederliga breth och langt; ther skal höghmesfan oppa sighias, och oppa then parkin kommer inghen op, wthen Riichesens Forstandhere, alle i Rodhet äre, och gode män flere, meth alle Bisper och werduge prelater aff Clerkeriidh och ministrantibus. Ther skal ware en porth fore, ath inghin trenger sig in, wthen tilskickadh; mijth pa trappone skal porthen vare, och II godhe män honom war taghe skulle &c.

Item am i hawe ecke skrin ath legge strax the hällgedoma in, tha tager en fyrakantha kyftho, eller afflang, och lather henne forgylla, meth malara gwll, och helge biscop Hemmingx wappn oppa alle sider.

Item är siduänia ath alle sam gaa i process skulu haffue brännandhe waxliws i hand, saa stort som hans stath tilliger, inthe dog större än til III marka wax, och måst en mark, $II\frac{1}{2}$ och $I\frac{1}{2}$, sam i sielffue wele göra then hällge herre hedher &c.

Item är och plegsider ath kasta i *grabb* (*) aff parkin

U u 2

kin

(*) Ita vocem hanc lectu difficiliorem & correctoris manum expertam, legendam esse, recte censet Cel. NORDIN; i *grabb*, *hopetals*, *med grabbnåfve*, *collectim*, *plena manu*.

kin en III eller VI. C peninghe liws (**) for then mene mann, sidhan processio är giord och officium begynnes; am sa skal skee her: thy her är otoluger almoghe och dryxe (***) &c.

Item oppa huar pelarå eth vappn hålge biscop H. am eth ark stort, och offwer vapnet eth wax liwff, methan officium såges i the VIII dagha.

Item fran midhvågin fra hwalffuith, mijt nidh pa pelarna, skulu hengias gröna qwista pa fegelgarn, och blomster kranza, och i mellan hvarie II qwista eller kranza eth vappn, hwarth am eth halft ark.

Teslikes pa kirke gordhen och i alle kirkio porta.

Item mijt i kirken skal hengias III stor vappn hwarth am eth ark, myns Herres Riichesens Forstandere pa en sidhen, oc Årkebispens pa then andra, och hålge biscop H. i mellan; och the skule ware malad pa bodhe sidhar, fästhe i en kranzs, sa huart the wändes, ath vapnen fynas.

Item offuan parken skule vara L, LX eller hundrade lamper meth olio brännandes, om i kwno koma thöm ostad,

(**) Hoc est, candelarum multitudinem, quæ pretio summam æqua et 4 aut 6 mill. *penningorum* (quorum 24 Oeram, 8 *Örtugam* s. denarium complebant). Sic in *Catalogo Episcoporum Legibus Westrogothicis adjecto*, idem Vir Doctissimus observat, dici in vita Ep. *Oedgrimi & Benedicti*, *fem peninga bla* h. e. *frumentum* (bledum) *pretii quinque penningorum*.

(***) Metuebat forte, ne plebi nostræ contemptum prodere videretur, si candelæ eo more sibi jactarentur? Non erat adueta hujusmodi magnificentiæ, qua non multo secus ac frustra canibus, munuscula sibi abjicerentur, de quibus certaret! Ferocior erat, & elatioris animi, quam ut patienter turpem ferret morem, quem postea exterorum imitatio etiam nostris solennitatibus addidit!



oftad; öwerft en moth en, ther nåft II moth II, III moth III, och fa fidhen å widare och widare.

Item (huru) mong liws i wilen haffua pa parkin, stor och lang, stor til eder.

Item i Rom for huar Cardenal III liws, (II) aff cera communj, och eth huit cera virginea; the II bår candelarius, the huitha Cardinalis; och bryнна å methån messen legis.

Item huar Erkebiscop, Biscopa, Protonotarii, II liws, eth hwuit och eth cera communi; tesliges Oratores och alle Herre fåndebud, Senator urbis II, de statu communi eth.

Item for mins Herre herberge alt bestrot gatan. Tesliges verduge faders; och helge Hemingx wappn pa porthen.

Eij skule i forsta ath helge Biscop H. wappn alene skulo malas, wthen hans hålghez persona, och fa wapnit vndher högrehanden, eller huru i tha wilen, mån the andre wappn allena.

Item sidan hælgedomana åre meth wirdningh optagne, göres processio fran hõga korin kring om kirken forst, fa in oppa parkin, och skrinet bårs meth, aff min Herre Richesens Forstandere meth andre the offuerste in pa altaret pa parken, och tha sijwnges *veni creator spiritus* i the processione. Sidhan skrinith stor oppa altaredh, och *veni creator* år wtswngit, wphåffuer then verdugeste Herre och Fader Erchebispen sine werdughe hender och õgon i hijmlen, begynnandes *compositis manibus veni sancte spiritus*. Tha thet år wthe sine collecta, begins strax Letanie, Kirieleijson; och når Hans Nadh kommer

til ytherste wårſen i *Te rogamus, audi nos*, ſkal han op-
håffue hånderne, och ſiwnger allene III verſer *ut in hoc
ſancto negotio huius beati patris beati H. nos non contingat
errare*, & Chorus reſpondet *Te rogamus audi nos*.

Item ſidhan ſkall proceſſio göras aff parkin och kring
om kirkegordhen, och min Herre Richesens Forſtande-
re bår ſkrinit, och other in pa parken igen; och ſaa be-
gynnes officium miſſe, och methån introitus ſiwnges,
bårs ſkrinit in pa hõga altarith, eller huar then mene
man kan betzft wedherkomma ath offra och kysfa, och
gõra ſin gudlighet. Haſſue i tha nogre ſpålemån eller
diſkantores ſom goo fore ſkrinith, ſfa i ſe for eders och
Rijcheſens heder ſkuld &c.

Item II brõd ſkule offeras om en $\frac{1}{2}$ ſpan, eth forgylt,
eth ſilfferadh; II fiårdhinga mödh eller win, en forgylt
och en ſilfferadh.

Thetta ſkal offera ordinarius Biſpen förſt eth brõdh,
thet andra aftans Episcopus; win fiårdwngen mijn Herre,
then andre maior prelatuſ ther nåſt: och alc thetta ſfa
the ſom miniſtrera; the ſfa inthe annedh offer mera.
Wil noger leggja L eller LX gyllena pa altared, aff thõm
ſom brõdhit eller fiårdungha båra, ther warder ingen
wredher om.

Item om alla andra hõgtidher och ceremonijs ſom
ſkee ſkall, kwnne i eij begriipa wthen then warè hoos
ſom wiſthe the ſwencker och ſtycke (*) ther til hõrer,
meth löpande eld fran hwaluith och in pa parkin, och
aff parkin op til hualffuit, och II leffande dwffor meth
huar eld; thet år eth gantz låmpeligit ſtycke. Som i be-
gå-

(*) *Inventiones & artes ingenioſas, non technas aut fraudes.*

gåre iach skulle personlighe sielff koma, thet stor til min Herre jach thiåner; om hans Herredöme wille giffua mich loff, gierna gjorde eder verdughet then tiånest, för min namnna skul, jach owerdug liknas wid hans namn, helge Biscop Hemmingh (**).

Item epter offertorium, skal hollas sermo Latinus, aut oratio, pa parkin, en tho (entho) sidan en som predicar pa kirkegarden aff then helighe Herre och werdugge ffader helige Bisþ H.

Item när oratio år wthe, ganghe ath actum Archiepiscopus; och som actus begynnes, skal kastas nidh aff hualffuit alt iempt meth (medhan) *sanctus* och *Agnus Dei* siwnges, halff och hell öfflathe och fragmenta som skersl aff öfflathen, och ibland them blomster blad, bla, brwn, grön, gol och huit, alt wthen stijklca, och ther ibland leffandes fogla, smo och store, dwffor, järpa, stig-lizor, spirwer och andre smo syncker, thet far kringh om alt kirkon hiit och tith och waffrar. Ther wil wål II span blomster til och en III, wthen öfflathin. The wilia och ware wid then mottan, och ther ibland o rodh, (?) rwnd och afflang halffue måst; thy the siwncka snarasth nidh når the åre hele; och off golffuit wid hvar pelare göres parfumj meth rökille och mirram, så thet ena möther thet andra mellom hwalffuit och kirke golffuit; år tw holl pa hualluit, och kastas ginom them bodhen.

Item sma bolla aff lin blor, stor som en walnöt, och ther in i $\frac{1}{2}$ nötskal meth poluer kastas nidh meth eldh; thet tyckes bland andra som liwngeldh.

Item

(**) Vel hic locus non obscure docet, auctorem Epistolæ *Hemmingum* illum celebrem fuisse, quem diximus.



)

(



Item wapnen badhe sma och store wilia ware ene V eller VI. C, skal thet rækker alle stads om kringh, bodhe i kirken, kirkegorden, kastas i grab (**), och alla Herra herberge, och bortgiffuas.

Item officio finito, och messan är wthe och wålfignelse år giord, som siwnges aff jomfrw Marie som dagen tha tillsiger, eller annedh &c Ther nåst for torftelig wederlek *D:ne Rex*. Ther nåst för fridh och nadhe *Da pacem*. Och yterste for alla kristna siåla och elendhe *Clementissime* &c.

Tha alt thetta år skeet, år båst ga heem och snacka i skinkkan, hoo hona haffuer, och drijcka goth Finsth ööl; thet bliffuer wål klockan vidh eth for alt år uthe; thij Poffuen begynner pa officium i Rom mellan XII och XIII, och år ey wthe for i mellom XVIII och XIX.

Item forarbeder (forabreder?) meth alle the i stadhen boo, ath alle gatwr åre rene wthen alla dyngio, löffwadhe, meth grås strödde, mith mellan all huf pa gatwner blomstra kranzsa och hengiande löff qwista, huar som han wil göra sig sielff heder och then hålge Herre, hålge Biscop H. Tolkin högtiid skeer aldrig mer j theres och ware daga som nw leffua, thet år uthen twekan. Ha then helge Herran gör heder her i wården, han hedher wether honom i hijmerike, wthen twekan.

Item wnder mooltiid, skal låfas til bordh then hålga Herrans *Leffwerne och miracula* (*), for alle tha närstad-

(***) Cfr. supra, de hac phrasi, dicta.

(*) Vel hinc patet (quod facile res ipsa docere potuit) ad hunc actum vitam novi Sancti (*Legendam*) adornatam fuisse, diligenter pro consilii ratione conscriptam; adeoque *miraculorum* etiam suorum



)

(



stadda åre, och tefligis parfumj ther kosten holladz o-
wer til maaltidher; och thet skal ware en aff Prelatis
ecclesie vestre, ad minus Canonicus, och for honom tw
brännandhe bloss, methån han lås til bordzs.

Item (huru) mong bloss i wylie haffue for then wer-
dugeste Herre och Fader Erchebispen, meth the andre
verdughe Fäder, stor i eder skön.

Item for myn Herre Riichesens Forstandere, och me-
ne Riidderskapet haaff (hos) Hans Herredöme sitia, om
han komber, år och i eder skön.

Item XII par unge före karla, hvar there en staka i
hand om III alna, formolad, som skulle holla hvar i an-
ners stocho ande, och i mellom them gor Sacramentet
och skrines, myn Herre och mene Rodhit, ath ingen
trenger in oppa thöm.

(**) Item verdige Fäder och Herrer, thetta år op-
kastat i en god ackth, ath i ther aff besinna huru then
X x he-

indicem instructam, de quibus antea Papam quoque fuisse edoctum,
Bulla ejus supra commemorata (ipsaque rei natura) confirmat, utpote
in canonizationis negotio urgendo necessariis omnino requisitis: qua
igitur auctoritate MESSENIUS defendere facile assertum suum potuit,
quod supra attulimus (p. 291.) Ipsa autem hæc Legenda periit; nec in
Breviariis Ecclesiarum nostrarum locum invenire potuit, utpote ante
beatificationem *Hemmingi* typis jam vulgatis (recte observante aucto-
re Dissert. sæpius laudatæ, in toto hoc argumento explicando ex insti-
tuto & diligenter versato); ob quam causam nec in *Missali Aboënsi*
(1488 impresso) mentio ejus sit; sed calamo tamen postea adscriptum
Calendario ei præmissio, ad XII Kal. Junii (21 Maji, diem mortis
sue), legitur: *Hic obiit Hemminghus Episcopus Aboënsis.*

(**) Quæ sequuntur verba, atramento alio ac dilutiore aliaque
manu adjecta sunt, ipsius ut videtur *Hemmingi Gadd*, qui anteceden-

lige högtidh til gå skall. Hon sker i edher tidh, och aldrig mer methån i leffue. Jac weth inghen tingh idher kan mer fattas ån lamponar &c. Och i haue icke malara ther j byn, hawer bod til Reffa, eller uth til Stocholm: her år en ganß kostelig Lass Snickare. Thet bestellin meth Borgamestaren Her (***) Eric Jenfon; jac wil ger-na göre honom (*) &c.

HENRICUS.

(n*) Hic uti brevi admodum tempore Episcopalem tenuit dignitatem; ita pauca sunt quæ de illo habeamus dicenda. Neque ubi quondam natus, neque unde oriundus fuerit, scimus. Patri suo nomen *Hermann* fuisse (279), auctor noster prodit; atque canonicè electum, ex Præpositura ad Episcopatum ascendisse addit. Annis 1355 & 1363 Præpositum fuisse, *Registrum* quoque *Eccles. Aboënsis*

tia scribæ forte suo dictaverat? Additamentum hoc, & atramenti colore & literarum ductibus, ipsam Epistolæ Epigraphen (utanstriften) quam attulimus, exactè refert.

(***) Singulare est, huic viro qui nec Clericus esset nec Miles (Riddare), *Domini* appellationem tribui?

(*) Duo verba ultima fere evanuerunt, ita ut lectu sint difficillima. Sensus autem manifestè indicat, voluisse auctorem significare, *suum illi* (Confuli *Erico*) *consilium atque operam non defuturam*.

(279) In uno tamen Codice scriptum invenimus *Hertmanni*; que lectio si vera esset, suspicandi alicui subministrare causam posset, forte eundem esse *Henricum Hartmanni*, quem circa a. 1340 *Rectorem* fuisse *Ecclesie Sæxmåki* vidimus, benivolentiæque Pontificiæ haud contemnenda percepiße documenta? Cfr. supra p. 297 sq.



sis docet (280). Avenionem, pro confirmatione & consecratione obtinenda profectum, indeque, re bene perfecta, redeuntem in itinere fuisse mortuum, *Fragmenti Palmisköldiani* auctoritate confirmatur; ubi additur, in summo choro (Templi Aboënsis) ad sinistrum latus juxta sanctum Hemmingum fuisse sepultum, unde patet corpus ejus examine domum in Fenniam esse adductum (281). Bullarum Papalium, in favorem suæque Ecclesiæ, huic Episcopo datarum binarum supersunt exempla (282); ob

X x 2

an-

(280) Fol. 102 & 171. In *Fragm. Palmisköldiano* vocatur *Cardinalis Aboënsis*; sive hoc sphalma habendum sit, sive auctori vocabulum idem ac *Præpositi* illud significare, fuerit visum?

(281) Unde motum RHYZELIO hac de re dubium (*Episcoposc.* P. I p. 332) evanescit.

(282.) Altera quæ Episcopum, Capitulum, atque Ecclesiam Fennicam singulari Pontificis tutela atque protectione munit, hujusmodi tenoris est: "*Urbanus* Episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri "*Henrico* Episcopo & dilectis filiis Capitulo Aboënsi, salutem & Apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est & honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, frater Episcope, & dilecti in Christo filii Capitulum Aboënsis, vestris iustis supplicationibus grato concurrentes assensu, personas & ecclesiam vestras, cum omnibus bonis, que in presenciarum rationabiliter possidetis, & in futurum iustis modis, prestante Domino, poteritis adipisci, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, specialiter autem decimas, prata, pascua, nemora, possessiones & alia bona vestra, sicut ea omnia iuste & pacifice possidetis, vobis & per vos ecclesie vestre auctoritate Apostolica confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre, protectionis & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, senoverit incursum. Datum Avinione XI kal. Novembris, Pontificatus



anni quoque notam, quo exaratae sunt adjectam, memo-
ra-

noſtri anno quarto. (Reg. Eccleſ. Ab. Fol. 49). Altera Epifcopo pote-
ſtatem largitur beneficia etiam reſervata & ad Papalis ſedis diſpoſitio-
nem revoluta, pro ſuo iudicio conferendi; ſollicite tamen adjectis cau-
tionibus, quibus iura Pontificis praetenta, ſalva manerent atque illiba-
ta. Talis autem eſt: "*Urbanus* Epifcopus, ſervus ſervorum Dei, ve-
nerabili fratri *Henrico*, Epifcopo Aboenſi ſalutem & Apoſtolicam be-
nedictionem. Tuis exigentibus meritis, (te) paterna benevolentia profe-
quentes, illam tibi gratiam libenter impendimus, per quam te po-
ſis aliis reddere gracioſum ac beneficiis eccleſiaſticis utiliter providere,
Cum itaque, ſicut accepimus, in tuis civitate ac dyoceſi Aboenſi nonnul-
la beneficia eccleſiaſtica cum cura & ſine cura vacent ad preſens, quo-
rum aliqua ſunt diſpoſitioni ſedis Apoſtolicae reſervata, alia vero tanto
tempore vacaverunt, quod eorum collatio, ſecundum Lateranenſis ſta-
tuta Concilii, ad eandem ſedem devoluta exiſtant, pro quibus impe-
trandis Clerici illarum parcium, que ut aſſeritur, per octoginta die-
tas diſtant a civitate Avinionenſi, ubi nunc cum Romana Curia re-
ſidemus, propter diſtanciam huiusmodi & diſcrimina viarum & te-
nuitatem fructuum beneficiorum ipſorum, ad curiam ipſam accedere
non curant: Nos volentes eandem perſonam tuam honorare, & per
honorem tibi exhibitum aliis & beneficiis huiusmodi provideri, tuis
in hac parte ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuae conferendi
hac vice auctoritate noſtra dicta beneficia, dummodo cujuſlibet eorum
fructus, redditus & proventus ſeptem marcharum argenti, ſecundum
communem eſtimacionem, valorem animum (an minimum?) non exce-
dant, ſingula videlicet eorum, cum omnibus iuribus & pertinenciis
ſuis, ſingulis perſonis ydoneis, quas ad hoc duxeris eligendas, & eis
de illis etiam providendi, ac inducendi per te vel alium ſeu alios,
perſonas eaſdem, vel procuratores ſuos earum nomine, in corporalem
poſſeſſionem beneficiorum & iuriam & pertinenciarum predictorum, ac
defendendi inductas, a motis quibuſlibet illicitis detentoribus ab iis-
dem, ac faciendi perſonas eaſdem vel earum procuratores pro eis in
eccleſiis, in quibus forſan beneficia ipſa conſiſtunt, ad illa ut eſt mo-
ris adiungi, eiſque de dictorum beneficiorum fructibus, redditibus,
proventibus, iuribus & obvencionibus univerſis integre reſponderi,
contradictores auctoritate noſtra, appellacione poſtpoſita, compeſcen-
do; non obſtantibus quibuſcunque ſtatutis & conſuetudinibus eccleſia-
rum, in quibus huiusmodi beneficia forſan fuerint contrariis iuramen-



rabilia (283). Sive ceterum de hoc, sive de proximo
X x 3 suc-

“to, confirmatione Apostolica, vel quacunq̄ firmitate alia roboratis,
“aut si aliqui super promissionibus sibi faciendis de huiusmodi vel aliis
“beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dicte
“sedis vel legatorum ejus literas impetrarint, eciam si per eas ad in-
“hibicionem, reservacionem & decretum, vel alios (alias) quomodolibet sit
“processum; quibus omnibus dictas personas in assecutione beneficiorum
“huiusmodi volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecu-
“cionem aliorum beneficiorum preiudicium generari; aut si successori-
“bus tuis. Episcopis Aboensibus, ac dilectis filiis Capitulis earundem
“ecclesiarum, vel quibusvis aliis, communiter vel divisim, a dicta se-
“de indultum existat, quod ad receptionem vel provisionem alicuius
“minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi
“vel excommunicari non possint, quodque de huiusmodi vel aliis be-
“neficiis ecclesiasticis ad eorum collacionem, provisionem, presentacio-
“nem seu quamvis aliam dispositionem, coniunctim vel separatim spe-
“ctantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facien-
“tes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huius-
“modi mencionem, & qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel
“speciali, cuiuscunq̄ tenoris existat, per quam presentibus non ex-
“pressam, vel totaliter non insertam, effectus earum impediri valeat
“quomodolibet vel differri, & de qua cuiusque toto tenore habenda sit
“in nostris litteris mencio specialis; aut si dicte persone presentes non
“fuerint ad protestandum (prestandum) de observandis statutis & consuetudi-
“nibus earundem ecclesiarum, in quibus beneficia huiusmodi forsan fuerint,
“solita iuramenta, dummodo in absentia sua per procuratores eorum,
“& cum ad ecclesias ipsas accesserint, corporaliter illa present, ple-
“nam & liberam concedimus, auctoritate Apostolica, tenore presentium
“facultatem; ac insuper irritum decernimus & inane, si secus super
“hiis a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contige-
“rit in posterum attemptari. Datum Avinioni, XI Kal. Novembris, Ponti-
“ficatus nostri anno quarto.” (Ibid.) Nemo hic & calliditatis, & impuden-
“tis quod sibi hoc tempore Pontifices arrogabant dominationis, insigne
“specimen non cernit!

(283) Cfr. supra p. 292 not. 213. Fieri quidem potuisse haud
negamus, si in exemplis Bullarum, non totum expressum fuit nomen
Episcopi, sed prima tantum litera, H. (qualia exempla in monumentis
horum temporum saepe reperta sunt), ut aliquis *Henricum* pro *Hen-*



successore suo *Johanne II*, minus favorabile Sanctæ *Birgittæ* judicium sit explicandum (284); nos omnino fugit.

JOHANNES II.

(n n) Hunc gente *Svecum* fuisse, ex *Fragmento Palm-sköldiano* discimus; quod idem laudati a nobis supra (285) fratris *Tborneri Andree* testimonium plenius etiam confirmat, a quo vocatur *Magister Johannes Petri, natione Arosensis in Svecia*. Quod & RHYZELIO innotuit (286); qui præterea *veteri familia nobili* oriundum fuisse addit, *Stub* vel *Stubbe* cognominata, (cujus nobis insignia etiam gentilitia diligenter describit); non alio puto fundamento nixus, quam manifesto *errato typographico* vel *sphalmate* scriptorio, in VASTOVII textu occurrente: quem eo loco corruptum esse, Rev. BENZELIUS recte jam monuerat (287).

Re-

mingo legeret atque textui sui aprographi inferret; sed Bullæ ipsæ potius ad novum Episcopum, Avenione præsentem, quam ad senem *Hemmingum*, directas fesse fuisse, significare videntur. Adeoque mortuus a. jam 1365, aut initio saltem a. 1366, *Hemmingus* fuerit, necesse est. Neque verisimile videtur, *Henricum* Avenione per biennium vixisse; quare errorem in anni nota, quo mortuus esse dicitur, inesse, suspicari licet; ac pro a. 1368 legendum esse 1366? Eundem tamen annum (MCCCLXVIII) *Fragm.* etiam *Palm-sköldianum* habet.

(284) *Revelat.* L. IV C. 130. Locum afferre longiorem, vel ideo nolumus, quod auctoritati suæ obscurisque nugis, minus tamen ponderis tribuimus.

(285) P. 309, not.

(286) Vid. *Episcoposc.* P. II p. 332.

(287) Ad VASTOVII *Vit. Aquil.* Vit. S. *Henrici* fin. p. 65; cfr. etiam SCARIN *Diss. de S. Henrico* P. II p. 12 & 14.



Rectorem fuisse *Universitatis Parisiensis*, post nostrum Auctorem certatim omnes produnt, ac MESSENIUS inprimis celebrat (288): quam laudem licet Episcopo nostro neque nos ereptam velimus, nec fieri non potuisse putemus, ut honor hic ei aliquando obtigerit; filere tamen nequimus, vereri nos, ne non recte intellectis veterum testimoniis forsitan debeatur? In *Fragmento* enim *Palmisköldiano* legitur: *Parisius* (Parisius) *diu* *vexit*. *Rectorem* vero *Universitatis* *diu* fuisse, qui Magistratus eo tempore non nisi *trimestris* ibi fuit (289), verisimile vix habeas. Sed *regere* dicebantur (consuetudine illius ævi) Magistri, quicumque docendi munere publico fungebantur; unde *Magistri regentes*, quatenus a reliquis Magistris artium distinguebantur, magna præ his in illa universitate florebant dignitate, auctoritate ac juribus: qui a Natione quique sua constituebantur, cui pro *regentia* & *Scholis* (h. e. docendi venia obtinenda) supplicari moris fuit (290). Ad hunc igitur docentium ordinem *diu* pertinuisse nostrum, qui Parisiis & studia literarum coluerat, & *Magistri* honore decoratus fuerat, valde videtur verisimile (291); unde facile fama deinde, modo quo diximus,

(288) *Chron. Episcoporum*. C. 12, in vita nostri scribit: "Tanta fuit doctrinæ excellentia, ut in celeberrima Parisiorum Academia, ad obediendum Rectoris Magnifici munus sit dignissimus iudicatus".

(289) Cfr. CREVIER *Hist. de l'Université de Paris*, T. II, p. 17 sq.

(290) Vid. CREVIER l. c., T. IV p. 421.

(291) De literarum studio a nostris etiam in celeberrima illa olim Universitate diligenter cultis, cfr. LAGERBRING l. c. III §. XI C. p. 843, & XII C. p. 854 sqq. Pertinebant sc. nostri ad *Notionem* illam quæ primum dicebatur *Anglica*, sed postea, mutato ob odium atque inimicitias Francogallos inter atque Anglos ortas acerbissimas, no-



)

(



mus, enasci potuit de *Rektoris* munere ab eo ibidem administrato? sed nihil tamen definire volumus.

(o*) Causam viri hujus potentis & adfinitate illustrissimarum familiarum florentis, excommunicati, plane nescimus; uti neque cædis suæ vel causam vel auctorem novimus. De homine ipso infra quædam adducentur: quem excommunicationis hac calamitate ante mortem suam liberatum tamen esse, inde colligimus, quod in Templo Cathedrali Aboënsi una cum filio suo sepulturam invenisse, reperiamus; in quam Ecclesiam et ipse & relicta vidua affinesque sui eximie ediderunt liberalitatis specimina (292). Cum quæ supra de ablatis ab eo & affi-

mine, *Alemannica* (vel *Germanica*) inter a. 1376 & 1436 audire cœpit, Cfr. CREVIER I. c. T. IV p. 73 sq. De instituto Svecico ibidem in studioforum gratiam, ex his partibus confluentium, condito, infra quædam addendi dabitur opportunitas.

(292) Quod sequentes literæ confirmant: "Alla the som thetta breff höra eller see, helfom wi *Sigridh* Bendix dotter oc *Jowan Gierikxson* åverdelika met Gudhi. Forthanskuldh årliken man *Suni Hakonsson*, Gud hans siäl haffui, gaff til Abo Domkirkio fore sina siäl, sinne hustru ok barna, j sino liuandis listwe, 11. C marker peninga, hundratha marker peninga for *thera lagherstadh*, oc hundratha marker til siela rykth for *thera siäl*, som göras skal i *them korenom ther han ok hans son nu inman liggia*; for hwilka CC marker peninga wi gaffwm Domkirkione eth godz som heter Böle, j Borgia fokn, annan vagin aana, *wither Borgia liggiandhe*, halff Domkirkione ok halff klärekenom som siälarykthena skal uppehaldha j then sama korenom. Ffore then skuldh affhendom wi os oc varum arwum thet sama godz, met allom thes tillagom, j watto ok thorro, närby ok ferre, engo unda thakno, ok tilwendom thet Domkirkione j Abo ok them sama klårikenom til ewerdhelika ågo; ok bidhiöm wi Laghmannin innan Österlandom, eller then som hans doom haffwer, thåth han faste Domkirkione thet sama godz, epthee Landzlagum, a wara vagna. Til thes större withue ok mere wifordh, tha hengiom wi warth

affine suo *Nicolao Thuronis* (R. *Alberti* nomine) prædiis, Ecclesiæ Cathedrali a R. *Magno* donatis, demonstrata sunt (293), in memoriam revocamus; non improbabili oriatur suspicio, hanc forsitan causam fuisse vibrati in eum ab Episcopo nostro fulminis ecclesiastici? quam deinde culpam ut redimeret, gratiamque Ecclesiæ recuperare, privata largitione publicæ severitatis odium lenire necesse habuerit? Sed nihil affirmamus.

(00) Extruxisse sepulchrum, seu verius *Cenotaphium* (294) ejus videtur, idem quod in templo Noursensi adhuc visitur. Sine dubio aliquod jam antea ibi ostendebatur conditorium, in quo reposita ossa Sancti viri servarentur, antequam Aboam (in præcipuum novi Templi Cathedralis ornamentum) veneranda transferrentur; sed illud, ut (pro superiorum temporum paupertate) minus speciosum, nostrum *condecorasse*, h. e. diligentius ædificandum atque ornandum curasse, verisimile est. Neque hanc tamen Auctoris nostri narrationem (quæ auctoritate etiam Fragmenti *Palmisköldiani* confirmatur) *Messenius* eo trahere debuit, ut *laminam* quoque *æneam*, qua hodie tectum istud monumentum conspicitur, Episcopi nostri curæ atque liberalitati, præter veterum fidem

Y y

affir-

“incigle fore thetta breff. Scriptum Watzstenom anno Domini MCCC-LXXXIII, ipso die invencionis beati Steffani prothomartiris.” Ex quibus simul patet literis, ante a. 1383 *Simonem Haquini* jam fuisse mortuum. Nec a veritate forte abludat, ejusdem peccati ob quod *Sumo* censuram incurrit ecclesiasticam, eluendi causa, culpæ suæ participem *Nicolaum Thuronis* liberalitatis in Ecclesiam Aboensem non minus egregium dedisse documentum; de quo mox.

(293) P. 310, not. (234).

(294) Longe antea reliquias suas Aboam jam fuisse translatas, supra disputavimus (p. 159).

affirmaret (295); quam potius ab Episcopo demum *Magno Olai Tavaast* additam (aut saltem cælatura ornata?) fuisse, ex insignibus gentilitiis veteris familiæ Tavaastianæ eidem insculptis, Cel. SCARIN haud immerito colligit (296).

Non cessisse antecessori in munere, b. *Hemmingo*, Episcopum nostrum in prædiis aliisque bonis Ecclesiæ suæ comparandis, asserit RHYZELIUS (297); qui alia quoque magnifice in laudem ejus, more suo, cumulat, monumentis nostris fere silentibus (298). Parum tamen putes verissimi-

(295) *Schond. Illustr.* T. III p. 26 (ubi opus hoc perfectum ad a. 1371 refert) & T. X p. 17, ad a. 1369.

(296) *Diff. cit. de S. Henrico* P. 2, Aphor. X, not. (c), p. 14; cum quo loco cfr. quæ de insignibus vetustis gentis Tavaastianæ, ac nominatim Episcopi Magni, habet *Jon. Bång*, *Tavaastiska Släktens Hittaretal*, Lit. A. Cælaturam vero lamina ænea qua Sepulchrum b. *Henrici* in Nousis tegitur, spectandam præbent cum PERINGSKÖLD *Monum. Ulleraker.* p. 128, tum *Diff. de S. Henrico* P. I. (eadem tabula ænea excusam).

(297) *Episcopofsc.* L. VII p. 333.

(298) Nonnisi paucorum (brevi hoc temporis intervallo) Ecclesiæ Cathedrali acquisite fundorum, in Registro ejusd. Ecclesiæ, sæpe a nobis laudato, existat memoria. Ubi *Præbendas S. Sigfridi & S. Catharinae*, mox commemorandas, præterimus, nullæ fere habentur literæ huc pertinentes, nisi sequens Testamentum: "Universis presentes literas inspecturis *Henricus Vinandi*, Canonicus Aboensis, salutem in Domino sempiternam. Noverint universi, quod ego villam quandam dictam "Tavestarna (Tavastrona?) parrochia Kymitto, coloniam unam in villa "Vahlema prope litus in parrochia Virilax sitam, ac Eskilli Luncgafon [deesse aliquid videtur!] parrochia Pargafa sita, per me de bonis a Domino michi concessis, per industriam propriam, vel de patrimonio "crucifixi, seu alias qualitercunque per me seu per honorabilem virum "Dominum *Vinandum*, fratrem meum, Canonicum Aboensem, acquisita, libere & sponte confero & assigno Ecclesiæ Aboensi perpetuis tem-



le, brevi Episcopatus sui tempore eximiam *Hemmingi* diligentiam & liberalitatem æquare potuisse.

Chorum porro Templi Cathedralis præcipuum Eundem dilatasse, *SPEGELII* vestigia premens (299), l. c. idem narrat, qua fide, nescimus; ejusdemque secutus *SPEGELII* auctoritatem addit, nostrum in Ecclesia sua Cathedrali *binas*, in honorem S. Catharinæ fundasse *Præbendas, Ligna & Sal dictas*, sufficienti assignato præbendatis alimento, ex certis redditibus annuatim percipiendo. Quem locum, fateor, mirum admodum mihi portentosumque videri. *Præbendam atque Chorum S. Catharinæ, Johannem III (Westphal)* nostri successorem suis sumtibus instituisse ac in-

Y y 2

stru-

“poribus possidenda; transferens omne jus, dominium & proprietatem, per litteras, instrumenta, scotaciones, seu aliter qualitercunque in me pertinentia, in ipsam ecclesiam Aboensem, omni juri, dominio & proprietati in ipsis bonis renuncians, ac alias donaciones ac ordinationes de ipsis bonis prius factas, tanquam minus licitas, denuncio fore irritas, inutiles & inanes: dans venerabili in Christo patri ac Domino meo, reverendo Domino *Johanni* Dei (gracia) Episcopo Aboensi qui nunc est, & ejus successoribus, ac Capitulo Aboensi, auctoritatem plenariam predicta predia vendendi, permutandi, alienandi, seu aliter de predictis prediis disponendi, pro ipsius vel ipsorum libito voluntatis. In quam (quarum?) evidenciam firmiorem sigilla venerabilis patris Domini *Johannis*, Dei gracia Episcopi supradicti, & Capituli Aboensis, Dominorum *Johannis* Prepositi, *Petri & Johannis* concanoniorum meorum, in quorum presencia hec acta sunt, me ipso instante & humiliter postulante, una cum sigillo meo presentibus sunt appensa. Actum & datum apud Ecclesiam *Agraepæ* anno Domini MCCC-LXX, feria secunda proxima post festum purificationis b. Marie virginis gloriose.” (*Registr. Eccles. Aboens.* Fol. 135 sq.) Docere hæc litteræ videntur, Episcopum nostrum initio anni commemorati (1370, ejusdem quo obiit) Ecclesias Carelicas visitasse, Archiproposito *Johanne* (Westphal, qui mox ei successit?) eum comitante. Cfr. infra not. (305).

(299) Sw. *Byrsköf. 2:dra Del, XII B. I C. p. 391.*

struxisse, JUUSTENUS diserte tradit (de qua re suo loco pluribus disputabimus); quamquam rem sedente *Johanni II (Petri)* jam inchoatam fuisse credas (300): eaque præbenda cum *S. Catharinæ* esset ac vocaretur, non intelligo quomodo prodigioso nomine *Ligna & Sal* appellari simul posset. An in literas aliquas SPEGELIUS incidemat, quibus ad *sal & ligna* cœmenda Præbendatis certi quidam assignabantur reditus? Rem definire nequeo.

Cæterum alia quoque Præbenda & Altari, memoriae *S. Sigfridi* consecrato, hoc circiter tempore Ecclesiam Aboënsē auctam fuisse, constat (301); vi Testamenti,

(300) Nisi anni nota sequentibus litteris adposita fallat, altare & præbenda *S. Catharinæ* a. jam 1370 exstitit: "Omniſibus præſens ſcriptum cernentibus Hennikinſus Nârſiue, civis Aboëniſis, ſalutem in Dômino ſempiternam. Noverint univerſi, quod ego & Lucia uxor mea curiam in qua nunc ſedemus, ſitam circa Eccleſiam Kathedralem, videlicet ad australem partem eccleſie, cum fundo dicto Kaalgordh, in honorem Dei & ſalutem animarum noſtrarum damus altari beate *Catharinæ* in eccleſia Aboëniſi, tali condicione, quod temporibus vite noſtre noſtre cedat poſſeſſioni, & poſt mortem noſtram cedat altari ſupradicto; præbendatus vero ibidem nos, ſicut ceteros qui eidem altari elemoſinas dederunt, in oracionibus ſuis habeat commendatos. In cuius teſtimonium ſigillum meum una cum ſigillo diſcreti viri *Finke*, cuius conſenſu hæc acta ſunt, præſentibus eſt appenſum. Scriptum Abo, anno &c. MCCCLXX feria ſexta poſt octavas Aſcenſionis," (*Reg. Eccleſ. Ab. Fol. 171*).

(301) Olim uno tantum altari fuit ornata, quod *altare beatæ Virginis (Sanctæ Mariæ)* & *Altare Parrochiale (Bârfru Altare & Sofna Altare)* vocabatur; cui præfuit *Curatus Aboëniſis*, qui & Scholam hic conditam primitus rexiffe videtur (cfr. ſupra p. 281 ſq. & p. 260 not (164)). Circa a. 1355 *Altare b. Georgii* jam acceſſiſſe vidimus (ſupra p. 181, not. (188)). Institutionem Præbendæ *S. Sigfridi*, illis non multo poſt adjectæ, ſequentes illuſtrant literæ: "Allom mannom ſom thetta breff hõrâ eller ſee, helfer *Erik Kariſſon* Riddere och *Sanno Hokensſon* everdelige met helfâ Jeſu Chriſti. Thet vari allom man-



ut videtur, a famoso illo Drotzeto atque Legifero *Nicolao Thuronis*, supra a nobis commemorato (302), pro salute anime sue facti, cujus executionem cum *Erico Caroli* (*Stenoni Benedicti*) & *Sunoni Haquini* (cognatis & affinis suis) demandasset, hi ultimis quidem jam Ep. *Hemmingi* annis de consilio suo perficiendo laborasse reperiuntur, sed non nisi post quinquennium ad exitum plene perducere valuisse, suspiceris? (303). Quod institutum, e-

Y y 3

jus-

“nom vitherlegit, at vi bassuom giffuidh undser ena prebenda i sancte
 “Henriks Kirka i Abo eth gotz som heter *Loppala*, meth allum till-
 “aghum som the gotz tilhora, iblandh anner the gotz som vi haf-
 “fwm ther til giffuidh: Ffor then skulda bindha wii allom them som
 “bygga och bo i them fornempdom *Loppalom*, ath the hedherlikom
 “manne *Herræ Esbiornæ Pædhersson* redho gorin aff alla the thet skul-
 “la kan, met alla lydna oc tianisth, swa som the eghan rettom egh-
 “andha ok husbondha at gorä, ok ängom androm. In cujus rei testi-
 “monium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Scriptum anno Do-
 “mini MCCCLX quinto”, (*Reg. Eccles. Ab. Fol. 168*). Nec non se-
 “quentes; “Omnibus presens scriptum cernentibus *Steno Benedicti* Mi-
 “les, & *Suno Haconsjon*, Advocatus Wiburgensis, salutem in Domino
 “sempiternam. Noverint universi, quod nos Dominum *Esbernum Pe-*
 “tri, latorem presencium, ad prebendam in ecclesia cathedrali in A-
 “bo, partim in efficaciam & per amplius infectendam [locus affectus!],
 “pro anima Domini *Nicolay Thureson*, Militis bone memorie, tam-
 “quam in ipsam jus patronatus habentes, omnia & singula eidem pre-
 “bende attinencia pro usibus suis libere regnaturum, tenore presencium
 “presentamus. Idecirco Dominum Episcopum *Aboensem* totumque Ca-
 “pitulum ibidem instantius deprecamur, quatenus predictum Dominum
 “*Esbernum*, amore Dei preciumque nostrarum intuitu, favorabiliter &
 “honorifice colligant, humaniter pertractantes. In cuius rei testimo-
 “nium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Scriptum in Abo, anno
 “Domini MCCCLXVIII, in vigilia b. *Johannis baptiste*.” (Ib.).

(302) Cfr. supra p. 223 sq., & citata ibidem loca.

(303) Præter allatas nuper (not. 301) literas, sequentes, ab Ep. *Johanne* (III *Westphal*) datæ, rem confirmare videntur; “Universis

jusdem familiae liberalitatem postea etiam expertum fuit (304).

Mo-

“presentes litteras inspecturis *Johannes*, misericordie Divinae Episcopus Aboensis, salutem & veritati testimonium perhibere. Per presentes publice protestamur, nos olim, cum adhuc in gradu canonicatus esse-mus constituti, interfuisse, vidisse & audisse, quod & quando circum-
 “specti viri, Dominus *Ericus Karlsfon* videlicet & *Suno Haquonsfon*,
 “veri & legitimi executores testamenti Domini *Nicolai Thwrsfon* Mili-
 “tis, presentabant Dominum *Esbernium Petri* coram venerabili in Chri-
 “sto Patri Domino *Håmingo*, predecesore nostro, ad altare Sancti
 “*Sigfridi*, nec non ad omnia bona & predia ipsi altari deputata &
 “donata, predium *Loppala* videlicet in *Bårnå*, *Anungis* circa *Abo*,
 “& quedam bona in *Refum* dicta *Aru*: ad quorum Domini *Erici* Mi-
 “litis & *Sunonis* presentacionem, predictus reverendus in Christo pa-
 “ter, Dominus *Håmingus*, ad hoc rogatus specialiter, supradicto Domi-
 “no *Esberno*, sic rite & legitime presentato, idem altare sancti *Sigfridi*
 “in ecclesia Aboensi, cum bonis supradictis, canonicè conferebat: quam
 “quidem collacionem, sic rite & canonicè factam, auctoritate ordinaria
 “per presentes approbamus. Datum apud ecclesiam *Bårnå* anno Domini
 “MCCCLXX primo, ipso die beati *Thome* Apostoli, sub sigillo nostro
 “presentibus impendenti.” (Ibid.) Dubium aliquod aut impedimentum
 intervenisse, hæc littere indicare videntur?

(304) Testantur litteræ sequentes: “Omnibus presens scriptum cer-
 “nentibus *Steno Stensfon* Miles salutem in Domino sempiternam. No-
 “verint universi, tam posteri quam presentes, me bona mea patrimo-
 “nialia in *Munkkånes* sita in *Karelia* parochia *Verelax*, cum omnibus
 “& singulis eorundem bonorum adiacenciis, videlicet domibus, agris,
 “pratis, silvis, piscariis, molendinis vel molendinarum locis, infra se-
 “pes & extra, in siccis & humidis, nullis penitus exceptis, ad altare
 “*Sancti Sigfridi* in ecclesia Aboensi, pro anima patris mei, Domini *Ste-*
 “*nonis Thwrsfon*, bone memorie, veraciter contulisse, alienando mi-
 “chi & heredibus meis & appropriando eidem altari & vicario pronunc
 “ibidem manenti, vel ei qui pro ipso in eadem præbenda fuerit, in
 “perpetuum possidenda. Insuper ego idem *Steno Miles* do & concedo
 “predicto vicario & successoribus suis plenam auctoritatem, bonæ præ-
 “dicta vicinius (?) altari prescripto, cum consensu & consilio Domini
 “Episcopi ejusdem ecclesie Aboensis & Capituli sui, ad commodum ejus-



Monumenta illa pauca quæ supersunt, curam jurium sedis suæ tuendorum Episcopum nostrum haud neglexisse, ostendunt. Sic & literas R. *Alberti*, quibus tributum Episcopo pendendum, simul cum tributo Regio solvendum incolis Finlandiæ superioris injunxit (supra a nobis allatas, (p. 274), accurate observandas severe inculcasse reperitur (305), & de privilegiis Ecclesiæ suæ cum Regia (306) tum Pontificia (307) auctoritate solenniter confir.

“dem vicarii & successorum suorum rationabiliter permutandi. In cuius rei testimonium sigilla nobilium virorum Dominorum *Benedicti Philippusson & Stenonis Benedicti*, Militum, una cum proprio, peto presentibus apponenda. Scriptum Thelghis anno Domini MCCCCLXXX septimo, 3 feria infra octavas corporis Christi.” (Ibid.).

(305) Post Edictum Regium verbotenus repetitum, gravem hanc admonitionem & comminationem addit: “Cum igitur predecessores nostri tali privilegio a tanto tempore usi sunt, quod ejus memoria in contrarium non existit, nichilominus quidam voluntatem pro lege habentes, tali Privilegio in derogationem regie majestatis illudentes, ipsum acceptare renuunt & contempnunt, Deum etiam & ecclesiam contempnentes; idcirco nos *Johannes* Dei gratia Episcopus Aboensis statuimus & ordinamus predictum privilegium per parochianos in *Savilax*, sicut per *Tavastos & Satagundos*, de cetero observandum; adiacentes, quatenus si infra quindenam a collectione tributi regii computandam nobis non satisfecerint de tributo nostro, reas esse decernimus in tribus marcis, nullatenus admittendos ad sacre eucharistie sacramentum donec tam de tributo quam de emenda pro sua contumacia satisfecerint, ut tenentur. Actum & datum Wiborg anno Domini MCCCCLXX, die beate Scolastice virginis. In quorum evidenciam sigillum nostrum presentibus est appensum.” (Reg. Eccles. Ab. Fol. 6.) Cfr. A CELSE *Appar. ad Hist. Sveo-Goth.* p. 117, & quæ supra disputavimus p. 298 not. (219) & p. 351 not. 298 fin.

(306) Documento hæc sunt litteræ: “Omnibus presens scriptum cernentibus *Albertus* Dei gratia Sveorum Gotorumque Rex ac Dominus terre Scanie, salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium protestamur, quod nos ad instantiam venerabilis in Christo patris Do-

firmandis sollicitum fuisse constat: neque uno præterea
Papalis favoris documento ipse ornatus fuit (308). Ar-
chi-

mini *Johannis Dei gracia Episcopi Aboensis, ex consilio & consensu
consiliatorum nostrorum, omnes & singulas libertates, gratias & privi-
legia per nos vel progenitores nostros Episcopo Aboensi & ecclesie sue
super bonis & familiaribus suis seu officialibus, in rure constitutis, a-
lias indultas vel concessas seu indulta vel concessa, quoad omnes &
singulos eorum articulos ratificamus ac eciam tenore presencium con-
firmamus; volentes predictos Episcopum & ecclesiam eisdem libere per-
frui & gaudere. Prohibemus itaque omnibus Advocatis nostris & offi-
cialibus ac aliis quibuscunque, ne quis predictos Episcopum & eccle-
siam, contra hanc nostram confirmationem & gratiam, quomodolibet
impediat vel molestet, prout indignacionem nostram regiam duxerit
evitandam. Datum Stockholmis anno Domini MCCC sexagesimo nono
quarta die Junii, nostro sub Secreto.” (Reg. Eccles. Ab. Fol. 24)*

(307) Exstat in *Registro Eccles. Aboensis* sæpissime laudato, (Fol. 50) Bulla Papæ *Urbani V*, data *Janue VI Idus Martii, Pontificatus sui anno octavo* (1370, licet vetus exscriptor annum apposuerit 1369), qua Episcopo nostro Ecclesieque sue concessa privilegia aliasque indulgentias ac inimunitates singulas liberaliter confirmat. Bulla hæc Nobilissimo A CELSE non innotuit.

(308) Pertinent hæc Bullæ binæ ejusdem Pontificis (*Urbani V*), in *Reg. Eccles. Aboensis* (Fol. 50) iidem reperiundæ (D: no A CELSE utraque ignota); quarum altera, data *Avinione XVII Kal. Novembris Pontificatus sui anno quarto* (1365)?, Episcopo nostro, (ex singulari gratia petitioni ejus annuendo) permittit, ut missam antequam illucescat dies, circa tamen diurnam lucem, cum qualitas negotiorum pro tempore ingruentiam id exegerit, liceat ei celebrare, aut per proprium aut alium sacerdotem idoneum facere celebrari, --- proviso quod parce hujusmodi concessione utatur; quia cum in altaris officio ymmoletur Dominus noster Dei filius Ihesus Christus, qui candor est lucis eterne, congruit hoc non in noctis fieri tenebris, sed in luce. Altera bulla eidem potestatem tribuit habendi altare portatile cum debita reverentia & honore, super quo in locis ad hoc congruentibus & honestis possit celebrare, aut per proprium aut alium sacerdotem idoneum, missam & alia Divina officia, sine juris alieni præiudicio, in sua presenciam facere celebrari. Data

chiepiscopi etiam Upsalensis (*Birgeri*), hanc Diœcesin, pro Metropolitana sua auctoritate a. 1369 visitantis (309), præsentia ad commoda juraque Ecclesiæ & Sedis suæ munienda uti haud neglexit, comparato sibi edicto faventissimo (310), quod observandum diligenter mox inculcasse reperimus (311).

Z Z con-

hæc legitur itidem *Avinione, XVI Kal. Novembris, Pontificatus anno octavo.* Vitiium esse ab exscriptore in anno prioris Bullæ commissum (aliòquin enim ad *Henricum*, Episcopi nostri antecessorem spectaret), & ibi quoque legendum *octavo* per *quarto* (a. 1370 pro a. 1366) videtur: redierat namque jam Avenionem Papa mense Septembri a. 1370. Idem vetus descriptor significat, annum adponens 1369; uno enim anno serius plerumque annos Pontificum computat.

(309) Hujusmodi visitationis Archiepiscopalis ad hæc oras susceptæ exemplum aliud supra exhibuimus, p. 234 sq. (cfr. pp. 212, not. 80) subjunctæque nota III & 112.

(310) Habetur in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 3, hujusmodi: "Universis presentes litteras inspecturis *Birgerus* Divina permissione (al. rectius *miseracione*) Archiepiscopus Upsalensis salutem in Domino sempiternam. Noverint universi, quod *agentibus nobis officium visitacionis* anno ab incarnatione Domini MCCCLX nono *apud ecclesiam Aboensem*, inter alia iura, statuta & consuetudines ipsius patrie invenimus & veraciter didicimus (didicimus) unam consuetudinem inter clerum & populum a tanto tempore concorditer observatam, quod ipse memoria in contrarium non existit: videlicet *quod collectoribus decimarum predialium tam ex parte Episcopi quam Ecclesie & Sacerdotis, tempore collectionis ipsarum decimarum, expense necessarie cum pabulo quinque equorum consueverint a dantibus decimas ministrari*; ita quod tot parochiani ministrant ipsi collectoribus expensas unius prandii, pro quot ipsi collectores sufficiunt (al. exemplum *sufficerent*) a mane usque ad prandium decimas mensurare, & statim prandio facto inde recedentes apud alios decimas colligant & mensurent (al. colligerent & mensurarent) que ipsis de cena in expensis necessariis providebunt (al. *viderent*). Ceterum loco oblationum & Mathbyrdh conventionem inter



Consilium fundandi Aboæ Cœnobii Virginum porro tribuit nostro RHYZELIUS (l. c.), VASTOVII sine dubio in-

“iplos clericos & laycos hucusque servatam, scilicet unam, karp filiginis cumulatam, ac alias decimas piscium, animalium, pellium, lini, canapis, humuli ac aliorum quorumcunque persolvant fideliter ac de vote; volentes & mandantes firmiter & districte tam clericis quam laycis dyocesis Aboensis, quatenus consuetudines predictas, a nobis tamquam rationabiles & prescriptas approbatas, de cetero inviolabiliter observent ex parte utriusque, ne si altera vel utraque pars in contrarium venerit, Divinam super se sentiant ulcionem, cum pena condigna eidem tamquam transgressori huiusmodi consuetudinis seu statuti per nos approbati merito infligenda. In quorum evidenciam firmiter figillum nostrum presentibus est appensum. Actum & datum anno & loco supradictis, VIII die mensis Octobris.”

In alio exemplo ejusdem Statuti (l. c. Fol. 4. reperiendo), a verbis usque *qui ipsis de cent in expensis necessariis providebunt*, non levi varietate, hoc modo legitur: “Volentes igitur per nostras litteras huiusmodi consuetudinem tamquam rationabilem confirmare, ut omnis disencionis materia in posterum excludatur, volumus & mandamus tam clericis quam laycis firmiter & districte, quatenus huiusmodi consuetudinem rationabilem & prescriptam a nobis approbatam inviolabiliter studeant de cetero observare, ac alia pacta seu convenciones inter ipsos clericos & laycos huc usque servatas, (*al. servata vel servat. s.*) scilicet loco oblacionum & Mathbyrdi unam karpam filiginis cumulatam in jure Finnico & decem marcas buriri in jure Suevico, ac quicklyondh seu alias decimas piscium, animalium, pellium, lini, canapis ac aliorum quorumcunque; nec non introducciones nubencium, & post partum, & funeralia consueta solvant fideliter & devotè; ac etiam ipsi clerici huiusmodi consuetis convencionibus sint contenti, ne si altera pars vel utraque in contrarium venerit” &c. (plane ut in altero exemplo). An ad alias provincias aliter adornatum huius statuti exemplum mittendum Archiepiscopus curavit vel an prioris exempli exscriptor quedam omisit, & variavit?

(311) Habetur ejus edictum *Reg. Eccles. Ab. Fol. 165*: “*Johannes Dei gracia Episcopus Aboensis, omnibus & singulis Satagundiam inhabitantibus salutem in Domino sempiternam. Cum venerabilis in Christo pater Dominus Birgerus, Divina misericordione Archiepiscopus*

inductus auctoritate, qui in *Notitia Monasteriorum quæ olim in Suecia ac Gothia florere* (Viti suæ Aquilon. adjecta, p. 199 Edit. Colon.) ejusdem meminit (312). Nobis ejus rei confirmanda nulla alia suppetunt argumenta (313); de qua igitur nec addere quicquam valemus.

Z z z

Quod

“Upsalensis, visitacionis officium perageret apud ecclesiam Aboensem, quidam de communitate proposuerunt, quod ipsa communitas gravata esset in expensis decimarum collectoribus faciendis, unde ne aliqua dissensionis materia de talibus expensis & aliis obventionibus in posterum faciendis de cetero oriretur, predictus venerabilis pater in placito gerendi duxit se per suas patentes litteras faciendum (sancientiam?). Quibus premissis, ipsum Rodericum Archiepiscopum, quale nuper dedimus, (posterioris nempe illud exempli), verbotenus avert, ac deinde hoc modo pergit: “Quare volumus & mandamus, vobis auctoritate ordinaria districtius injungentes, quatenus hujusmodi consuetudines & statuta, ab antiquo & nunc per venerabilem in Christo patrem ac Dominum, Dominum Birgerum predictum, Archiepiscopum Upsalensem, approbatas & approbata, observare velitis illesas & illece, si censuram ecclesiasticam volueritis evitare, per nos vobis auctoritate ordinaria infligendam, una cum penis quas idem Dominus Birgerus, Dei gratia Archiepiscopus Upsalensis, non servantibus approbacionem consuetudinis predictæ per ipsum merito duxit imponendas. Actum & datum die beati Clementis” (23 Nov.) “nostro sub secreto, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo nono.”

(312) *Abogia Virginum Cœnobium anno Christi 1370 fundatum a Joanne Episcopo Aboense.* Quod ad successorem suum Johannem III (Westphal.) trahere, qui exeunte demum anno ad Episcopalem evectus fuit dignitatem, res ipsa prohibet.

(313) Dicit quidem RHYZELIUS (*Monasteriol. Sviogoth. L. VIII C. I p. 291*) Thetta (Cœnobium Virginum Aboense) heretas i gamb-la Sandlingar (at) Biskopen Johannes Petri Arosensis hafver på sit sidsta lesnads år 1370 anlåg och therunder gifvit anseendiga rentor til Rostfrens behof och Numjornes underhåll; sed neque ipse, quamquam illa sunt monumenta docet (pro more suo pessimo), nec ulla ad nostram pervenerunt hæcenus notitiam, qui paucissima omnino vestigia hujus Cœno-



Quod a. 1370 nostrum obiisse JUUSTENUS dicit, recte sese omnino habet, aliisque etiam testimoniis confirmatur. Cum igitur SPEGELIUS (l. c.) annum mortis suæ edit 1374, manifestum errorem committit, inde ortum, quod Episcopum nostrum (*Johannem II, Petri*) cum successore suo (*Johanne III, Westphal*) confundit (314), duci etiam suo MESSENIO aperte repugnans (315).

JOHANNES III.

Aboæ natum fuisse, unanimi consensu vetera produnt monumenta. Unde a veritate non abhorret, familia oriundum fuisse his temporibus non obscura, quæ idem cognomen gessit, & Aboæ & Stockholmæ sedem fortunarum suarum nacta (316), e *Westphalia* fortassis olim advena?

Ca-

bii indagare valuimus. Utrum Cenobium *S. Annæ* idem appellatum fuerit, quod simul RHYZELIUS affirmat, intra disputandi locum habebimus.

(314) Quare & Edictum de portione cibaria (*Mattfott*) a rusticis Nylandiæ clero conferenda, ab eo promulgatum fuisse dicit, & in *Nyttgård* cum a. 1374 decessisse; quod idem mox de successore suo, totidem verbis miraque ositantia repetit.

(315) *Chron. Episcopor. C. XII, n. XIV & XV, Cfr. Schond. T. X p. 17.*

(316) Anno 1373 *Lafrindz Titeannen aff Thövesalum*, prædium suum in *Hirwifalo* vendidit *Laurentio Westfall*, civi *Aboensi* (*Lafrindze Westfall, byamane i Abo*): *Registr. Eccles. Ab.* Fol. 96. Anno 1376 litteras venditionis, quibus prædia quædam in *Finlandia Petro Alenninghe* (civi & postea Senatori urbis *Stockholmiensis*) acquirebantur, sigillis suis *Stockholmæ* munierunt honesti viri (*hedherlika män*) *Lambrik Westfal & Hannus Mintare, Consules urbis Stockhol-*

Canonicum antea fuisse Aboënsē, indubiis constat testimoniis (317). Dignitate vero *Archipræpositi* an auctus fuerit, non æque certum est (318).

Chorum & Præbendam S. Catharinæ in Ecclesia Cathedrali fundasse cum Auctori nostro dicitur; ita fortassis intelligi hoc debet, ut sua liberalitate hoc institutum inprimis auxerit, ornauerit & ditaverit, adeoque vere instauraverit! (319).

Anno 1370 exeunte sedi Episcopali fuisse admotum, vel litteræ docere possunt commendatiæ ad Regem *Albertum* datæ, quibus novum Episcopum munivit Papa *Gregorius XI*, quarumque exemplum nobiscum, pro solito in nos favore, benigne communicavit Generosiss. FRE-

Z z 3

DEN-

mienſis. Anno 1383 ſimilibus litteris, alia prædia in eundem *Petrum Alenninghe* transferentibus, ſigilla ſua appendiſſe reperiuntur honeſti viri (*ärligha män*) *Wilkin Stånkill & Lambrecht Weſtfaall*, itidem *Conſules* Stockholmiēſes (*Borgmeſtare j Stockholm*): *Regiſtr. Eccleſ. Ab.* Fol. 180. Anno porro 1415 litteris, quibus præditum quoddam in paræcia *Wirno* Eccleſiæ Cathedrali donatur, ſigilla ſua appendebant honeſti viri (*ärligha män*) *Domini (?) Sönis Deues & Sönis Weſtphal*; *Ib.* Fol. 220.

(317) Cfr. Litteras ipſius ſupra allatas p. 353 ſq. not. (303); præter alias, annis 1359 & 1363 datas, in quibus vocatur vel *Herre Hans Weſtfaal*, vel *Herre Hannus Weſtfaalsſon*, *Canick i Abo* Fol. 171.

(318) Cfr. Litt. ſupra allatas p. 350 ſq. not. (298).

(319) Cfr. ſupra dicta p. 352, not. (300). Plurima autem prædia Episcopum noſtrum huic Præbendæ donaffe, fidem faciunt litteræ quibus ipſe emiſſe docetur magnam eorum partem quæ ad illam deinde pertinuiffe reperiuntur. Cfr. *Regiſtr. Eccleſ. Ab.* Fol. 171, 172 & 173; nec non Fol. 195 -- 198.

DENHEIM, ex Archivo Pontif. Romani sibi missum: quas, cum breves sint, (atque Nobiliss. A. CELSE fuerint ignotæ), subjungimus 320). Nec multo post alio auctus, ab eodem Pontifice, fuit Papalis favoris documento, confirmationem nactus (antecessoris sui exemplo) omnium privilegiorum Ecclesiæ atque Sedi suæ concessorum amplissimam (321).

Re.

(320) "Gregorius &c. Carissimo in Christo Filio - - - (Alberto) "Regi Syetie illustri salutem &c. Cum dudum felicitis recordationis Ur- "banus P. P. V. predecessor noster, de persona venerabilis Fratris nostri "Joannis, Episcopi Aboensis, Ecclesiæ tunc Pastore carenti, de fratrum "tuorum, de quorum numero tunc eramus, consilio, duxerit auctori- "tate Apostolica providendum, precipiendo cum eidem in Episcopum & "Pastorem: Nos ipsum Joannem Episcopum, suis exigentibus multipli- "cium virtutum meritis, paterna benivolentia prosequentes, ac cupien- "tes quod dicta Ecclesiæ Aboensis sub ipsius Joannis Episcopi regimine "in spiritualibus & temporalibus felicitia suscipiat incrementa, serenita- "tem tuam rogamus & hortamur attente, quatenus eundem Episcopum " & dictam Aboensem Ecclesiæ sue cure commissam, habens, pro divi- "na & Apostolice sedis ac nostra reverentia, propensius commendatos, "sic ipsos tui benigni favoris auxilio prosequaris, quod idem Joannes "Episcopus, tuo fultus auxilio, in ipsius ecclesiæ regimine valeat Deo "propitio, prosperari, tuque proinde felicitatis eterne premia conse- "quaris, ac nos etiam celsitudinem regiam condignis possimus in Domi- "no laudibus merito commendare. Datum Avinion. Kal. Aprilis, anno "primo." Ex Registro Litterarum Apostolicarum in Indice Gregorii P. "P. XI, anno primo p. 124, in Archivo Pontif. Rom. inveniri, adjecta "annotatio testatur. (Cfr. supra p. 127) Ad R. Albertum (d. I. Apr. 1371) datas "esse, res ipsa docet. Pontificem Urbanum V a. 1370, die 19. Dec. obiisse, ac "Gregorium XI die 29 Dec. ejusdem anni ei successisse, constat.

(321) Bulla Papæ Gregorii XI, dat. Rome apud Sanctum Petrum "VI Iduum Aprilis, Pontificatus sui anno Septimo (d. 18 Apr. 1377); "Reg. Eccles. Ab, Fol. 46; A. CELSE l. c. p. 136, n. 24; cfr. ibid. p. "66 n. 22.



Reliquis altaribus quibus jam ornabatur Templum
Cathedrale, ejus tempore accessisse etiam altare (cum Præ-
benda) S. *Bartholomæi*, vetera produnt monumenta (322);
cujus reditus (ut infra docebitur) sedente *Berone*, proxi-
mo

(322) Superfunt literæ ipsæ fundationis ab Episcopo nostro datæ, quas,
quoniam ansam etiam facti hujus instituti exhibent, adponendas duxi-
mus, hujus formæ: "Nos *Johannes*, miseratione Divina Episcopus Abo-
ensis & Capitulum ibidem, notum facimus omnibus & singulis quo-
rum interest seu interesse poterit in futurum, quod propter homici-
dium quoddam per *Johannem Kõlnarã*, civem Aboensem, in *Johan-
nem* cognominatum quendam *Ladoviks kumpin*, suadente dyabolo per-
petratum, inimicitie capitales inter consanguineos ipsius *Johannis occisi*
& Dominum (leg. distum?) *Johannem Kõlnarã* multis temporibus per-
durabant, que tandem intercedentibus bonis hominibus pacis unitatem
zelantibus, summo mediatore cooperante sopite fuerant in hunc mo-
dum, quod predictus *Johannes Kõlnarã* unum altare cum singulis or-
namentis sibi debitis constitueret in ecclesia cathedrali, in quo due-
nisse in honorem Dei & animarum defunctorum salutem singulis ce-
lebrarentur ebdomadis perpetuo duratura: quod sponte subiens, quam-
vis satis onerosum, duas colonias, quarum una sita est prope castrum
Aboense, dicta *Afonsa*, & altera in Lundis" [in margine additur *Bren-
nikk h. e. Brennikkylã*] "obtulit ipsi altari in perpetuum subiciendas,
ut ex fructibus inde provenientibus possent petita superius omnia con-
sumari. Sed quia consanguineis antedictis *Johannis* antedicti de-
funditi videbatur hoc posse futuris temporibus evacuari propter pericu-
la casualia, Ecclesia cathedralis ipsas colonias acceptavit tali condi-
tione, ut rectoris eiusdem ecclesie qui pronunc est aut pro tempo-
re fuerit, ipsum altare cum suis ornamentis fundat & construat, &
sic deinceps sacerdoti missas in ipso celebranti & curam ipsius geren-
ti, sicut expressum est supra, *X mark* aut *x^r marcas puri argenti*
annuatim exponat, & cum hoc qualibet die qua sepelietur *Johannes*
defunctus de medio sublatu fuit, scilicet in profesto purificationis
beate virginis *Marie*, $\frac{1}{2}$ *mark* exsolvat pro missis in commemoratione
ipsius distribuenda Curato altaris beate virginis gloriose. Datum A-
bo anno Domini MCCCLXXXVIII, die beati *Olavi* martiris, nostre
sub sigillis & civitatis Aboensis." *Regist. Eccles. Ab.* Fol. 242.



mo Episcopi nostri successore, liberalitate *Henrici* Archiepiscopi Uplalensis infigne acceperunt augmentum.

Occurrunt porro in *Registro Ecclesie Aboënsis*, sæpe a nobis laudato, Bullæ binæ, nomen *Gregorii* Pontificis præferentes; quem alium esse non posse nisi XI, nostro faventissimum, res multæ arguunt (323), licet a. 1233 utrique adscriptus reperiatur, adeoque a veteri descriptore ad *Gregorium IX* referantur (324). Bulla utraque *Strengnesensi* & *Revaliensi Episcopis ac Abbati Monasterii in Padbes* missa esse legitur: altera de bonis Capituli Aboënsis, altera de bonis ad mensam Episcopalem pertinentibus, diligenter defendendis, iisque quæ abalienata erant recuperandis, agit; eodem utraque die (V. scil. *Kal. Aprilis*, Pontificatus anno septimo (28 Martii 1377) scripta perhibetur. Quas igitur, si omnino genuinæ putandæ sunt, nostri tempore Episcopi scriptas esse oportet. Fatemur autem, videri nobis suspiciosum, quod vivente Episcopo, nulla ipsius, sed *Præpositi* tantum atque *Capituli* mentio fiat, quodque querelas ad Papam detulisse dicantur de bonis multis Ecclesiæ suæ & mensæ Episcopali subductis; qualibus peccatis vix credas apud nos locum fuisse, ubi & Episcopos diligentissimam commodorum suorum augendorum gessisse curam reperimus, & pau-

per-

(323) Mentionem Papa facit *felicitis recordacionis Bonifacii Pape VIII Predecessoris sui* (a. 1303 mortui); de *Præposito* Aboënsi loquitur (quod munus a. demum 1340 institutum fuit). Si anno VII *Gregorii IX* Bulla fuisset scripta, (a. 1233, tempore *Thomæ* Episcopi), neque *Capituli Aboënsis* Papa meminisse potuisset, neque *Capitulum* queri de occupatis & ecclesiæ suæ ablatis *Castris, Villis* &c.

(324) Cfr. Nobiliss. A CELSE l. c. p. 66, n. 22. Ex nostro sine dubio *Registro (Ecclesie Aboënsis)* suum OERNHJÄLMIIUS apographon habuit?



)

(



perstatem Ecclesiæ suæ (præ reliquis patriæ) hanc curam illis necessariam hæctenus reddidisse? Nisi has ce litteras encyclicas fuisse, existimare debemus, atque ad abusus hujusmodi (ut Hierarchis videbatur), in australioribus Europæ partibus non raros, prohibendos proxime quidem comparatas atque promulgatas, sed per omnes tamen regiones Hierarchiæ Papali subjectas, summo rei momento hanc providentiam exigente, simul missas; quod & *Ducum, Marchionum, Comitum, Baronum* inter Ecclesiæ spoliatores injecta mentio, prodere videtur? Obliviscendum vero non est, Papam eundem, quod nuper significavimus, paucos post dies (d. 18 April. 1377) ad Episcopum nostrum nominatum, faventissimas scripsisse litteras. Sed in hanc rem diligentius inquirendi otio nunc quidem caremus, aliorum industriæ relinquentes: quare literarum ipsarum exemplum subjicimus (325).

A a a

Quum

(325) "*Gregorius* Episcopus, servus servorum Dei, Venerabilibus fratribus *Strenginensi & Revaliensi* Episcopis, ac dilecto filio Abbati Monasterii in *Padhes* Revaliensis Dyocesis, salutem & Apostolicam benedictionem. Militanti ecclesie, licet immeriti, disponente Domino presidentes, circa curam ecclesiarum & monasteriorum omnium solertia reddimur indefessa solliciti, ut juxta debitum pastoralis officii eorum occurramus dispendiis, & profectibus, Divina cooperante clemencia, salubriter intendamus. Sane dilectorum filiorum *Prepositi & Capituli Ecclesie Aboensis* conquestione percepimus, quod nonnulli *Archiepiscopi, Episcopi aliique ecclesiarum Prelati & clerici* ac ecclesiasticæ persone, tam religiose quam seculares, nec non *Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, Milites & Ilici*, Communia civitatum, universitates opidorum, castrorum, terrarum, villarum & aliorum locorum, & alie singulares persone civitatum & dyocesum & aliarum parcium divisarum, *occuparunt & occupari fecerunt castra, villas & alia loca, terras, domos, possessiones, iura & iurisdictiones, nec non fructus, redditus & proventus* eiusdem ecclesie, & nonnulla alia bona, mobilia & immobilia, spiritualia & temporalia, ad Prepo-

Quum ab una parte *Helſingia* (totam olim *Norrlandiam* hodiernam complexa) Dioceſi eſſet Uplalienſi addita,
ab

fitum & Capitulum predictos ſpectancia, & ea detinent indebite occupata, ſeu ea detinentibus preſtant auxilium, conſilium vel favorem. Nonnulli etiam Civitatum ac Dioceſium & parcium predictarum, qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant, eiſdem Prepoſito & Capitulo ſuper predictis Caſtris, villis & locis aliis, terris, domibus, poſſeſſionibus, iuribus & iuriſdictionibus, fructibus, cenſibus, redditibus & proventibus eorundem & quibuſcunque aliis bonis, mobilibus & immobilibus, ſpiritalibus & temporalibus, & aliis rebus ad eodem Prepoſitum & Capitulum ſpectantibus, multiplices moleſtias ac iniurias inferunt & iacturas. Quare dicti Prepoſitus & Capitulum nobis humiliter ſupplicarunt, ut cum eiſdem valde reddatur difficile pro ſingulis querelis ad Apoſtolicam ſedem habere recurſum, providere ipſis ſuper hoc paterna diligencia curemus. Nos igitur adverſus occupatores, detentores, preſumptores, moleſtatores & iniuriatores huiusmodi, illo volentes eiſdem Prepoſito & Capitulo remedio ſubvenire, per quod ipſorum compeſcatur temeritas, ac aliis aditus committendi ſimilia precludatur; Diſcrecioni veltre per Apoſtolicam ſcripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus veſtrum, per vos vel alium ſeu alios, etiam ſi ſint extra loca in quibus deputati eſtis conſervatores & iudices, prefatis Prepoſito & Capitulo efficaciſſime deſtinationis preſidio aſſiſtentes, non permittatis eodem ſuper hiis & quibuſlibet aliis bonis & iuribus ad eodem Prepoſitum & Capitulum ſpectantibus, ab eiſdem vel quibuſvis aliis indebite moleſtari, vel eiſdem gravamina ſeu dampna vel iniurias irrogari: facturi dictis Prepoſito & Capitulo, cum ab eis vel procuratoribus ſuis vel eorum aliquo fueritis requeſiti, de predictis & aliis perſonis quibuſlibet, ſuper reſtitutione huiusmodi caſtorum, villarum, terrarum & aliorum locorum, iurium & iuriſdictionum ac bonorum mobilium & immobilium, reddituum & proventuum & aliorum quorumcunque bonorum, nec non de quibuſlibet moleſtiis, iniuriis atque dampnis, preſentibus & futuris, ab illis videlicet que iudiciale requirunt indaginem, ſummarię & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicii, in aliis vero prout qualitas exigerit, iuſticie complementum, occupatores ſeu detentores, moleſtatores ſeu preſumptores & iniuriatores huiusmodi, nec non contradictores quolibet & rebelles cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus,



ab altera vero Episcopi Aboenses Finlandiam omnem suam vindicarent ditioni; fieri non potuit, quin de limitibus

A a a 2

inter

ordinis vel condicionis extiterint, quodcumque & quocumque expedierit, auctoritate nostra, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita compefcendo; invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis: non obstantibus tam *felicitis recordacionis Bonifacii Pape VIII, predecessoris nostri*, in quibus cavetur ne aliquis extra suam civitatem & dyocesim nisi in certis exceptis casibus & in illis ultra unam dietam a fine sue dyocesis, ad iudicium vocetur, seu non iudices & conservatores a sede deputati predicta, extra civitatem & dyocesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, sive alii vel aliis vices suos committere, vel aliquos ultra unam dietam a fine dyocesis eorundem trahere presumat, dummodo ultra duas dietas auctoritate presencium aliquis non trahatur, seu quod de aliis quam de manifestis iniuriis & violentiis & aliis que iudicalem indignem exigunt, penis in eos, si secus egerint, & in id procurantes adiectis, Conservatores se nullatenus intromittant; quam aliis quibuscumque constitutionibus a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus tam de iudicibus delegatis & conservatoribus, quam personis ultra certum numerum ad iudicium non vocandis, aut aliis editis, que nostre possent in hac parte iurisdictioni aut potestati eiusque libero exercicio quomodolibet obviare; seu si aliquibus communiter vel divisim a prefata sit sede indultum, quod excommunicari, suspendi vel interdici, seu extra vel ultra certa loca ad iudicium evocari non possint, per litteras apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi & eorum personis, locis, ordinibus & nominibus propriis mencionem, & qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam nostre iurisdictionis explicacio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua cuiusque toto tenore de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mencio specialis. Ceterum volumus, & apostolica auctoritate decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico prepeditus, quodque a dato presencium sit vobis & unicuique vestrum, in premissis omnibus, ceptis & non ceptis, presentibus & futuris, ac pro predictis procedere, ac si predicta omnia & singula coram vobis cepta fuissent, & iurisdiccio nostra & cuiuslibet nostrum in predictis omni-



)

(



inter utramque dioecesim controversia aliquando nasceretur; dijudicatu eo difficilior, quod nec regionum illarum fines, nec incolarum sedes, constantes olim fuissent. Fenni, orientale sinus Botnici litus boream versus sensim persequentes, ultimum ejus recessum tandem superaverant, atque circa Tornoam, nemine prohibente, jam confederant: quorum omnium convertendorum & spirituali suo imperio subjiciendorum potestas atque officium cum Aboensi esset Episcopo demandatum, hic pastoralem suam ditionem æque propemodum late sensim extenderat, ac gregis sui habitacula porrigerentur. Ubi vero neglecta olim solitudines, hominum frequentia celebrari cœpissent, in magnis hujus tractus fluviis piscatum uberrimum exercentium; attentionem Hierarcharum atque in finibus ditionum suarum curatius constituendis diligentiam, hæc res statim excitavit. Unde incolis parœciarum *Kemi* & *Salo* [quarum illam parœcias hodiernas *Kemi* (indeque nuper separatas *Kemi-tråsk* atque *Rovaniemi*) *Ijo* & *Pudasjärvi*; hanc autem parœcias hodiernas *Paldamo* (ac inde nuper distractam *Hyrnsalmi*) *Sotkamo*, *Ulo* (indeque divulsam nuper *Muhos*), *Limingo*, *Carlö*, *Siikajoki*, *Pyhäjoki* & *Kalajoki*, eo tempore comprehendisse; non improbabili-ter colligit MATHESIUS *Dist. de Ostrobotnia* p. 29 & 55] cum Curatos seu sacerdotes initio jam seculi XIV. ti ab Episcopo

„bus & singulis per citationem vel modum alium perpetuata legitimum „extitisset, constitutione predicta super conservatoribus & alia qualibet „in contrarium edita non obstante, presentibus post decennium minime „valituris. Datum Rome apud Sanctum Petrum, V Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno septimo.” *Regist. Eccles. Ab.* Fol. 47. Alia autem illa Bulla Pontificis, *super alienacione Castrorum &c. sub mensa Episcopi Aboensis*, ejusdem plane, mutatis mutandis, est tenoris, legenda ibid. Fol. 48. Opem criticam neutri adhibuimus; operæ pretium non putantes.



piscopo Aboënsi constitutos, tum illarum incolis a Rege *Magno Erici* significatum atque injunctum fuisse, reperi-
mus, (communi Regis atque Episcopi Aboënsis nomine),
ut istis suis Pastoribus tributa ecclesiastica solverent (326):
ac ubi ultimas partes suæ quisque Dioceseos non multo
post visitantes *Hemmingi*, alter Archiepiscopus Upsalien-
sis, (qui a. 1342 confirmatus, a. autem 1351 mortuus
fuit) alter Episcopus Aboënsis, obviam facti essent, ami-
ce inter eos de finibus ditionum suarum convenit, quos
ita fere ut hodieque habentur, definiisse videntur (327).

A a a 3

Post-

(326) Cfr. supra p. 231 sq. & not. (108), locaque ibi indicata.
It. p. 263, & not. (167).

(327) Vid. supra p. 290. Edixerunt quidem testes in favorem
causæ Upsaliensis, alter (*Nicolaus Petarson* de Utinäs) "se personaliter
audivisse, quod felices recordationis Dominus *Hæmingus*, olim Episco-
pus Aboënsis, confessus fuit & veraciter recognovit coram venerabili
patre Domino *Hæmingo* Dei gratia quondam Upsalensi Archiepiscopo,
bonæ memoriæ, omnia quæcumque de suo officio aliquando exarcuerat
& impenderat in *Norrabutu*, sive confirmando, sive cimiteria benedi-
cendo, se fecisse in servitium Upsalensis Ecclesiæ, & ipsius Domini Ar-
chiepiscopi relevamen"; alter (*Joan Langer*) "quod idem Dominus *Hæ-
mingus* Archiepiscopus protunc baptizavit in *Torni* circa viginti per-
sonas, tam de *Lapponibus* quam etiam de *Kareliis* habitantibus in U-
loana, *Kim* & *Sim*." Sed quod ad priorem illum testem attinet, ni-
mis late concessionem Episcopi Aboënsis interpretatus esse, aut minus
accurate memoria tenuisse videtur. De tractu videlicet tantum *Torna-
ënsi* locutum fuisse Episcopum, verisimile est, (de quo nunquam Aboën-
ses controversiam Upsaliensibus moverunt,) non juri suo in totam *Ostro-
botniam Borealem* (*Norrabutu*) renuntiasse, quo nomine paræcia etiam
Salo comprehendebatur, in quam jus sibi Upsalenses nunquam arro-
gaverunt. Quam nostram interpretationem illustrat alterius testis asser-
tio, dicentis "se audivisse dictum Dominum *Hæmingum* Episcopum A-
boënsis manifeste fateri coram eodem Domino Archiepiscopo, se con-
firmasse & cimiterium in *Torni* benedixisse, nomine & ex parte ejus-
dem Domini Archiepiscopi & ipsius Upsalensis Ecclesiæ, & non suo



Postquam vero *Birgerus Gregorii* Upsaliensi admotus sedi fuisset, hac pactione non contentus, litem Aboënsi a-
 crem intendit, atque ad fluvium usque Uloënsē, suam
 extendere ditionem voluit; argumentum prætexens, quod
 ad eum usque fluvium Helsingiæ fines porrecti olim
 fuissent. Quod demonstraturus, cum ad testes aliquot
 provocavit, Helsingiæ incolas, quos juratos a Notario
 Publico solenniter curavit examinandos, (quī veteres il-
 los Helsingiæ limites, non traditione tantum majorum
 constanti, sed legum quoque Helsingicarum antiquarum
 auctoritate (328) confirmari, edixerunt,) verum literas
 quo.

„nomine vel Ecclesiæ Aboënsis, super quo literas suas patentes Domino
 Archiepiscopo tunc concessit præfatus Episcopus Aboënsis.” Patet con-
 cessionem & literas Episcopi non nisi *Tornoënsē* spectasse paræciam;
 quibus literis si *Kemiensē* quoque & *Ijoensē* paræcias Upsaliensibus
 concessisset, has literas, rem mox confecturas, haud neglexissent in me-
 dium proferre, lite post vicennium renovata. Quod autem Archiepisco-
 pus, in *Torni* (ultra cujus paræciæ fines eum progressum non fuisse a-
 perte significatur) baptizavit Fennos quoque nonnullos in *Ulo*, *Simo*
 & *Kemi* habitantes, qui ad illum, hunc in finem, accesserant; id non
 magis probat illum hæc etiam loca sua Dioecesi vindicasse, quam Anti-
 stitis Aboënsis peracti *Tornoæ* actus Episcopales ostendunt eum hanc
 paræciam ad suam retulisse Dioecesin. Post discessum nempe Aboënsis,
 (qui sibi, *Tornoam* versus tendenti, obviam progressus fuerat) Archiepi-
 scopus Fennis quibusdam suæ provinciæ vicinis, qui ad nomen Chri-
 sto dandum inducti interim fuerant, hoc officium præstitit. Nec veri-
 simile est, si *Hemmingus* terram inter fluvios *Tornoënsē* & *Uloënsē*
 sitam Upsaliensi concessit Archiepiscopo, successores tamen suos, il-
 lius suffraganeos, banc mox suæ sedi vindicare ausos fuisse?

(328) Nunc quidem, in typis edito harum legum exemplo, nihil
 tale offendimus; sed Instrumentum a Notario Publico, curante Archie-
 piscopo, A. 1374 exaratum, quod exhibet *RUDBECKIUS*, *Atlantica*
 T. III p. 445 sq. (ex Ecclesiis Helsingiæ *Ballenäs* & *Narvala*, ut male
 legit, pro *Baaldanäs* sive *Bâldnäs* & *Norr-ala*, sibi missis) testatur,
 olim in principio paragraphi ultimi in rubrica quæ dicitur *Tingmäla*

quoque *Kanuti Joanson*, Dapiferi, a. 1328 datas, & Diplomate Regis *Magni* a. 1339 confirmatas (329), pro sua asser-

Walker, hujusmodi verba existisse: *Swa sfiptis landom twäggiä Konunga mållan, att Swerikis oc Norikis birias i Ula träsk, oc lez dher äptir isina femptan wifna langan.* Ita legi verba debent, quæ corruptius adfert *RUOBECKIUS*, aut parum accuratum ipsarum literarum exemplum (ut quædam etiam alia earum loca produunt) nactus, aut parum diligenter illas legens (cfr. *PERINGSKJÖLD Monum. Ullerakerens.* p. 150); inprimis absurde suum *Thmä* vel *Tmä*, dorsumque montis *Tmai*, hic intrusit, pro quo *PERINGSKJÖLD* loco c. & alio mox commemorando (*Monum. Upland. T.* I p. 4) habet *Isma*, verbum illud quoque absonum & inane. *Registrum* vero *Aboënse* clare exhibet *ep̄ter isina, secundum glaciem; amnem scilicet glacie constrictum metiendo*, quo tempore distantiam *Lacus Ulo (Ulo-Träsk)* ab ostio fluminis, commodissime, super glaciem progrediendo, dimetari licet, intervallum istud 15 milliaria æquare asseritur, idque vere; *wifna* autem, cum de maritimo itinere sermo est, milliare spatium denotare, docet *HRE Glassar. Sviogoth.* in hac voce. Verbis autem legis adductis non adversatur, quod in alio Instrumento, ab eodem Notario Publico confectio, testis edicit: "verba ista *senfualiter* scripta esse & contineri in Libro legum terræ *Helsingoniæ*: *Swa äru Helsingia Raa som byrias i Ulo, thrässi &c.*" Nempe Leges istas scriptas fuisse apparet, cum *Helsingia* ad Regnum *Norvegiæ* adhuc pertineret (cfr. *STURLESON Hist. Reg. Norvegiæ.*, Ed. *Peringskjöld.* T. I p. 95, 139, 636, s. *Harald Harfag.* Saga C. 20, *Nåkan Godes Sag.* C. 14, & *Oiof Haraldsøns Saga* C. 147); deinde vero verba ista in juniores etiam codices, ex vetustissimis descriptos propagata, diu supersticia mansisse: quare eo loco fines *Norvegiæ* & *Helsingiæ* idem significare, putandum est. Instrumentum, quo testium assertiones ab Archiepiscopo excitatorum, continentur, quoniam a *Peringskjöldio* l. c. (*Monum Upland. T.* p. 3 sqq.) satis accurate editum est, hic non adponimus; sed annotationem tamen exhibere placet in *Registro Eccles. Ab.* (ubi Fol. 13 descriptum habetur) eidem adscriptam, quæ talis est: *Sed testes pro magna parte suspecti habentur. Sed prescripcione hujusmodi instrumentum infirmatur.*

(329) Literæ *Kanuti Joanson* leguntur apud *PERINGSKJÖLDIUM* l. c. (*Monum. Upland. T.* I) p. 5 sq. Sed Literæ *R. Magni* confirmatorie (quamvis eas etiam se adduciturum p. 3 pollicitus esse videatur) non comparent; utrarumque tamen meminit in suis literis *Rex Albertus*,

assertione tuenda attulit; eo successu, ut R. *Alberti* diplomate, causa tandem (a. 1377) suum in favorem judicaretur (330). — Sed neque interim Episcopus Aboënsis suæ causæ defuit; qui non modo testimonis ille etiam, juris atque possessionis suæ vetustatem usumque diuturnum ac non interruptum confirmantibus (331), sese munivit,

(330) Exhibetur a PERINGSKIÖLDIO l. c. (*Monum. Upland. T. 1*) p. 6 sq. Cfr. de hac lite etiam LAGERBRING *Sw. Rikes Hist. 3 D. C. XI, §. 8, p. 831.*

(331) Primum duplex *Communitatis Satagundie*; utriusque exemplum in *Registro Eccles. Ab.* servatur, uno eodemque die dati. Alterum litem hanc in universum spectat, (Fol. 12 ibidem obvniens), hujusmodi: "Univerfis presentes litteras inspecturis tota *Communitas terre Satagundie* salutem in Domino sempiternam. Noverint universi, quod nos anno Domini MCCCCLXX quarto, XVI die mensis Julii, apud ecclesiam *Kumo* generaliter congregati, & ibidem per venerabilem Patrem in Christo, Dominum *Johannem*, Divina miseratione Episcopum Aboënsē, requisiti super limitibus inter Archiepiscopatum Upsalensem & Episcopatum Aboënsē in *Norrabothn* ab antiquo servatis & in futurum observandis, notum facimus & probare volumus iuramentis nostris, cum & quociens requisiti super hoc fuerimus, quod limites in *Norrabothn* in modum qui sequitur sunt servati: videlicet quod *Kakama* attinet Archiepiscopatu Upsalensi, & *Kiemattutz* Episcopatu Aboënsi, & subsequenter *Ijoki*, *Uvajoki*, *Sikajoki* & *Patsjoki*, & predicti limites inter Archiepiscopatum Upsalensem predictum & Episcopatum Aboënsē sunt servati, quod de contrario hominum memoria non existit, prout non solum habemus per experientiam, verum etiam de hiis fidem recepimus per legitima parentum nostrorum documenta. In quorum omnium evidenciam, sigillum *Communitatis* nostre presentibus est appensum. Datum & actum die, anno & loco supradictis, presentibus clericis & laicis fide dignis." Quid *Kiemattutz*, in his literis obvniens, sit, nescimus; suspicamur vocem esse corruptam, atque legi fortassis debere *Kemi-tråsk*? qui lacus, cum ad ditionem Episcopi Aboënsis indubie pertineret, fluvium quoque inde delapsum æque certo ad hanc esse referendam colligunt, ac lacus *Kakama*, cum amne inde fluente (*Kakamajoki*), in Archiepiscopi Upsaliensis Dioecesi situs sit? Vel num sub corrupta voce *Kiemattutz*, *Kemijoki* (*Kemienis*

nivit, sed etiam assensum, atque approbationem nactus est viri Rege ipso temporibus illis haud paullo potentio-

B b b ris,

fluvius) delitescit? Cæterum significare enumeratorum fluviorum hic constitutus ordo videtur, *Patsjoki* annem esse Saloënsis qui *Pattijoki* hodie audit? Alterum ejusdem Communitatis datum Episcopo testimonium, Capellas (hodiernas Parochias) *Kemi* & *Ijo* speciatim spectans, in *Registro Ab.* Fol. 45 legendum (quod in *Diss. de Ostrobotnia* p. 36 publici juris jam fecit MATHESIVS) tale habetur; "Universis presentes litteras inspecturis omnes & singuli terram *Satagundie* inhabitantes, salutem in Domino. Noveritis, quod nos anno Domini MCCCIX quarto, XVI die mensis Julii, apud ecclesiam *Kumo* in publico placito congruati, requisiti fuimus per reverendum in Christo patrem, Dominum *Johannem*, Divina misericordia Episcopum Aboensem, super capellis *Kemi* & *Joki* (h. e. *Kemi* & *Isjoki*), videlicet an dicte capelle infra limites Aboensis dyocesis in *Norrabothen* sese contingentes site existerent & fundate. Nos vero huiusmodi inquisitione iuxta conscientias nostras satisfacere cupientes, ostendimus, si cur & iuramentis nostris probare volumus requisiti, quod dicte capelle *Kemi* & *Joky* cum villis & annexis, infra limites certos Aboensis Dyocesis sunt constructe, & tanto tempore subiecte erant regimini ecclesie Aboensis, quod de contrario hominum memoria non existit, sic quod ipsa ecclesia Aboensis in prefatis capellis libera & pacifica possessione fungebatur usque modo. De & super quibus omnibus premissis non solum nos per experienciam, verum etiam per legitima proptrium nostrorum documenta recepimus plenam fidem. Datum sub sigillo Communitatis nostre supradicte, anno die & loco suprascriptis, presentibus clericis & laycis fide dignis." Communitatis *Satacundie* testimonium cur Episcopus in hoc causa expetierit, hæc inprimis fuisse videtur, quod hujus regionis incolæ, *Ostrobotniæ* (olim sere deserta & non nisi feris *Lapponibus* peragrata) viciniore, piscatum in fluviis ejus uberem ac in silvis venatum exercentes (ut alia etiam vetustiora confirmant monumenta), & notitiam hujus regionis rerumque ejus habere diligentioram censerent, & oram ejus maritimam, in fluviorum maxime vicinia, partim sibi vindicassent, prædiisque suis annexissent.

Tertium, quod pro causa sua defendenda Episcopus attulit testimonium, *Civitatis* fuit *Aboensis* (cujus cives mercatum in illis terris

ris, famosi nempe illius Drotzeti *Bo Jonsfon*: ad quem, in Finlandia tum versantem, cum Archiepiscopus (cui vehementer hæc res curæ cordique fuisse videtur) causæ suæ commendandæ gratia scripssisset, parum favorable tulit responsum (332); e quo discimus, eum his locis diligen-

partibus exercuisse, indeque conditionem earum rescire potuisse, videntur), hujus formæ: "Allom mannom thetta Breff see eller hõra, hellsom wy Borgmestara oc radzmån i Abo åverdelica met varom Herre. Fore then skuld, at millan hederlika Herra Archebiscopenom aff Upsalom, oc Biscopenom i Abo år kommen, en osãmia um tw Capellå, *Kem* oc *Joki*, huilko Biscopsdõme the skulu heldre tilhõra, oc nu medhan ofs år athsporth hwadh vi ther aff vithum; thy vilium vi ey thet lõ. na som ofs år ther um kunnoc. Fore hwanskuldh kånnomps wy met vare õpne bressue, at the foride Kapellå, *Kem* oc *Joki*, haffua under Abo Dom-Kirkie aff aldher lighad, swa at engen sinz then met ofs som annat minnis; oc thetta troom wy santh at vara, for thy at vi haffuom aldrigh annat sporth. Scriptum Abo Anno Dõm. MCCCCLXX quinto, XI die Maji, sub sigillo Civitatis nostre in testimonium premissorum." *Registr. Eccles. Ab.* Fol. 45.

(332) Memorabiles has Drotzeti literas, incognitas hæctenus rerum nostrarum scriptoribus (quæque non parum pertinent ad dubium solvendum: cur auctoritas Regis, certam Archiepiscopo victoriam tribuentis, effectum tamen prorsus caruerit?) primus in lucem nuper edidit Reverendiss. & Eminentiss. Archiepiscopus VON TROIL, in Collectionis egregiæ, cui titulum fecit *Skrifter och Handlingar til uplysning i Svenska Kerkans och Reformations Historien*, Parte II p. 351 sqq. Initium literarum hujusmodi est: "Obsequiosa in Domino salute premissa. *Wissin* thåt kære Herre *Arkebiskop*, at jac hafver talat och spõrt *Biskopin* af *Finlande*, *Kerka* of *lekman* med honum, um the twa *Kirker* *J* tallin uppa, hwilka alle mån sigia at *Arkebiskop* *Håmningr* of *Biskop* *Håmning* af *Abo* the hafthe sig swa forlikat um them i thera *lifdagha* med storom (an swam?) *skõm*, at the skude ligia i *Abo* *Biskopsdõme*; ther latir of theme *Biskopin* *J* dhr *umbidhia* at *J* ekte thet fore honum *kwållia* ålla *hindra*, som hans *forfådhr* fore honum *radhit* hafwa. *Di* sãndir jac idhr ena *Utscrip* af *Kandamõromen* i *swath* mato the *werdho* tha *stadgath*, som miãk år bewist." &c. Descriptio autem hæc finium talis ipsi Epistolæ adjuncta reperitur: "Limes inter Archiepiscopatum Upsalensem & Episcopatum Aboensem.

genter in rem inquisivisse. Qua fortassis occasione, illa partim collecta editaque putes testimonia, quæ in suæ causæ præsidium Episcopus noster adhibuit, quæque hinc in *Registro Ecclesiæ Aboënsis* conservata hodieque legi possunt. Exitum autem hæc lis talem habuit, ut Episcopus Aboënsis sui que deinceps successores, in possessione perpetua ac tranquilla juris hæcenus usurpati, manerent (333).

B b b 2

Aliam

„*Kakama* attinet terre Helsingie, & Lem (leg. Kem, h. e. Kemi) attinet Episcopatu Aboënsi, & subsequenter - - ki (supple *Ijoki*), *Ula-joki*, *Sikajoki* & *Patajoki*; isti limites servati fuerant a centum annis „*Et ultra*, juxta assertionem seniorum habitantium in *Norrabotn*, *Ulfshy*, *Kumo* & *Birkala*, quod suis juramentis probare sunt parati. Thåta „*ka* beette mið biskopin, flårkan med honum, ok gode gamble lesmán, som „med hafthe varit, tha thåse sámpian gio:ðhie”. Facile patet, quam accurate hæc cum iis quæ in testimonio *Communitatis Satacundiæ*, nuper allato, dicuntur, consentiant.

(333) Inter monumenta quæ hanc litem attingunt, sequentes etiam literæ in *Registro Eccles. Ab.* occurrunt; quas licet jam attulerit MATHESIUS, *Diff. de Ostrobotnia* p. 77 sq. exscribere tamen placet, quia ad conditionem rerum, hoc tempore, in Ostrobotnia illustrandam aptissime pertinent, nonnullisque porro monendis opportunitatem præbent. „*Johannes* Divina misericordia Episcopus Aboënsis Reverendis viris Dominis *Preposito* ceterisque ecclesiarum Curatis per *Norrabotnia* constitutis, sinceram in Domino caritatem & mandatis nostris salubribus salubriter obedire. Quia quidem (quidam?) Dominus *Andreas* „*Dacus*, Clericus nostre Aboënsis Dyocesis, in via honestatis & prudentie non recte progrediens, sed cum impiis in circuitu ambulans ad „mala convertit pedes suos, qui inicio sapientiæ (?) timore Dei postposito, nostram presenciam tamquam filius perditionis minime reverens, dampnande fornicacionis crimem commisit, in quo quidem crimine detestabili solus cum sola, eo tempore quo conjuges Deum timentes a licitis eciam contactibus abstinere solent, a nostris familiaribus est repertus; nec ipse penitencia ductus ad petendam veniam a „nimum [non] convertit, ymo more Cayn facta sua dissimulans & tan-



Aliam quoque litem, minus quidem illam difficili-
lem, sed diu tamen actam atque subinde restauratam, in-
ter

„quam stultus spernens disciplinam patris (*Mathesius* habet prioris?)
„sui, ad remota fugam dedit. Sed nec istis idem Dominus Andreas
„contentus maliciis; ymo peccata peccatis accumulans, & in profundum
„malorum descendens, se de *Kapellis Kem & Joky*, nostre iurisdic-
„tioni subiectis, absque nostro mandato temere intromisit, petendo (&) sa-
„crilege spoliando ea que nobis & Curato in *Pedersöre* ibidem debentur
„annis singulis loco *Decimarum*. Nos contra tam nepharium inobe-
„diencie filium, sacrilegum, fornicatorem notarium, sueque salutis im-
„morem, ecclesiastice ulcionis gladium volentes acuere, ne delicta sua
„aliis occasionem delinquendi prebeant impunita, predictum Dominum
„Andream Dacum, canonica monicione premissa, si in termino sibi per
„prioris litteras nostras assignato non comparuerit, excommunicacionis
„sententia innodamus, in hiis scriptis precipientes districte vobis &
„vestrum cuiilibet, quatenus predictum Dominum Andream, quem co-
„ram nobis citari fecimus, singulis diebus Dominicis & festivis, in ec-
„clesiis vestris, cum & quociens populus ad Divina convenerit, post-
„quam vobis de ipsius contumacia per litteras Domini Curati in *Peters-
„öra* expresse consulerit, excommunicatum publice nunciatis, donec ip-
„se Dominus Andreas, errores suos cum debita satisfaccione humiliter
„recognoscens, ab hac nostra sententia absolucionis beneficium merue-
„rit obtinere. Datum apud ecclesiam nostram Aboensem Anno Domi-
„ni MCCCLXX quarto, feria 2:da post *Olayi*, nostro sub sigillo.” *Re-
gistr. Eccles. Ab.* Fol. 45. *Andreas* hic *Dacus* (h. e. pro more loquen-
di illius temporis, *Danus* natione?) utrum in privatum suum ulum,
reditus qui ex *Kemi* & *Ijo* ad Episcopum Aboensem & Curatum in *Pedersöre*
pertinerent, intervertere ausus fuerit, an vindicta actus eupi-
dine dictas Capellas ditioni subicere Sedis Upsaliensis tentaverit, du-
bium videri queat; primum, quod literæ hæc excommunicationis in *Re-
gistro Eccles. Aboensis* inter documenta comparent quæ famosam illam
litem tangunt; deinde quod epigraphen huiusmodi ostentent: “Hic ex-
„communicatur Dominus Andreas Dacus, qui *Kemi* & *Joki* alienare ni-
„tebatur.” Quæ verba vix de homine adhiberi potuisse credas, qui
modo illegitimo ipse reditus Episcopales invasisset? Porro, quod ex his
litteris colligit l. c. *MATHESIUS*, Curatum in *Pedersöre* Præpositi si-
mul in *Ostrobothnia* munus gessisse, verisimile omnino videtur, quia
Præpositum aliquem his Ecclesiis jam præfuisse, ipsa literarum inscri-



)

(



ter clericum & populum Nylandiæ (334), de *portione Clerici*

B b b 3

ciba-

ptio docet, nec facile credas Curatum in Pedersöre alio nomine reditus aliquos ex *Ijo & Kemi*, interjacente parocia *Salo* a suæ Ecclesiæ finibus discretis, percepisse. Seculo etiam serius (a. 1478) *Magnum*, Curatum Ecclesiæ Pedersöre, simili in reliquis Ecclesiis Ostrobotnicis auctoritate polluisse, ex literis Episcopi *Conradi* (*Bitz*) discimus; Vid. *Tidn. utg. af et Sällskap i Åbo*, 1785, *Bihang* p. 74.

Cæterum diligentiam Episcopi nostri in jure suo super Capellas *Kemi & Ijo* vindicando, inconsultam haud fuisse, ex rebus concludere licet non contemnendis, quos ex piscatura, imprimis *Salmonum*, in his fluviis, mensa Episcopalis habuit. Serioris quidem ætatis est, sed ad hanc rem illustrandam non minus, quam ad redditus Curatorum atque conditionem terræ in Ostrobotnia, circa finem seculi XV cognoscendam utilis, sequens annotatio, in *Reg. Eccles. Ab. Fol. 60* reperiunda, literisque Episcopi *Conradi* nuper commemoratis adjuncta; "Redditus & Obvenciones Curati in *Kym*. Primo habeat præta de C plaustris feni sub mensa Curati. Numerus mascotancium: Centum quadraginta mascotantes. Quilibet mascotancium habet annuatim exhibere Curato infra scriptas obvenciones. Primo pro manso presbiterali, dicto vulgariter *Maanpoli*, exhibebit quilibet duas pelles albas, vel unum pondus luciorum siccorum, vel quatuor artones. Item quilibet mascotancium dabit plaustrum feni, vel eius valorem iuxta id quod solet emi & vendi circa festum purificationis Marie, vel saltem mediam marcam. Item quilibet mascotancium dabit dimidium pondus butiri pro matskot, & marcam butiri pro qualibet vacca, vel saltem pro qualibet marca butiri 4 denarios. Item quilibet exhibebit etiam decimas bladorum, que dividi consueverunt in partes equales inter ecclesiam & Curatum. Item ex quolibet arca exhibentur due pelles ad usum ecclesie & Curati. Item decime pellium debent distribui inter ecclesiam & Curatum. Item pro benedictione nubencium due ore consueverunt exhiberi Curato. Pro introductione mulierum post partum una ora. Item *Mercenarii* in Pascha solvete tenentur 3 pelles arcuales dictas *boaskin* (*Bogastin*) vel unam oram; mercenarie vero duas pelles, vel duos ortugos. Item pro mortuariis adultorum V oras; pro infantibus ora consuevit exhiberi Curato. Item omnes alie decime solventur, demptis decimis *Salmonum & luciorum*.

cibaria (matzkott), Episcopum nostrum compescuisse reperimus. Rei per se minus commemorabili celebritatem quandam peperit, quod literas Episcopi hanc litem dirimentes (in quarum vetustum exemplar, in membrana scriptum, forte autographon? se incidisse significat) luci publicæ, initio hujus seculi (a. 1705) in Epistola Hamburgo ad Johannem Peringskjöldium missa typisque ibidem (plagula I in forma 4:ta) impressa, in publicam lucem (una cum R. Birgeri illis ad Nicolaum Andersson datis, quarum supra meminimus, p. 214) emisit RICHARDUS VON DER HARDT, (Westphalus, Auctionator Librorum Reg. & Upsalensis); easdemque Episcopi nostri literas mox *Auctario suo Diplomatum Veterum*, quo *Lindembrogii Scriptores Rer. Germanicarum Septentrionalium*, a se denuo editos, ornavit Jo. ALB. FABRICIUS (Hamb. 1706 Fol.), p. 187 inseruit; ac tandem Tomo IV *Historiæ suæ Regni Sviogothici* (p. 600 sq.) adjecit Ill. LAGERBRING. Comparent etiam in Re-

„*siccorum, que reservate sunt mense Episcopali. Item medietas piscium vernalium & autumnalium ex decimis cedat mense Episcopi, & altera medietas mense Curati.*” *Mascotantes* esse familias quæ exhibere debebant sacerdoti portionem cibariam, dictam *matzkot*, per se patet; ac *Mansum* presbiterale esse domicilium cum agro, a parochianis sacerdoti præstandum (*Västegården*), quod in illis partibus *maanpuoli* vocabatur. *Pelles albæ* sine dubio erant *Ermineæ*. *Pondus* (et *pund*) 20 libras notat. *Artones* quid sint, nescio; *Artona* in *Glossario Cangiano* dicitur *panem* significare, sed non videtur huc pertinere; quid si *Ortones* legendum, vel adeo *ortugos*? *Denarii* esse videntur *Penningi*, quorum 24 *Oram*, 8 *ortugum* complent. *Bladum* (vel *bledum*, Gallice *bled*) *frumentum* denotat. *Mercenarii*, qui Svet. *Drångar*, *Mercenariæ* quæ *Vigor* audiunt; *Mortuaria* Svet. *Ristfel*. Cfr. quæ supra de *Nylandorum* similibus expensis attulimus p. 266 sq. not. 168.

(334) Cfr. quæ supra diximus p. 192 not. (56), & p. 263 sp. not. (168).

Registro Eccles. Ab. Fol. 11; quare, licet integras denuo exhibere necesse haud ducamus, errores quosdam, ab editoribus commissos, nostri ope hujus exempli infra emendabimus (335).

Non

(335) Male RHYZELIUS (*Episcoposc.* p. 333) has literas *Johanni II (Petri)* tribuit, a SPEGELIO putamus deceptus; cfr. supra p. 360, not. 314. Ipsas literas, quod eas nuper attulit (l. v.) LAGERBRING, non adjungimus; observationes quasdam circa eas fecisse contenti. Primum igitur ex *Registro Eccles. Ab.* (ubi Fol. XI exemplum harum litterarum habetur) lectiones quasdam variantes excerpemus. *Per terram Nylandiæ*, Codex Aboënsis *provinciam Nylandie*. Pro *Karum* (quod in *Kram mutari & Katharinam* legi absurde voluit FABRICIUS, l. c., addita ratione æque falsa, cui n. Katharinæ, *templum cathedrale sacrum*, cum contextus eum docere debuisset, in Nylandia, non ad templum cathedrale, clerum & populum ejus provinciæ fuisse convocatum) Cod. Ab. recte *Kariis*, paræciam sc. Nylandiæ *Karis*, in monumentis antiquis *Kariis* semper fere vocatam. *Hennichinus Dyme*, Cod. Ab. utroque loco *Dume*; hominem nisi ex hoc loco non cognoscimus. Pro *Maskaut* Cod. Ab. ubique *Maskuth*. *Conscienciose* Cod. Ab. *gracioso*. Quocunque nomine accusentur, Cod. Ab. *conseantur*. *Pisce qui capitio*, Cod. Ab. *capitur*; quo modo legi debere recte vidit LAGERBRING. Pro *foræ* (quod temere intrusit FABRICIUS, & legi loco, infulse admodum, voluit, cum tamen VON DER HARDT recte edidisset *foca*, h. e. *phoca*) Cod. Ab. *foca*. *Speriolis* Cod. Ab. *esperiolis*, quomodo etiam edidit VON DER HARDT. *Solidos suenos*, *oram suenam*, *denarios suenos*, Cod. Ab. recte scribit *suevos*, *suevam* (h. e. *Suecicos*, *Suevicam*) pro more illius temporis vulgari. Pro *tunc exactorum regii*, Cod. Ab. *prout exactoris regii*; fortassis *protunc exactoris regii aut, exactor. regior.?* *Apposito* (*apposita* apud FABRICIUM error est typographicus) *tamen sigillo terræ quarto die post. Data apud ecclesiam Tenalee &c.* Cod. Ab. *quarto die post datam apud ecclesiam Tenalie*. Forte *post datum*, vel *datam* (scil. *litteram h. e. datas litteras*). *Tenalie* pro *Tenaliæ*, more vulgari. Quod deinde Notulas VON DER HARDTII attinet, absurde admodum *Sagenam* explicat (*e du Frefnio*) *navigii piscatorii genus &c.* præter solennem vocis significationem, a qua ne recederet, vel contextus impedire eum debuisset; legitur enim, *de sagenis singulis, cau-*



Non parum, hoc tempore, Ecclesiam etiam Svecicam, auctoritati cæterum aliarum facile cedere solitæ, schisma illud

dam dictam Kalff habentibus; quæ pars quædam est retis piscatorii eodem hodieque nomine apud nostros insignita, quam in *navigio piscatorio* quomodo invenire potuerit, intellectu difficile est. Eandem tamen explicationem insullam repetit FABRICIUS. De *Esperiolis* quod dicam, non habeo; utrum *Sparverii* (*Sperber*) intelligantur, an *passeres* (*Sperlinge*), dubitat FABRICIUS; LAGERBRINGIO posterior significatio placet. Mihi nec tantam vim *passerum* a nostris fuisse capi solitam constat, ut ex his decimas solvi, sacerdotum magnopere interesset, nec hanc explicationem contextus suggerere videtur, habens: "*decimæ solvantur integrales de esperiolis, avibus, aliisque bestiis silvestribus*". *Aves* videntur ab *esperiolis* distingui? Sed nihil affirmo. Vocem *Husquina* (*Husquinna*) *matrem familias* exponit FABRICIUS; male quidem (nam recte monet LAGERBRING, respondere nostro *Ἰνυψες*-*Ἰνυστα*, adeoque denotare mulierem agro carentem, sed sui tamen juris, atque manuario opere ac mercenario, vicium sibi parantem, sive cæterum in aliena domo sive in suo tuguriolo habitet), sed non tam inepte ac VON DER HARDT, qui *parochianum* significare, disputat. *Campanarium* esse nostrum *Klockare*, dubio caret. *Malamån* qui essent, ipse contextus satis ostendit; nempe *inquilini*, sive *Cotarii* (verbis utor viri doctissimi) *qui in tuguriolis propriis vel alienis habitant, atque raro agrum conferunt, sed magis opera manuum vicitant, eaque ratione famulatum aliis exhibent* (POTGIESSER *de statu Servor.* l. 1), C. IV, §. 69); nostris hodie *Lorpare* och *Wadstuguhjon*, minime autem, ut putat Nobil. LAGERBRING, sive *Landföpmån* sive *Ärbgare*; neque appellatio ipsa ullam habet cognationem cum Fennico *malja*, *paterna* (*ἄλλο*), ut idem suspicatur, sed aperte composita est ex voce Germanica & Islandica *mal*, *male* vel *mala*, (pensio, vectigal, stipendium), & *man*, vir (cfr. DU CANGE *Glossar.* voc. *mal* & *maalmen*, IHRE *Glossar.* *Soiög.* voc. *måla*. T. II p. 156 sq.), adeoque significat hominem qui certa sibi pacta mercede vel stipendio, certam alicui addixit operam, unde *militēs mercenarios* dici *mala mån* observat IHRE l. c. (cfr. tamen etiam DU CANGE l. c. & POTGIESSER l. c. §. 70). Nec parum ad rem illustrandam facit locus *Upl. L. Kirk. B. c. 9.* *Faldt förläk lulum vir Husfåttis föll, Malekarla, Legghjon of Staffarla.* Quod tandem pecuniam attinet, in literis Episcopi commemoratam, recte desi-



illud famosum sollicitam habuit; quod inter Anti-Papas *Urbanum VI & Clementem VII* exortum, letale fere vulnus dominationi Pontificiæ infixit. Notum est, septentrionem nostrum partes *Urbani* amplexum fuisse (336); cujus Bullam, datam *Romæ apud Sanctam Mariam trans Tyberim, VIII Id. Novembris, Pontificatus anno primo*, qua adversarium suum ejusque assecclas condemnat & excommunicat, a Papa ad se missam, *Birgerus* Archiepiscopus Upsalensis ad Episcopum nostrum (ut &, sine dubio, ad alios Episcopos Sveciæ, Suffraganeos suos) transmisit, diligens ei obsequium, (litteris datis apud *manerium* suum *Arnô, a:o D:ni 1379, in crastino beati Martini Episcopi*, quibus Bullam Papalem inseruit) graviter injungens (337). Exemplum legitur in *Registro Eccles. Ab.*

C c e

Fol.

nire videtur Nobil, LAGERBRING, *solidum* significare nostrum ðrtug, ($\frac{1}{2}$ *Ora*), & *denarium* Penning, ($\frac{1}{8}$ *ortugi*); quam eandem significationem vox *Denarii* in annotatione quoque habet *de redditibus Curati Kemienfis* supra (not. 333) allata. *Ora* igitur non 16, ut post DU FRESNIUM asserunt VON DER HARDT & FABRICIUS, in notis suis, sed 24 valuit hujusmodi *Denarios*.

(336) Cfr. LAGERBRING *Svea Rikes Hist. 3 Del. C. XI §. I, p. 813.*

(337) Initium tale est: "*Birgerus* Divina miseratione Archiepiscopus Upsalensis, venerabili in Christo fratri nostro, Domino *Johanni*, eadem miseratione Episcopo Aboensi, salutem in Domino & *mandatis nostris, ymo vero Apostolicis*, firmiter obedire. Litteram sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini *Urbani*, digna Dei providencia Pape sexti, sub vera bulla plumbea & filo canapis, more Romane curie bullatam, presentatam nobis per venerabilem fratrem nostrum, Dominum Hartlevum, Divina miseratione Episcopum Arosiensis, tercia die mensis Novembris, in manerio nostro *Arnô*, cum ea qua decuit reverencia nos noveritis recepisse, de verbo ad verbum ténorem qui sequitur continentem: *Urbanus* Episcopus, servus servo-

Fol. 51 fqq. (338): ubi etiam obveniunt, cum literæ nomine VI Cardinalium a Papa eodem Luceriæ (f. Nuceriæ) a. 1385 in vincula conectorum ac deinde Genuæ crudeliter necatorum (339) scriptæ, quibus crimen suum agnoscunt & deprecantur (Fol. 62 fqq.), tum aliæ literæ ency-

rum Dei, venerabilibus fratribus, Archiepiscopo Upsalensi ejusque suffraganeis, salutem & Apostolicam benedictionem. Nuper cum vinea Domini Sabbaoth, sanctæ videlicet Romana ecclesia, circa ventrem suum doleret, & amaricatis ulceribus gravia emittere suspiria cogertur, ex eo quia filios uteri sui, quos enutriverat & de infimis erigens, ad culmina dignitatum extulerat, &c." Finis hujusmodi est: "Verum quia presentes littere nequirent forsan, propter viarum discrimina vel alias, Vestrum singulis commode presentari, volumus quod per te, frater Archiepiscopo, vobis suffraganeis & aliis Prelatis civitatis & dyocesis Upsalensis, & per vos Suffraganeos vestris subditis, dictarum litterarum transumptum, transmittentis sigillo sigillatum, transmittatur, cui adhiberi volumus, velud originalibus, plenam fidem. Datum &c." Quibus porro Archiepiscopus hanc adjunxit commonitionem: "Nos igitur volentes mandatum Apostolicum, secundum traditam nobis formam, executioni debite demandare, vestre Fraternalitati presens transumptum, nostro autentico sigillo munitum, dirigimus, vosque requirimus & monemus, ac vobis in virtute sancte obediencie, & sub penis in originali contentis, auctoritate ordinaria, ymo verius apostolica nobis in hac parte facta, districtè precipiendo mandamus, quatenus huiusmodi mandatum Apostolicum, juxta formam in ipso originali contentam, exequamini cum effectu, nil de contingentibus omitturi, Datum &c."

(338) Nullam facit hujus Bullæ mentionem A CELSE; quare recensendam duximus.

(339) *Johannis Corsiensis, Tit. S. Sabinae, Adami de Anglia, Tit. S. Cecilie, Ludovici Venetiani, Tit. S. Marci, Bartholomaei Jannensis, Tit. S. Laurentii, Marini Tarentini, Tit. S. Potentianæ, Cardinalium Presbyterorum, & Gentilis de Sangro, Tit. S. Adriani, Card. Diaconi, Vid. ALPH. CIACONII Vit. Pontific. Romanor. (ab Augustin. Oldoino recogn.) T. II p. 620 & 638-644.*

encyclīcæ, a *Carolo (de Duracio)* Rege Neapolitanorum ad Romanæ Ecclesiæ Cardinales missæ, quibus commemoratorum VI Cardinalium innocentiam tuetur, sævitiam Pontificis exagitat, reliquosque Purpuratos Neapolim convocat, de republica & ecclesia ab ejus crudelitate liberanda secum consulturos (Fol. 63 sq.). Utrasque literas ad a. 1385 pertinere, apparet. Sed posteriorum fidem nostris sublestantem visam fuisse, præmissa iis in Aboënsi exemplo inscriptio docet, hujus formulæ: *In causa Cardinalium per Urbanum Papam sextum injuste punitorum. (Littera superior docet eos juste punitos)*. Spectantur scil. hac episcopi literæ nuper commemoratæ, Cardinalium infelicitum nomine scriptæ.

Diligentem felicemque Ecclesiæ suæ curam, pro more temporis, Episcopum nostrum gessisse, ex iis quæ supra attulimus, intelligi satis potest: cujus Ecclesiæ opes variis interim auctibus crevisse, reperimus (340).

C c c 2

(p*).

(340) *Detmarum* Canonicum a. 1373, (cum consensu Capituli sui), ut virum notæ probitatis, a reddenda pro duobus annis proxime præterlapsis ratione redituum, quos ut Oeconomus Ecclesiæ Cathedralis administraverat, hac conditione liberavit (simulque ei indulgit ut prædium (Ecclesiæ) *Takalax*, donec viveret, possideret), ut post mortem suam prædium suum *Nujala* Ecclesiæ Cathedrali cederet (*Reg. Eccles. Ab. Fol. 107.*) Anno 1376 *Johannes Kalenska* (vel *Kalanska*) prædium suum in *Kurittula*, quod antea sibi acquisiverat ab ecclesia Cathedrali, permutatione facta, pro parte insulæ *Arfwefala* (l. *Æffrafala*) eidem ecclesiæ concessit. De prædio *Bôie*, pro anima *Sunonis Haquini* Ecclesiæ data, vid. supra p. 343 not. (29). Literas vero Episcopi nostri, quibus donationem, qua prædium *Taimo* mensæ Præpositi Aboënsis accessit, confirmavit, subjungemus: "Univerſis & ſingulis preſentes litteras, inſpecturis *Johannes* miſericordie Divina Episcopus Aboënsis & Capitu-

(p *) De anno & loco, quo Episcopus noster obiit, inter auctores haud convenit. Anno quidem 1374 fuisse

lum ejusdem Aboensis ecclesie salutem in Domino. Universitati vestre
 presencium tenore notum facimus, quod Martinus Martini de Taymos,
 & uxor ejus Margareta filia Ycalempa Kyrpoleina [voce corrupta!]
 in presenciam nostri constituti, curiam quandam dictam Taymos, cum
 omnibus iuribus & pertinenciis, accessibus, regressibus & usibus eius-
 dem, & omnia alia bona sua, tam mobilia quam immobilia, ad ho-
 norem Dei & beate Marie matris eius & sancti Henrici, propria &
 spontanea ac bona sua voluntate inter vivos dederunt, transulerunt
 & irrevocabiler concesserunt *manse Prepositi* Aboensis, transferentes
 in honorabilem virum *Vinandum*, Prepositum Aboensem, & successo-
 res ipsius, ius domini actionem (?) & proprietatem, quecunque com-
 petencia & que competere poterant in curia, iuribus & pertinenciis,
 accessibus, regressibus & usibus ac bonis memoratis, a se ac suis he-
 redibus illa penitus abdicantes & excludentes, ita quod deinceps di-
 ctus *Vinandus*, Prepositus Aboensis, & successores ipsius possent de
 eis tanquam de aliis bonis Propositure Aboensis libere disponere &
 efficaciter ordinare: tali tamen convencione, ut Prepositus Aboensis,
 quicumque pro tempore esset, ipsi Martino & uxori ejus Margarethe
 supradictis, quam diu viverent, victum & amicum & omnia eis ne-
 cessaria, sufficienter & benivole, in civitate Aboensi ministraret, & i-
 bidem in curia Prepositi stupam quandam & hospitium pro commo-
 & usu eorum singulari ipsis specialiter ordinaret. Hanc donacionem,
 translacionem, concessionem & cetera superius expressa, dictus *Vinan-*
us Prepositus Aboensis, cum benivolo & omnimodo suo atque nostro
 unanimi consensu, nomine sui & successorum suorum & Propositure
 Aboensis, acceptavit, & se suosque successores, nomine Propositure e-
 iusdem, ad dictum Martinum & uxorem eius, quamdiu viverent, in
 omnibus suis necessariis & indigenciis, prout superius est expressum,
 sustentandos, cum nostra etiam omnimodo & unanimi consensu, fir-
 mitate debita obligavit & astrinxit. Nos etiam Johannes Episcopus
 antedictus, dictam donacionem, translacionem & concessionem, per
 Martinum & ejus uxorem, & acceptacionem, obligacionem & astric-
 tionem per *Vinandum* sepedictos factas, auctoritate ordinaria, & u-
 nanimi tocus Capituli nostri consensu confirmamus & perpetua stabi-
 limus firmitate. Acta fuerunt hec in civitate Aboensi Anno Domini



se mortuum, JUUSTENUS docet; nisi vitio textum laborare (quod mihi quidem verisimile videtur) existimemus, pro MCCCLXXXIV scilicet, MCCCLXXIV irrepsisse? Dubio autem caret, invictisque argumentis demonstratur, Episcopum *Johannem* ante a. 1384 non decessisse; quem itaque annum MESSENIUS recte jam restituit (341). *Fragmentum Palmköldianum* & Episcopum nostrum anno Domini MCCCLXXXIII obiisse, & successorem suum *Beronem* a. MCCCLXXXV: o consecratum fuisse, expresse testatur; quod idem Bulla confirmat Papæ *Urbani VI*, in Bullariis nostris servata, data *Januæ VIII Id. Novemb. Pontificatus a:o VIII* (6 Nov. 1385), qua electionem *Beronis* confirmat (342). Habemus præterea, non modo litteras

C c c 3

Pa-

„MCCCLXXIX:o, nona die mensis Decembris. In quorum evidenciam „Sigillum nostrum, & prepositi, nec non Capituli supradictorum, pre- „sentibus sunt appensa.” *Registr. Eccles. Ab.* Fol. 263.

— Meritis Episcopi nostri in Ecclesiam suam addit RHYZELIUS (in vita ejus), quod opera antecessoris sui, Choro Templi Cathedralis ædificando & curia Episcopali reficienda atque ornanda, perfecereit (*Hans första och största lit var at fullborda hvad hans förträdare hade begynt med S. Catharinæ Præbender, Domkyrkions chor och Bisfopsgårdens förbåttrande*). Ex SPEGELIO (in vita nostri) sine dubio hausit, qui unde sumserit quod de Curia Episcopali narrat, nescio; de choro autem Templi generaliter pronunciat atque ambigue, MESSENIUM oscitanter interpretando, quod hic non nisi de choro *S. Catharinæ* (*Chron. Episc.* in vita nostri) asserit, ab Episcopo nostro fundato, in cujus quoque honorem unam tantum (non plures) instituisse *Præbendam*, scimus: cfr. supra p. 352, not. (300), & p. 361 not. (319).

(141) *Schond. T. X* p. 17, & *Chron. Rhythm. Finl.* p. 33. Usus fuisse auxilio monumentorum veterum, apparet. In *Chronico Episcoporum*, annum 1374 posuerat, (vitioso ille etiam, ut videtur, exemplo *Chronici Juusteviani* deceptus; qui itaque apud SPEGELIUM quoque occurrit. RHYZELIUS recte habet a. 1384.

(342) Apud Nobil, A. CELSE recensita, l. c. p. 146, n. 43.



Papæ *Gregorii XI* ad Episcopum *Johannem* a. 1377 die 18 Aprilis datas (vid. supra p. 362, not. 321), & Archiepiscopi *Birgeri* ad eundem, datas a. 1379 die 10 Nov. (vid. supra p. 381); sed ipsius etiam Episcopi nostri literas, anno eodem, die 9 Dec. editas (supra p. 383 not. 340), ac literas quinque judiciales, a *Catillo Olai* (*Kettil Olafsson*) Legifero vicario (*Undilagman*) Finlandensia. 1380 exaratas, quibus emtiones prædiorum ab Episcopo factas, hocque ipso præsentate a venditoribus publice rati habitas, confirmat (343).

Locum vero quo animam efflavit, cum *JUUSTENUS*, veterum fidem secutus, edidisset *Niitygård*, (situ ejus, utpote coævus atque conterraneis suis notissimo, diligentius non definito), *MESSENIUS* primum (344), ac post eum alii, *Novogardiam* indigitari, celeberrimam Russiæ urbem, suspicati, causam etiam itineris tam longinqui atque molesti idoneam, nostro invenerunt, legationis illi munus honorificum, turbarum inter Svecos atque Russos exortarum componendarum causa susceptum, demandantes (345).

(343) Miror itaque, cur *LAGERBRINGIO* erroneus iste annus (1374) verior fuerit visus, ac *Bulla* etiam Papæ *Urbani VI* (quæ nihil omnino huc facit) *cruciata* contra Ruthenos, confirmari? *Sw. N. Hist.* 3 D. C. XI, § 1, not. (2) p. 815.

(344) In *Chron. Episcoporum*, *Chronico Finl. Rhythmico*, & *Schond. T. X. l. l. c. c.* sine hæsitatione, *Novogardiæ* spiritum exhalasse scribit; addens tamen, ne aperte *Juusteno* contradicat, domi in *choro S. Catharinæ*, a se exstructo, sepultum fuisse. *SPGELIUS*, dubitanter, habet: "*Nyrttegård* (al. *Novogrod*)." Reliqui non dubitant, præter *Nobil. LAGERBRING*; qui cum in *textu Novogordiam* ille quoque posuisset, in *nota* hæsitat, ac verbis *Juusteni*, quemadmodum a *Nettelbladio* exhibentur, adducis, addit: *Detta Nyrttegård måtte förmodeligen antingen vara Novogrod eller Nöteborg. l. c. p. 814 sq. & not. (2).*



(345). Molestum vero est, quod illud *Niitygård* (*Niittugård*, sive nomine, ut *Fragmentum Palmshöldianum* habet, ad Fennicæ linguæ indolem accuratius expresso, *Nytykartano*, h. e. *Niitty* vel *Niittukartano*) nonnisi villa fuerit parocciæ *Lemö*, eodem hodieque nota nomine, (jam prædium equestre, *Rusthåls*), 3 circiter milliarium spatio ab urbe Aboënsi disjuncta; quam villam ad Episcopum nostrum aut aliquem cognatum suum pertinuisse, existimes (*)? Mirum itaque non est, si iter ejus Russicum, omnia monumenta antiquiora, tam nostra quam Russica (346), prorsus ignorant.

(pp). Potentem hunc famosumque virum, Regni Senatorem atque Dapiferum, in Finlandia quoque magnas possedisse opes, sive verius, Finlandiæ fuisse totius Domi-

mi-

(345) MESSENIUS *Schond. T. X p. 17: Legatum agens Regis Alberti Novogardiæ, ibi vitam finivit; cfr. Chron. Rhythm. Fint. l. c. NETTELBLAOT (Schwed. Biblioth.) I St. p. 7, not. (31), ad verba Auctoris nostri monet: Novogorodiam intelligit, ubi tum in legatione constitutus erat. RHYZELIUS l. c. adhuc diligentius & ornatius; Af R. Albrecht blef han, jemte en annan förnem Herre (cujus tamen nomen edere ei non placuit), sånd til den Kyssa Sörsten i Newegrod; ther han slutnade och dödde år 1384. Lådan blef hans lif hemfördr och begrafvet i thet af honom fullbordade Domkyrkians Chor. Nobil. LAGERBRING (l. c. p. 814) alius etiam meminit hypotheseos, faceo suo scribens more: - - Johan Westphal dödde och i Newegrod = antingen såsom Minister ifrån Sverige eller såsom fånge, åtminstone är ingen liknelse til, at han gjordt resan för röfvet. Pothac, credo, - - Hæc certamina tanta,*

Pulveris exigui jactu compressa, quiescent!

(*) In VI viris nobilibus, quibus a. 1423 inspectio judicialis demandata fuit finium inter prædium *Skarpakulla* (ad Præpositum Ab. pertinens) & urbem Aboënsis controversorum, compareret etiam *Jonis aff. Neithokartane* (leg. *Niittukartano?*). *Registr. Eccles. Ab. Fol. 260.*

(346) Cfr. LAGERBRING l. c.



minum, notum est (347): quare rebus Fennicis curam intendisse, quod infra etiam docebitur, mirum videri nequit. Arcem *Raseborg* (cujus, prope villam Regiam, *Kungsgården*, ejusdem nominis, in Parœcia Nylandiæ *Karis*, adhuc rudera conspiciuntur) ab hoc viro, *Johanne* nostro sedente Episcop^o, (inter a. 1370 & 1384) fuisse exstructam, quod Auctor tradit, *Fragmenti* etiam *Palmköldiani* confirmat auctoritas, ubi similiter legitur: *Hujus* (Ep. *Johannis* III) *tempore Raseborgh per Boo Joanson construitur*. De prima Arcis ædificatione utrumque loqui, apertum est. Repugnat vero RHYZELIUS, qui in *Sviogotbia sua munita*, p. 152 (nullo, pro more suo, teste vel argumento allato,) dicit: Om theß älder kan man ic se vara wis. Then i riket myndige Bo Jonson säges fuller hafwa byggt thetta Slott; men thet lærer dock varit äldre, och blefwit af honom förbettradt eller utu lägerwall upreitadt, under Konung Magni Smeks til fall lutande regemente. År 1364 blef thet af Konung Albrechts folk belägradt och intaget. Quæ, undecunque hauſta (348), idoneo

(347) Vid. LAGERBRING *Sw. R. Hist.* 3 D. C. 9, §. 1, p. 664, & imprimis testimonium *Amalium Wisbyensium*, qui habent: "1386 obiit Boecius Jonson Dapifer Regni Sveciæ, Vir strenuus & multum liberalis, qui quasi totum regnum & totam Finlandiam sub manu sua tenebat."

(348) *Anonymi* (nescio cujus) ad b. m. Mag. Pauli Juslenii, *Episc. Aboëns. Chronicon de Episcopis Aboëns. Hypomnemata*, MSS. (levissimi pretii) consulisse & secutum haud raro fuisse, reperimus; quare inde, hoc etiam loco, sapuisse suspicëris? Ita autem ad vitam Episcopi nostri, ille (fontes suos raro indicans): Sub hoc Episcopo *instauravit & ampliavit Pro-Rex Sveciæ (?) Boetius Jonæ (?)* arcem Nylandiæ *Raseborg*, ante plusculos annos a se fundatam, sed anno 1367 jussu *Alberti Regis occupatam & destructam*. Quid, si hujus narrationis nul-

neo destitui fundamento, ut veterum fidei contraria, putamus.

BERO II.

Pater suus utrum *Georgii* an *Gregorii* nomen gesserit? dubium videri potest. Prius nostri habent Codices: *Berone* *Gregorii* appellat *MESSENIUS* (*Chron. Episc.* in ejus vita); & *RHYZELIUS* (in *Episc.* nostri vita) affirmat in monumentis Svecice scriptis (quæ tamen ubi & qualia sint, non docet) vocari *Bror Björn Gieger*son. Fallo *MESSENIUS* (in *Schond. T. X p. 17* & *Chron. Rhythm. Finl. p. 33*) Episcopo nostro nomen *Birgeri* tribuit, omnibus repugnantibus monumentis antiquis.

Nomen familiæ suæ, in his oris olim non obscuræ (349), fuisse *Balk*, non *Balt* (ut vitiose scribitur apud *Dn. NETTELBLADT* (350), extra controversiam est.

D d d

Mo-

lum aliud fundamentum est, quam quod auctor arcem *Kumoensem*, a. 1357 *R. Alberti* jussu demolitam (cfr. supra p. 304, not. 228) cum *Rajeburgensi* turpiter confudit? Mihi certe nulla de *Rafeburgensi* illa, ab asseclis *Alberti* occupata, atque eo jubente postea diruta, mentio apud veteres facta, succurrit.

(349) Anno 1408 (an 1448?) *Andreas Balk*, armiger, (quem nepotem fuisse Episcopi nostri a fratre credas?), prædium suum paternum *Pærke* (*Pårkiö*), in parœcia *Wemo* situm, vendidit *D: no Arvido Claudii* (*Nicolai*?), ut literæ testantur venditionis, in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 225 servatæ, quarum hujusmodi est initium: "For allom them thetta breff „koma kan, kennis jak *Anders Balk a vavn*, at jak met mine barna „ok arffuingie samttykkio ok godwilia haßfuer solt ok uplatit verdu „ghen man, Herr *Arwidh Clauu*sson *Riddare*, mich rette fädernes gotz, „sow kallas *Pærke*, liggjande i *Wemo* soku, fore hundrade ok fäm „marker *Svenska* peningiar &c." In quibus literis filii sui *Olai Balk* inter earum sigillatores meminit. *Andreas Balk* anno etiam 1447 inter delectos ex ordine Nobilium 6 viros comparat, qui Episcopo *Abo-*



Monachum fuisse Dominicanum, & Priorem in Coenobio hujus Ordinis Aboënsi, antequam sedi admoveretur Episcopali, RHYZELIUS narrat; unde, aut qua fide? nescimus.

Bullæ Papalis, ab *Urbano VI* datæ, qua electio *Beronis* confirmatur, supra p. 385 meminimus; quam consulendi ipsam, (de meritis ac statione Episcopi nostri proxime præcedente fortassis nos edoctruram), hæcenus nobis facultas non contigit. Beneficio tamen D:ni A CELSE, eandem recensentis, novimus, *Papam* simul significare, sese *vacanti huic cathedræ a morte Johannis* (mature sine dubio sibi nunciata) *ipsum providere antea cogitasse*: quod unicum nobis innouit paternæ hujusmodi curæ, a Sede Apostolica de remota hac Dioecesi susceptæ exemplum. *Beronem* ipsum Romam petiisse, favorem Pontificis sibi

con-

enſi & rusticis quibusdam paræciæ Pyttis, de piscatura in fluvio Kymene ad *Abborfors* litigantibus, iudices dati sunt, *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 149; cfr. *Tidn. utg. af et Sällskap i Åbo* a. 1785, *Wih.* p. 66 sq. Ejus forte frater fuit *Byörn Balk*, qui inter 6 viros nobiles a. 1417 occurrit, quibus officium, fines inter pratum Ecclesiæ Cathedralis & rusticos in *Takalax*, paræciæ *Wemo*, judiciali auctoritate inspiciendi, de mandatum fuit: *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 111. *Olaus Balk* nuper commemoratus, annis 1464, 1472 & 1474 inter iudices ex Ordine Nobilium commemoratur: *ibid.* Fol. 125, 138, 232, 214. Idem (cum duobus aliis viris nobilibus) arbiter fuit a. 1472 in controversia, inter Dn. *Hacquinum Andreæ*, Canonicum Aboënsensem ab una, atque *Tordonem Karpelaynen & Magnum Balk* ab altera parte, exorta, amice componenda: *ibid.* Fol. 195. Prædium nobile (*Säteri*) *Balkis* in paræcia *Wemo* (unde Episcopum nostrum genus duxisse constat), familiæ hujus adhuc nomen ostentat; in cujus vicinia nuper commemoratum *Perkiö* etiam obvenit.

(350) L. c. MESSENIUS, SPegel, RHYZELIUS, nomen Episcopi recte scribunt; exemplo *Nettelbladiano* nimis fisis fuit Nob. LAGERBRING l. c. p. 843.



conciliaturum, ex literis Capituli Aboënsis discimus, quibus prædium *Heinis* (Parœciæ *Rimito*) se *Johanni Petri* (*Jönissa Pedbersson*) Curato in *Sagu* & Canonico Aboënsi, vendidisse, testantur, ut pecuniam necessariam itineri huic infumendam, comparare illi possent (351). Docent eadem hæc literæ, cum *Beronem* nostrum *Magistri* honorem sibi acquisivisse, adeoque Academiæ in terris exteris celeberrimam (*Parisiensem* vel *Pragensem*?) olim adiisse, tum pecunia gazam Ecclesiæ Aboënsis iis temporibus haud abundasse.

Curam Ecclesiæ suæ administrandæ diligentem atque utilem Episcopum nostrum impendisse (qua eum laude, solita liberalitate, ornat *RHYZELIUS*), facile damus: neque successum studio suo defuisse, varia testantur incrementa atque ornamenta, quibus opes Ecclesiæ Cathedralis, splendoremque externum cultus Divini, hoc tempore aucta fuisse, reperimus. Sic prædia non pauca *S. Henrico* vel dono data, vel numerata pecunia emta (352); *Altaria*

D d d 2 par-

(351) Ex *Registro Eccles. Ab.* (Fol. 100) descriptas typisque expressas legere licet in *Tidn. utg. af et Sällskap* i Abo, 1785, Bih. p. 76 sq. Inprimis hæc verba ad rem nostram pertinent: "Nu then thyma Gudh kalladhe then fornåmpde byscopp Hannusa aff thenna världh, trångde ofs aa kyrkionne vågnå thetta sama godz Heynifs sjålia och til rådhå påningå at vånda, varom Electro Måstare Byorne til thårning ok forhedhelse til Pavens gaardh; ok kånnopts ofs hæffua opburidh fulllelika åpther varom vilia aff thenne fornempde Herre Jõhisse j Saw atthåtighi mark ok hundradhe, Swenska påninghå, a kyrkionne vågnå j Abo, till thes sama Måsthers Byorns vars Electi thårningh: &c."

(352) Prædium *Kandala* (Parœciæ *Wåno*), pro anima famosi illius Dapiferi *Bo Jonsson*, Ecclesiæ Cathedrali a. 1390 dedit *Magnus Kazi* (vel *Kausa*, utroque enim modo scribitur) Advocatus *Tavastix* (*Registr.*

partim nova (cum suis Præbendis) instituta, partim redi-
tibus uberioribus ditata (353); *Festi* novi solennitate cæri-
mo-

Eccles. Ab. Fol. 150. Prædia *Hömblesta & Helgesta* (in Uplandia) eidem largitus est a. 1357, *Dinus Carolus Ulphonis in Tofta (Sparre)*, vir ille quoque his temporibus illustris; in cuius donationis fidem has literas servat *Registrum Eccles. Aboënsis*, (Fol. 161 & 162): "Alla them
,,thetta breff höra eller see, hellsar jak *Karl Wilfs aff Topthum*, Rid-
,,dare, Lagman j Wpland, kerligha met Gudi. Kennis iak met tesslo
,,mino opna närvarande breffue, ath jak met godum wilia, kärlik oc
,,beradhno modhe haffuer unth, giffuit oc oplatit, j Gudz hedhir oc
,,sti *Henrix Domkirkionne j Abo oc henne formanne* thesln myn godz,
,,som år tolf örelandh jord liggandhe j *Hömblesta j Gränstha* fokn,
,,oc I markland jord j *Helgestha j Hagha* fokn, met allom tillaghum,
,,när by oc färre, j vathno ok thorro, engo undhantagno, oc affhen-
,,der jak mik oc minom arfuom thesln forskriina godz oc tileghar
,,them j *mino rättö Testamenth* for;da *Domkirkionne j Abo och henne*
formanne til äverdeligha ägho: swa at jak älla minä arfua sculom aldre
,,nokra makt haffua the for;da godz j nokrä handa motto hindra älla
,,qualia, älla for nokrahanda saka skuld oterkalla. Til thes mera
,,visso oc stadfästilsse, later jak mith incighle viterligha här for hänghia,
,,oc bider jak ärligha oc velborna män, som Herre *Eringist Nichlison*
,,oc Herre *Tord Bonde Rörixson*, Riddara, at the syn incighle henge
,,til vitnisbyrd for thetta breff met mina egno. Datum & actum Kö-
,,pung Anno Domini MCCCXC septimo, Dominica prima XL:e." De
auctore ipso harum literarum (sive hujus Testamenti) cfr. *LÄGER-
BRING Sw. N. H. 3 D. C. 10, S. 10, p. 757* sq. Porro prædium *Lil-
la Hepojoki (Paræcia Lundo) Ecclesia Cathedralis* accepit a *Stigulfo*
Ragwaldi (viro in his oris non obscuro, quem a. 1417 vixisse adhuc
reperimus, ac patrem fuisse *Ragvaldi* illius *Stigulfi*, (Ragwald Stigulfsöns),
Armigeri, qui medio seculi XV Judex fuit territorii *Pikisensis*), *Registr.*
Eccles. Ab. Fol. 124. Alia exempla tacemus. Emisse etiam eandem Ec-
clesiam his temporibus prædia quædam reperimus: Sic *Pallus Karpay-
nen* (leg. *Karpalaynen*) vendidit ei a. 1400 prædium suum *Pyhä* (Paræ-
cia *Haliko*). *Reg. Eccl. Ab. Fol. 131. Etc.*

(353) Hujus tempore Episcopi, Præbendam (& Chorum?) S:ti *Hen-
rici & S. Erici*, cum suo Altari, institutam atque conditam fuisse, se-



)

(



quentes fidem faciunt literæ Petri Ålanning (celebris hac ætate Senatoris Urbici Stocholmenfis, benigniffimique Ecclefiæ Fennicæ benefactoris), cujus liberalitati illa debebantur: "Alle the thetta breff hõra
 ,,eller see, helfar jach, Peder Alenninghe, Byaman och Radman j Stok-
 ,,holme, met myna elskeligha huftru, Christin Pedersdotther, ävinne-
 ,,ligha met Gudj. Thet skall allom viterligit vara, fwa wel them
 ,,som epter kunna komma, som them här nw äru, ath wj haffwom
 ,,giffuit ok unth, meth godhum vilia och berodhne modhe, Domkir-
 ,,kionne j Abo till ena äwerdeligha egho, j Gudz heder ok äro och
 ,,wara Fru ok S:te Ericx, ok warom siälom ok vaara foreldra tiil
 ,,hughned och naadha, alt thet godz wj haffuom j Aland ok i Finskå-
 ,,rino, fwa som thår äpter lyuslika näupnäs: som är forst j Alandh j
 ,,Sundha fokn, j enom by som kallas Hultom, thår äghum wj uti
 ,,läx stenghet jordh oc twa alna, j hwario stangh äru siåx alna; item
 ,,j the sama fokn ena öö, som heter Langö, thår äghium wj twa de-
 ,,lin utj. Item j Finskåriom j Thõuesala fokn eghium wi en by, som
 ,,heter Gwännarsby, ther gaff jach fåmtighi marcher fore, ok ther tiil
 ,,ena ång hõm hether Marafby ång, som jach gaff X marcker fore;
 ,,item i Wåma fokn ena öö, som hether Warthesara, thår äghium wi
 ,,twa dela uti; oc äghium wi färdeles eth nås thet hether Diårffuanefs,
 ,,ther gaff jach hundrade marcher redha peningha fore, ok eghium wi
 ,,eth torpt, som liggher ther twars uth offuer sundhet, som renthar
 ,,arliska åars XII öre påningha: Thet är altsamån varth vunneti afflin-
 ,,ggha gödz, *huilkit wi giffuom badhe meth godhom vilia for:de Domkir-*
 ,,*skio j Abo tiil ena euerdelica Prebendha,* j Gudz heder ok äro ok vara
 ,,Fru ok S:te Ericx, warom siälom ok vara Forälдра tiill hughnath ok
 ,,nadhe, som förre är sakt, meth allom tillaghum, i vato eller torro,
 ,,innån gaardh och utan, i skogh ok ång, när by ok siår, meth allo
 ,,thy ther lagligha tilhõra kan och maa, inghum vndhan takno, tiill
 ,,äwerdelica ägho. Kunne wi aff gangha, tha giffuom vi thes makt, ok
 ,,kefõm ther tiil formyndhare, som är hederlighen Herre ok Fader,
 ,,Biscop *Bidrn* aff Finlandhe ok Capitulum thår sama stadz, at the thet
 ,,for:de godzet ok for:de prebendena fwa styra ok forsee, som han ok
 ,,thet Capitulum viil ther for Gudj varin bekende ok vara siell gang-
 ,,likit vara, utan åamådhan vi liffuom alle, eth vart epter annath, tha
 ,,willõm wi thy siälff styra ok radha, epter thy för är sakt. Tiil the
 ,,mera wiffo ok wiithnisbyrdh, ath alla thenne for:de articuli obrotlika,
 ,,stadogh ok fasth bliffua, tha haffuom vi bidhit hederlikom man
 ,,*(mån?)*, som är Herre Jõnis aff Pargaom ok Herre Jõnis aff Sawo,

„ath the hawa (lata?) medth varom Infiglom fyra Incigle hengiã fore
 „thetta breff. Actum & datum Stokholm, Anno D:ni M:o trecentesimo
 „octogesimo sexto, in die beati Michaelis Archangeli.” *Registr. Eccles.
 Ab.* Fol. 179. Quam suam liberalitatem, cum Episcopus & Capitulum
 Aboense probassent, institutamque a se Præbendam confirmassent, no-
 vis literis (a. 1400) eandem repetiit, & huic instituto stabilitatem dare
 studuit, conditione simul (celebrandi scil. sacri perpetui) sub qua illud
 fecisset, distinctius explicata. Quare has etiam institutoris adjungere
 literas solennes placet: ”Alle the thetta breff hõra eller see, hellsar
 „jak, *Pætar Avenninghe*, Radman i Stokholm, och myn kære hustru
 „*Christen Pædersdotter*, åuerdelika meth Gudh. Thet skal allom vi-
 „terligit vara, swa them epterkomandom som them nw åra, at vi ba-
 „din meth beradno modhe oc godho samtykko, radhe aff thy som
 „Gudh ofs lãnth haffuer, tha haffuum vij giffuit Gudi tiill heders,
 „Jomffru sancte Marie ok allom helgom tiill loff och åro, och allom
 „crisnom siãlom tiill roo ok nadhe, fore beggias vare forãldra ok for-
 „vaara och vaara epterkommandhe siãla rõkt och gangn skuldh, vndher
 „then *prebendonne*, som andelig fader oc *wærdogh biscop Biörn, Biscop*
 „*aff Finlandom*, meth fins *Capituli* radhe *ffunderat och stadseß haffuer*,
 „*under sancti Henricx ok sancti Ericx Koor i Abo Domkirkio*, i alle
 „fulkomlike motto, alla ledis som hãr åpther sig; Ffõrst aldra giffuom
 „wi oc unnom under for:de sancte Henricx ok sancte Ericx Koor i
 „Abo Domkirkio, i Alandha siãx stengher jordh i enom by som hether
 „Holtha i Sundha Soka; framdelis i thenne samma sokn i Langhõ,
 „ok ligger vider vatna skipthet, tw delen aff õnen; item i Finlande
 „I õo hether Warthasaar, tw dela aff õnen, item nãr õnen som he-
 „ther Wartasaar, ligghe i nãs som hether Dyårwenås; item twert ouer
 „sundedh aff Wartasaar ligghe eth torp, jach giffie tridinghen aff thet
 „torpet som jak ågher; item i andra sokn, som heter Theuesala, i e-
 „nom by, som (heter) Gunnars by, i then bynom haffuer jak en land-
 „boo, som almoghanum ther vål witerligt år: Item giffuom vi ok un-
 „nom sancte Henricx ok Ericx Koor i Abo Domkirkio ena ghatebodh,
 „som ligger i Stokholme sudher korntorgh i ordnõm twers ouer A-
 „rande (Arendt?) Flåminghes. Thenne for:de jordh giffuom wi for:da preben-
 „denne i Abo Domkirkio, met allom thes tiillaghum, nãr by oc siãr-
 „re, i engho vatno eller torro undhan tagno. Fframdeles skall for:
 „da Domkirkio i Abo lata segiã aff for:de Prebendenne i sancti Hen-
 „ricx & sancti Ericx Koor i wikona twa messor: ena for allom cris-
 „nom siãlom, och the andra aff sancte Eric, swa lãnge Domkirkian



„staar, utan alla forsyman. Tessa giff, hwaria thera um sik vidher
 „namn, stadfestom them Gudi oc sancte Henricx oc sancte Ericx met
 „thessö vare opne breffue, swa som här for scriffuat staar, oc affhen-
 „drom thet ois, waarom arffuom oc eptberkommandhom, met allan
 „rätth, och tillegnom thet undher the forscripne sancte Henricx oc san-
 „cte Ericx prebendenne, allaledis som här forscriffuat staar, tiill eno
 „äverdeligho ägho. Kan thet oc swa handha, som Gudh forbiudhe,
 „taa vare thet äpter Gudz viliä, at var Herre Konunghen meth sins
 „rikesfins radhe vildhe thet ey städiä kirkion eller klärkom nokro ren-
 „tho haffua i Stokholme, utan swa som Stadzins retther wthuisfar; tha
 „skäll thenne for, de gatubodhen site Henricx oc site Ericx prebende i
 „Äbo Domkirkiö vara retthä oc fulle panth, tiill thes dægh, at then
 „gathabodhen wardhä faldh, oc landzgodz vardha themmeth köpt, ath pre-
 „bendene rentha ther innan ey minskas. Til thes breffs mæra och hö-
 „gre wittnisbyrdh och skäl alla thessa scriffna tingha, tha sätthiom vi
 „(Pedher Alenninge och hustru Cristin Pedersdotter vaara Incigle vi-
 „terliga at hengia for thetta breff. Scriptum och datum Stokholmis
 „anno Domini MCD dominica ante diem natiuitatis beate virginis
 „gloriose.” *Regist. Eccl. Ab. Fol. 179. Ex aliis literis, triennio post
 datis, Michaëli Järleri (an Præbendato a se constituto?), quousque
 hic viveret, omnium suorum prædiorum in Alandia & Finlandia sito-
 rum, usum fructum concessisse, discimus; quas, quia breues sunt, reli-
 quis adjungimus: ”Alle the godha men thetta breff höra eller see, hel-
 „sar j. ch Peder Alenninge ävärdelica meth Gudi. Kennis jach meth
 „mino opno närvarande breffue, mik haffua giffuid beskedelicom man-
 „ne Herrå Matthisse Järison, fulla makt tiil at göra ok lata, ut-
 „kräftua ok upbära aff allom minom gaardhom ok godzom jac i Alandz
 „skäriom oc Fynlandz skäriom haffuer, min rettha gåldh och alla skuldh,
 „licerwis som mik stälffuom, ok fardelis om VII alna jordh som liggia i
 „Juremaa i Sundha fokn, som Östhen Bidzafon mik tiil pantha setthä
 „fore mina fulla påningha, som fore II hesta fore IX marcher, ok for
 „XXI marcher som han upbar aff minom gaardhum i Warthesara ok
 „Gunnareby, oc thessen panth haffuir haft meth retthe osfuervälde ok
 „offuermakt i marg aar. Item kännis jac mik haffua giffuid all min
 „godz ok myna gaardha, them jach haffuer haft i Alandhe ok i A-
 „landz skäriom ok i Finskäriom, swa som min ok myne hustru Cer-
 „sthenes breff ludha ok uhuisa, thessom for:nå Herrå Matthisse, honum
 „tiill ävärdelica ägho, swa lenghiä han lifuier, unahan mik ok mynom
 „arffuom, ok epter for:nå Här Matthises dödh, Gudj ok undher sande*

„*Henrikæ Domkirkio i Abo, sancti Hårre Erikæ tiill loff ok åro, för*
 „*myna ok mina föråldra siåla gangin. Tesse breffue tiill mera visso ok*
 „*vitnisbyrdh, henguer jach mith jucigle under thetta breff. Scriptum*
 „*Stockholmis Anno D:ni MCD tercio, ipso die Penthecostes.*” Ibid.
 Fol. 181. An alia fortassis hæc prædia erant, quam quæ altari S. Hen-
 ricæ & Erici superioribus literis jam donaverat, cum illis instar illis o-
 lim accessura? De Taberna illa Mercatoria sua (Gatubed) Stockholmensi,
 quam in allatis nuper literis foundationis, idem *Petrus Ålanning* Præ-
 bendæ a se conditæ assignavit, (cum loco s. area ubi illa exstructa erat,
 Tomten) lis deinde post mortem suam inter Ecclesiam Aboënsis atque
 Senatorem urbicum Stockholmensis orta fuit; quam judicio solenni, jus-
 su nomineque Regis, a. 1441 in favorem Aboënsium tandem fuisse
 direntam, ex literis discimus judicialibus *Benedicti Johannis* (Bengt
 Jonsson) in hac causa datis, ac in *Registro Eccles. Ab.* Fol. 154 sq. re-
 periundis, quæ typis expressæ legi possunt—in *Dis. Acad. Dotationis*
Altaribus templi cathedralis Aboënsis quondam factas exhibitis (anno
 1782 hic Aboæ, Præsidi Cel. Prof. BILMARK editæ) P. Pr. §. 3, p. 11:
 ubi et men sordo judicium hoc modo constitui debet: “Biscop *Niclis* i
 „*Linköpingh, Biscop Swen* i Scara, oc Biscop *Thomas* i Strengnis,
 „*Herr Nicles Jonsson &c.*” Pro hac area, (permutata aut vendit) al-
 tari S. Henricæ & Erici postea cessit Curia (domus) quædam Aboæ, in vico
 Tavastie sita, (quæ nominata hinc fuit *Curia S. Erici*, ac *residence Præ-*
bendati assignata) quamque pretio CL marcium a Cenobio Prædica-
 torum Aboënsi emtam fuisse, sequentibus literis testatur Episc. *Conra-*
du (Bitz): “*Wy Kort met Gudz nadh biscop i Abo oc Capitulum ther*
 „*sama stadz, göröm witherligit, at the boda oc tompta rentha som sin-*
 „*cte Erichs altare här j vor Domkirkio hade i Stockholm, som var ved*
 „*fäm march, hafuom vy sua skipt och umvénth, at sancte Ericx al-*
 „*tare skal nw beholla här i Abo fore sama rent ne kelis (leg. Kayris*
 „*ut ex anteced. liquet) Anders gord, ligiandes upa Tavaste gathunne,*
 „*kuilken gordh wi sänge aff Abo Closter nw fore XXX aar, swa at wi*
 „*therfore goffuom halfft annat hundradhe marc j kalch oc j andra vård-*
 „*öra: Thy tileghnom vi fordre sancte Ericx Altare förrörde gord tiill*
 „*ewigh tiidh. Til mere visso oc vitnisbyrdh lathom vj hengia vort*
 „*Secret for thetta breff. Datum Abo anno D:ni MCDLXXX sexto,*
 „*prima die mensis Marcii.*” *Reg. Eccl. Ab.* Fol. 182; cfr. annot. ad-
 jecta literis *Benedicti Johannis* nuper commemoratis, ib. Fol. 155.

Opulentum hunc mercatorem, (qui a. 1376 tantum civis Stockhol-
 mensis vocatur, *Dyaman*, sed a. jam 1377 audit *Radman*, *Senator ur-*

bis) Alandum natione fuisse, vel cognomen suum demonstrat. Divitiis floruisse, atque fide hominum sui temporis præcipua, plura confirmant documenta. Sic negotia potentis illius, Drötzetii *Bo Jonsfon* gessisse in Alandia, docet Nobil. LAGERBRING l. c. C. 9, §. 1, p. 664, & not. 5. Cum mercatoribus Belgicis commercia exercuisse, ex literis patet quæ meminit Nobil. A CELSE l. c. p. 145 n. 38 (qui eum vocat *Consulem* Stockholmiensem?), a. 1382 datis, quibus pecuniam Cameræ Apostolicæ in Suecia collectam (1620 marc. denarior. Mon. Svec.) Johanni Krewel & Johanni Bloma Brugas in Flandria se transmilturum spondet, (1080 nempe Florenos Ungaricos & Lubicenses, scilicet medietatem de utrisque, boni auri & legalis ponderis). Et de viri hujus divitiis, & singulari pietate, dona etiam testantur liberalia, quæ Upsalienti quoque Ecclesiæ (eodem tempore quo Aboensi) dedisse, docet PERRINGSKJÖLDIUS, *Monum. Ullerakerens.* p. 32, ubi legimus: "S. Henrici Chor i Upsala Domkyrka, war med en præbenda funderat af Rådsmannen i Stockholm Päder Månninge och hets Husfru Christin Padersdotter, hwilke gåfwo thår til Venningar, Gatubodar och rånta af et Stenhus, som Testaments breswet förmåter, Dat. Stockholm år 1400, Dominica proxima ante festum nativitatis beate Mariæ virginis. Åhr 1387, in crastino beati Erici Regis, hafwer Erchieffsop Henric och Capitulum Upsalense utghifwit sit bres och tillstånd angående en Præbend som Peder Alensking warande Bergare i Stockholm funderat hade i Upsala Domkyrka, til Gud, kyra, Jungsfru Mariæ och S. Olof til heder och åminnesse." Eundem fuisse ad Senatum Regni, Telgis a. 1389 congregatum, legatum ex parte civium Stockholmensium, gentis Svecicæ, missum, una cum tribus aliis civibus præcipuis, nationis Germanicæ, constat; ut de turbis inter cives metropolcos, nationis utriusque, ortis componendis, coram Senatu, disceptarent: unde cum collegæ sui, pacis consilia respicientes, clam essent reversi, nosterque igitur, re infecta redire ille etiam cogeretur, ab iisdem collegis suis in itinere insidiis noctu perfide appetitus atque captus fuit, & in arce porro Stockholmiensi duro clausus carcerare. Evalisse tamen, nescio qua fortuna, immanem illam cædem barbaramque reperitur crudelitatem, in quam furor Teutonum tandem erupit. Cfr. de impio hoc consilio factoque, & indigna nostri calamitate, LAGERBRING l. c. C. 9, §. 17, p. 719 sqq. & narratio vetus, quam sequitur, apud BENZELIUM *Monum. Vet. Eccles. Svecogoth.* p. 62 sqq. Dignitate atque auctoritate inter cives suos nostrum eminuisse, hæc

omnia luculenter ostendunt. *Lambertum* autem illum *Westphal* (Westphal), Consulem quondam Stockholmiensem, qui unus legatorum fuit Telgas missorum, quiq; nefarie adeo & perfide se gessit, Germanum fuisse, ex eadem hac historia discimus; quem nostrum antea inter amicos suos numerasse, (quo illi turpior improbitatis macula inuritur!), supra annotata docent, p. 360 not. 316.

Præbendæ porro *S. Bartholomæi*, tempore Ep. *Johannis Westphal* conditæ (cfr. supra p. 363, ubi quæ not. 322 adferuntur literæ de donatione *Johannis Kånare*, in laudata nuper Dissert. de *Dotationibus Altar.* &c. p. 3 sqq. typis jam expressæ reperiuntur; quod nobis illas l. c. repetentibus, non succurrebat) *Berone* nostro sedente Episcopo infigne reddituum incrementum accessit. Liberalitate nempe *Henrici* Archiepiscopi Upsalensis, matrisque suæ, hic Aboæ degentis, prædium *Salviala* (parcæiæ *Pikis*) & curia (domus) quædam urbana Aboënsis, huic altari ac præbendæ data sunt. De Archiepiscopi hujus patria ac genere cum quædam in Novellis Aboënsibus (*Nöo Tidningar*) anni proxime præterlapsi moneremus (a. 1791, N:o 19); de benigno suo in Ecclesiam Fennicam animo simul commemoravimus; unde constat, consilium ei fuisse, novum altare ac præbendam *S. Eriki* in Ecclesia Cathedrali Aboënsi institnendi, (ante factum, putamus, a *Petro Alänning*, ac publice confirmatum, simile institutum?); eique rei perficiendæ pecuniam destinasse quam Episcopus, *Canonicus Ab. Johannes Anundi*, pluresque Equites & armigeri Finlandenses, sibi adhuc, nomine *Reginæ Margaretae*, debebant, pro qua pecunia prædia emi voluit, ex quorum proventibus sufficientes ad hanc præbendam sustinendam redditus haberi possent. Effectu autem illud consilium, ex singulari hac causa caruit, quod tot prædia libera (fråst gods) quot necessaria viderentur, venalia in Finlandia non essent. Contentus igitur fuit, donationem fundi ac domus nuper commemoratorum a matre sua factam, ratihabuisse; de qua cum graves porro lites a prætensis suis hæredibus, (a parte matris), Ecclesiæ esset Cathedrali mota, verorum hæc liberalitate hæredum, jus tamen suum obtinuit. Quarum omnium rerum confirmandarum gratia, sequentes literas, e *Registro Eccles. Ab.* descriptas, dabimus: "For al-
 „Jom thöm thetta breff höra eller see, kennoms wi *Anders Dolle*,
 „Radman i Abo, *Bränneke Hannesson* ok *Henrik Dolle*, Borgara ther
 „sama stadz, openbarlika met thesso vaaro närvarande opno breue,
 „ath åpter thet var fränkia, hustru *Cristlin Vapperska*, met vordhelix
 „fadern Herre *Henrik*, fordorn Archebiscop i Upsala, sijn sons ja ok
 „godhuilia, gaff alth sith gotz i *Salviala* i *Pike* sokn liggjande, ok

„sin gardh i Abo, i Gudz heder, for sina ok sinna föräldra siäla, undi
 „sancti Bartholomei altare i Abo Domkirkio til ävinnelika ägo, ok
 „fornemdhē vordbeliken fader, Archebiscop Henric, som stadhfeste the
 „giffth, antwardhe fordte gotz ok gaardh Herre Odwidhe aff sancti
 „Bartholomei altare vegna, som tha haffde sama altare, ok han haffde
 „thet gotzit ok gaardhen i Abo siäx aar i värio, mädban sama erche-
 „biscop Henric lifde, ok V aar epter hans dödh; ok ey thy sidher, ut-
 „väldhade *Laurens Roware* fornempda gotz i Salviala undan sancti
 „Bartholomei altare, utban lagh ok rāth, aff sinne hustru vegna, som
 „ey komber til arffis epter fordte hustru Cristin eller henne sen, som
 „skälliga beuift är uppa Lagmantz ringh; ok fordte Larens besath thet
 „gotz i margh aar met väldh, the (til) thās ath vi som nästa rätta är-
 „vingia arum fordta vordelix faders Herre Henric, fordhom Archiebi-
 „scop i Upsala, som vi bevissh haffvum for Radhit i Abo ok thera
 „breff uthwiser, kārdom til fordta *Larens Rosfware* um väldhe, ok
 „vunnom aff honum thet gotzit i Salviala met rättha, som Lagaman-
 „zens Doombreff vel uthwiser: Ty fulbordhom vi ok stadfestum met
 „alla vara samärvingiä ja ok godvilja the sama giffth um Salviala gotz
 „ok then gaardhen i Abo, i swa matto, ath thet opta nempda gotzit
 „Salviala ok gardhen i Abo seulu aather kallika (leg. *aatherkallade?*)
 „bliffua undher siti Bartholomei altare til ävinnelica altare (leg. *ägho?*).
 „Ok vare thet swa, ath nagar aff fordta hustru Cristina äller Archebiscps
 „Henric vinom eller frändhom vildhe the sama giffth hindra eller qualia i
 „nagra matto, tha viljom vi vara oforsumadhe i alla matto um vaan
 „rāth. Til huiika alla forscriffna stykke mera visso ok stadfestilse
 „hengiom vi varth jncigle for thetta breff, som scriffwith är i Abo
 „areno epter Gudz byrdh MCDXXXVIII, feria tercia infra octavas a-
 „scensionis Domini.” Fol. 242. Quibus lucem majorem addit testi-
 „monium hoc *Beronis Andree*, Prepositi Strengnesensis & Canonici
 „Upsalensis: ”Ffor allom mannom ok hvarium enom som thetta breff
 „sea ok höra, alla (leg. *alla?*) thet ärendet rörir, älla vārda kan, kån-
 „nis jak *Biorn Andrisson*, Domproaster i Strengenes ok kanukker i
 „Upsalum, en tho ath ouerdogher, ok beryghar i thesso opno bressue,
 „met tro oc rätto sännindh, ath jak sterom synnom hördhe ok undher-
 „staadh aff vārdoghom fader, minum kārā Herrā, Archiebiscop *Henrik*
 „i Upsalum, Gud hans siäl haffui, ath han aff syns egno ok afflinga
 „gozze, Gudhi til heder ok herra sancta Erik Konungh, for sina ok



)

(



„for sinna foreldra siäl, huxadhe ok fortenkthe ath göra ok latna stad-
 „festa i Abo Domkirkio et ingeldh ok äverdelik amunnelse, ok var jak
 „ther när ok omstadder et sin i Stokholme, met mangom androm
 „godhom mannom, lärðhom ok lekthom, tha fornemde Archiebiscop
 „Henrik anthvardadhe ok opleth til fornemda ingeldhit, i varduð fa-
 „ders ok herra, Biscop *Biorus* aff Abo hender ok värio, gardha ok et
 „goz, som hanom varo rätlika tilfallin epter sina modher hustru *Cri-
 „stina Wapperska* i Östherlandom, ok betelte aluarlika ok gaff fullo
 „makth i besta matto han met rätth göra mattho, fornemde biscope
 „Biorne ok Capitulo i Abo ok enkannelika hederlikom manne, herra
 „*Jonis Anundsjon*, Canokke samastadz huilkin tha när var, ath meth ok
 „aff the peninga summo, som the ok andre flere gode män, riddare ok
 „suena, j Österlandhom honom en tha aff högborna förstinna, Drotningh
 „*Margaretha* vegna skyldoghe waro, goz ok swa myclo ranto ok ingeldh
 „köpa skulde ok opantwarda, ath thet for:de ingeldh ok amunnelse äverde-
 „lika besta oc stadugh matte bliffua, ok a sama dagh ok stadh gaff
 „forseripne min herre, Archiebiscop Henrik sina rösth ok fullan rätth
 „til at fa sama ingeldhit herra Ödwidhe Thorvastafon, ok presente-
 „radhe biskop Biorne ath, swa som en rätther patronus. All for:de
 „stykke äru swa skedh i sannindh, thet thyger jak Biorn for:de, ok
 „tagher thet oppa mine siäl ath swa är skedh, ok til vithnisbyrdh trök-
 „ker jak mith incigle uthan a ryghen tessö bressue, huilkit jak scriua
 „leeth ok utgaff ärom epter Gudhs byrdh Thusandha CCCC a träton-
 „de arena, a sancte Erikx apton, crafdher ok enkannelika bidhin til
 „tyga ok vitnisbörðh alla forseripna” Ib. & Fol. sequ. Præteritis deinde
 „aliis testimoniis, ex annotatione longiore hanc attingente contro-
 „versiam, verba sequentia transferibemus: ”Nota, um sancti Bartholo-
 „mei altars ärende som *Henric Styff* uppa talar, är swa belagath: Wär-
 „delighen Faders met Gud, Herre Henric, sfordhom Archiebiscop i Up-
 „sala, haffde tenkth sikta sancte Erikx prebendam i Abo Domkirkio,
 „ok hans moder, hustru *Cristin Wapperska*, ville lägga under sama
 „prebendam sin gaardh i Abo ok sith landhgodz *Salviala* i Pike sokn
 „met. *Mädhan Archiebiscoppen sik* (leg. sik) *ey so mykit ffrålgth* (leg.
 „*frälsth*) *godz falth i Finlandh, ath han kunde sancte Erikx prebendam*
 „*stiga*, tha varth modrene ok sonenom swo til raadha, ath hon met
 „sin sons samtykkio gaffuo ok lagdo then gaardhen i Abo och *Salvia-*
 „*la* godz for:de under sancti Bartholomei altar, som *thera fränder sik-*
 „*tat haffde*, ok Archiebiscoppen antwardade for:de gaardh ok godz &c.
 „- - - I swa motto haffde altarith sidhan gaardhen ok gotzeth oqualth
 „ok ohindrath (sc. post iteratam *Andrez Dolle* &c. donationem) i X



moniarum numerus auctus (354); Capituli dignitas novo

nl

E e e 3

Archi-

„aar, til thes *Henric Styff ok Olaff Roffware* komo uppa Landz rät-
 „then i Abo för *Hannus Cröplin* ok bædha Lagmännena ok alla Hä-
 „redzhöfdinghe, ok kærde um thet arffuith uppa Lagmans doom: ok
 „the ranlakade ärendhit, ok funno ärendhit ey annars en som Lagman-
 „nen hæfde ranlakath ok dömpth; ok then som Konungx doom hæfde,
 „stadfeste Lagmansens doom, epter allas thera raadh.” Ad finem vero
 „verba hæc leguntur: ”Item um *frillabarn ok prestabarn, huru the mago*
 „*arffua eller arffuas, är endels uttrykt i Laghbokena.* An thet ären-
 „dhit wårder met Gudz hielp vel swo ut reeth epter skälum, ath *Hen-*
 „*ric Styff* met sinöm samærffuingiom koma ey til arffis epter Archiebi-
 „scopen, hwarte met andelighom eller wårdzlighom rath.” Ib. Fol.
 243 sq. Quæ suspicioni excitandæ, famæ Archiepiscopi minus faventi,
 locum facile dare queant!

Quod *Altare S. Sigfridi*, Episcopi nostri tempore accepit, reddituum
 suorum augmentum (a. 1387), supra jam tetigimus, p. 354, not. (304).

Ejusdem ferè ætatis institutum esse credas *Altare sancti Laurentii*,
 cujus prima annis 1404 & 1405 in monumentis nostris mentio occur-
 rit; ipsius autem fundationis nulla supersunt vestigia. Quum prædiis
 ad illud pertinentibus superiori demum illo anno immunitas a tributis
 & oneribus publicis (*Frälse-frihet*) quæsitæ atque obtenta reperitur;
 non multo antea conditum fuisse, conjicimus. (Utmavol 23 f) 2117.

(354) *Festum Reliquiarum*, a. 1396 ab Episcopo nostro institutum,
 ad superstitionem alendam & opes auctoritatemque Ecclesiæ suæ augen-
 das apprime idoneum, indigitamus; cujus rei ratio ut eo clarius per-
 spiciatur, ipsas literas fundationis dabimus: ”Universis Christi fide-
 „bus presentes litteras inspecturis seu audituris *Bero*, Divina providen-
 „tia Episcopus Aboensis, salutem in Domino & celestium gratiarum
 „continuum incrementum. *Sanctorum meritis inclita gaudia Christi fi-*
 „*deles assequi minime dubitamus*, qui eorum patrocinia per condigne
 „devotionis obsequia promerentur, illumque venerantur in ipsis, quo-
 „rum gloria est ipse & retribucio premiorum. Quod sane & devote
 „confiderantes, cupientesque causam dare fidelibus ad consequenda
 „gaudia supradicta, & consilio & consensu dilecti Capituli nostri, ad
 „Dei laudem & sanctorum eius reliquiarum veneracionem extollendas,
 „festum reliquiarum in ecclesia nostra Aboensi contentarum *vicem de novo*



Archidiaconatus munere amplificata (355), sunt.

In

„instituumus, crastino natalis beati Henrici Episcopi (&) martiris per-
 „petuis deinceps temporibus celebrandum. Ut igitur fidelium devocio
 „erga devotam diœe Abbenis ecclesie vilitationem & dicti festi vene-
 „rationem, ad salutem animarum & profectum utiliter excitetur, Nos
 „de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apосто-
 „lorum ejus auctoritate suffulti, beatorumque Henrici & Erii marti-
 „rum meritis confisi, omnibus vere penitentibus & confessis, qui dictam
 „Aboensem ecclesiam in predicto festo reliquiarum & festis beatorum
 „Henrici & Eskilli & Botvidi Martirum, Sigfridi & Davidis confesso-
 „rum, Elene & Brigitte viduarum, regni Svecie Patronorum, visitave-
 „rint, nec non & illis qui ibidem dominicalibus processionibus per civi-
 „tatem, seu post completorium cotidianis antiphoniarum stacionibus inter-
 „fuerint, & qui infra scripta sacra loca, ecclesias videlicet beate Katha-
 „rine singulis secundis feriis, beati Henrici Cathedralem sub tertiis fe-
 „riis, Domum hospitalem singulis quartis feriis, Domum sancti Spiri-
 „tus singulis quintis feriis, Claustrum fratrum predicatorum singulis
 „sextis feriis, ac ecclesiam beate Marie in Rånthamåki singulis sabbathis
 „suis, videlicet ordinariis stacionibus diebus, causa devocionis, pere-
 „grinationis seu oracionis accesserint, quociens premissa vel aliquid pre-
 „missorum fecerint, tocies XL dies indulgentiarum de iniunctis eis
 „penitentiis in Domino misericorditer [in Domino] relaxamus. Datum
 „Abo anno Domini MCCCXC sexto, die beati Clementis Pape & mar-
 „tiris (d. 23 Novemb.), nostro sub sigillo. Registr. Eccles. Ab. Fol.
 „70. Campum sane haud angustum, Episcopus, Fennorum devotioni,
 „vel potius superstitioni aperuit; cui indulgendo, satis jam occupationis,
 „sive sanctæ sedis, sibi constituere licuit. Ceterum, vix nisi unum
 „Aboæ fuisse Claustrum, (fratrum scil. Predicatorum), sed duas jam,
 „(præter Ecclesiam Cathedralē) alias ædes sacras, Domum nempe Ho-
 „spitalē & Domum Sancti Spiritus, ex his literis discimus. Ipsum E-
 „piscopi nostri institutum, ab Henrico Archiepiscopo, literis datis Ny-
 „copiæ, die beatorum Cosmæ & Damiani martirum (d. 27 Sept.) ejus-
 „dem anni datis, confirmatum fuisse, exemplum earundem in Reg. Ec-
 „cles. Ab. l. c. reperiendum docet: aut igitur in nota temporis error in-
 „est, aut post impetratam demum ab Archiepiscopo consilii sui confir-
 „mationem, noster suas vulgavit literas?

(355) Initium tantum hujus dignitatis atque officii instituendi, sic-
 que Capitulo Aboënsi perfectam quasi dandi formam, Ep. Beronem fe-

In negotiis ad rem publicam pertinentibus, suam omnino operam desiderari Episcopum nostrum non esse passum, variis docemur monumentis (356); gratiaque floruisse singulari Reginæ Regisque, qui tum scepra tenebant Sviogothica, non dubium demonstrat liberalitatis regis, quo ornatus fuit, documentum (357). Neque Ecclesiæ suæ negle-

cisse, (cui instituto, a primo auctore tenuiter dotato ampli deinde redditus accesserunt), ex literis successoris sui Episc. Magni confirmatoriis, infra apparebit. RHYZELIUS, qui *Beronem* muneri huic sufficientes dedisse redditus, temere asserit, ipsam institutionem a. 1389 fuisse factam (*Messenii* fultus auctoritate) dicit. Primus Archidiaconus, Magister *Henricus Magni*, prædium suum *Norrmark* (Paræciæ *Ulfaby*) mensæ Archidiaconi a. 1402 donavit; ac antea jam, *Lucia Jacobi* a. 1398 in eundem usum prædium suum *Pyhä* (Paræciæ *Haliko*) liberaliter consecraverat. De reliquis commodis huic instituto concessis, postea commemorabimus.

(356) Episcopum nostrum subscripsisse a. 1396 *Decreto Comitiali Nycopensi* (de quo cfr. LAGERBRING l. c. C. 9, §. 28 sq.), constat. Presentem etiam in Comitibus Wadstenensibus a. 1400 fuisse, idem observat Historicus, (sive nixus *Diarii Wadstenensis*, p. 21) l. c. T. IV, C. I, §. 4, p. 8: neque suam operam desiderari passus fuit in pace a. 1308 Helsingburgi, inter Reginam *Margaretam*, & Magistrum Ordinis Teutonici, (qua hic juri suo in Gotlandiam, accepta pecunia, renunciavit) concludenda: LAGERBRING l. c. §. 5, p. 14.

(357) Literas sequentes exhibet *Registr. Eccles. Ab.* "Jak Abram Brodherfon, Riddare, Hôuitzman på Abo, hellar idher alla som i Masko fokn ok i Pyke byggia ok boo, thet som Konungxdomen ther uti thilbörer, kärlika met Gud. Witha skulin J, at myn Här Konungh Erik ok myn Fru Drötningh Margareta haffva unt ok lant kärlikom fadher byscop Byorn Masko fokn och Pyke, met allan Konungelik råth; for thj bidher iach idher ok byudher, ath j varen honnum hōroghe ok lydoghe, at ingen här efther skule svara om skat eller andra stykke, uden myn här biscoop Byorn ok hans ämbetzmeen, thöm han thertil fäther; ther mādher befeller iak idher Gud. Seri-



neglexit commoda hinc quædam comparare (358); de
cujus

ptum Abo anno Domini MCCC nono (leg. MCCCC nono a. 1399?)
„Sabbato proximo post epyphaniam Domini, meo sub Sigillo.” Fol.
IO. Quamdiu autem hoc uti beneficio, Episcopo nostro licuerit, de-
finire haud valemus.

(358) Episcopi nostri diligentia, non sine verisimilitudine, adscri-
bit RHYZELIUS, quod *Missæ Auroræ* (quam *Sandum Auroræ* vocat),
in Ecclesia Aboënsi instituta a Regina *Margareta* fuerit; quam tantos
in hunc finem dedisse, addit, reditus, ut sacerdos missam dicens susten-
tari inde posset, *Capellam Auroræ* ab Episcopo nostro fuisse ædifica-
tam SPEGELIUS narrat, totius rei ille quidem ignarus; neque enim
altare peculiare, multo minus capellam novam, hujus missæ celebrandæ
causâ condere opus fuit. Donabat vero Regina (conjunctim cum Re-
ge *Erico*, Pomerano) Ecclesiæ Aboënsi CCC marcas (vel libras) argen-
ti puri (Lödige marker), sive marcas Syecicas in Finlandia tum usu vul-
gares 1800, hac conditione, ut in eadem Ecclesia Missa quotidie, (in
honorem Dei, Mariæ virginis & S. Henrici) pro animis parentum a-
micorumque suorum, diceretur. Loco porro numeratæ pecuniæ, op-
pignorabant Ecclesiæ paræciam *Pikis* cum omni jure Regio, donec ex
ejus paræciæ reditibus Ecclesia dictam summam pecuniæ confecisset;
quo factò coronæ mox restitui debebat. Si igitur anno jam 1409,
eadem paræcia Episcopo in feudum fuit data, ut supra vidimus?
Ecclesiæ Aboënsi interim satisfactum esse, credere oportet. Ista vero
pecunia Episcopum *Magnum*, *Beronis* nostri successorem, deinde usum
fuisse ad Jus Patronatus Fratrum *Padisensium* in ecclesias *Borgo*, *Perno*
& *Sibbo* ab iisdem redimendum, annotatio docet, ipsis literis Regis *Regi-
næ*que foundationis in *Registro Aboënsi* præmissa, hujus formulæ: *Litte-
ra fundacionis Missæ Auroræ in ecclesia Aboënsi per Dominum Ericum
regem, qui ad id opus pium contulit III: marcas argenti puri, „qui-
bus redimebatur jus patronatus ad Borga, Perna & Sibbo.”* Unde
intelligitur, cur in meritis *Magni* Episc. celebrandis auctor noster (p.
21) scribat: „Jus Patronatus quod habebant Fratres Monasterii *Padensis*
„in Livonia ad ecclesias *Borgo*, *Sibbo* & *Perno*, per ipsius industriam
„obtinent Aboënses. *Ex earundem etiam ecclesiarum censibus prima
„Missæ, quæ quotidie in Auroræ in Ecclesia Aboënsi dicitur, perpetuata
„est.”* Scilicet subrogatus fuit ad hunc usum census istarum paræcia-



cujus juribus tuendis, auctoritate amplificanda, ac dignitate asserenda, antecessorum suorum exemplo, etiam alias fuisse sollicitum, laudatoribus suis non ægre credimus (359).

F f f

99)

rum, loco fructus ex pecunia a Regibus donata redeuntis, quam ad jus illud Patronatus redimendum Episcopus impenderat. Ipsa literas Regias Fol. 91 in *Registro Eccles. Ab.* reperiundas, quod easdem in *Novellis Ab.* (Eidn. utg. af et Sällskap i Åbo) a. 1785, N:o 21, p. 162 sq.) typis describendas curavimus, hic non repetimus. Ex quibus omnibus pater, quam falso inter laudes *Beronis* nostri canat *MESSENIUS* (*Chron. Rhythm. Finl.* p. 33). "Denma Bisp och tillika bref, At den stor Messa hållen blef 3 dagningen, och där til gaf Uog gods un-
dan sin stol och staf, Guds namn til ära, i den aukt Hon ewigt skall
hållas wid macht." Nihil enim Episcopum ex suo contulisse, Regibusque eam laudem totam deberi, apertum est. Quomodo *MESSENIUS* auctoritate inducens, (qui in hujus Episcopi laudibus valde liberalis est), *RHYZELIUS* falso Archidiaconatum quoque a *Berone* nostro *sufficiētib* fuisse *reditibus* ornatum dixerit, jam vidimus; ita autem l. c. ille: Af honom (*Berone*) *Arkebisknens* kall *Stichtes* i Åbo; rånta all Gaf och därtill. Ne ordo beneficiorum, Ecclesie Cathedrali, *Berone* nostro sedente Episcopo collatorum interrumperetur, hanc donationem hoc loco commemorandam esse duximus; quamvis auctor non nisi infra, ad finem vite Episcopi, ejus injecerit mentionem.

Aliud porro Rex *Ericus* benignitatis suæ in Ecclesiam Aboënsē præbuit documentum, cum non modo Privilegia Capituli (vel Ecclesie?) Aboënsis a. 1400 confirmaret, literis datis *Helsingburgi feria proxima Domin. Reminiscere* (vid. VON DALIN *Sw. Rikes Hist.* 2 Del. C. 15, §. 12, p. 604, & inde LAGERBRING l. c. IV D. C. I. §. 8 p. 20), sed etiam a. 1404 prædiis aliquot, ad *Altare S. Laurentii* pertinentibus (*Harittu, Pisu, Vilikyå & Hamaro*) immunitatem a tributis & oneribus publicis (*Frålse-Frihet*) concederet: quod literæ suæ testantur (in *Registro Eccles. Ab.* Fol. 249 servatæ) datæ in *Castro Örebro*, in *profesto b. Georgii Martiris*.

(359) Documenta passim attulimus. Quibus addere placet, quod *Fratribus Padisensibus* (cfr. supra p. 306-311) noster quoque jus Pa-



qq). De hoc Cœnobio in *Corois*, quid existimari debeat, dubii admodum hæremus. MESSENIUS, qui in *Chron.*

tronatus in Ecclesias *Borgo, Perno & Sibbo*, ut sedi suæ injuriam, adimere voluisse, videtur. Comparaverant quidem sibi Padisenses Regum *Erici, Magni filii, Alberti & Erici Pomerani* confirmationem donationis a R. Magno *Erici* factæ; sed renovaverant Episcopi etiam *Aboënses, Johannes II & III*, suam postulationem, quorum vestigiis *Beronem* quoque instituisse, verisimile est, sed placari tamen sese visisse: unde *Literis Confraternitatis liberalissimis Padisenses* cum eum, tum Capitulum suum, auxerunt (datis *Padis a. Dni 1408 in professo corporis Christi*) quæ comparent in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 79. De tota autem hac lite cfr. quæ diximus in *Nov. Ab.* (Eid. utg. af et *Skilspå i Åbo*) 1785, *Bih.* p. 94 --- III, ac imprimis, quantum ad hunc locum pertinet, p. 106, 107, 108. *Literæ judiciales*, jus Episcopi (ad quem *Molendinum in Halis* prope urbem pertinuit) contra rusticos parcellæ *Lundo* confirmantes, qui novis ædificandis molibus illum piscaturæ in superioribus annis *Aboënsis* partibus nocuisse, questi fuerant, legi possunt in *Novell. Ab.* (Åbo nya Tidn.) 1789 N:o 40; cum quibus cfr. aliz antiquiores, ib. N:o 38 reperiundæ. Anno 1468 *Molendinum b. Henrici in Halis* (utrum idem, an aliud, nescio) ad *fratres Monasterii S. Olai* pertinuisse, ex sententia judiciali *Stenonis Henrici*, *Judicis Territorialis*, patet, quæ in *Registro Eccles. Ab.* Fol. 92 comparet. Ac cum inter *litteras Episc. Beronis* supersit *Forma collacionis perpetui Vicarii in Rusko & Refo* (quas ecclesias ad præbendam *Archipræpositi*, pertinuisse, constat; cfr. supra p. 253 sq. not. 150), eandem hoc loco subjungere placet: "*Bero*, *Divina Providencia Episcopus Aboënsis*, dilecto filio, *Dno Nicolao Hinzichini, Ecclesiarum Rusko & Refo vicario*, perpetuo, paternam in Domino charitatem. Ex quo *Dnus Johannes*, *Præpositus Ecclesie nostre Aboënsis*, de officio suo vario ecclesiastico labore occupatus, ecclesiis suis *Rusko & Refo* predictis, corpori præbende sue annexis, in requisitis officiis non poterit commode intendere, Nos de tua ydoneitate confidentes, quod suis ecclesiis in parochiis predictis, velut in villa, valeas profitibiliter (?) præesse & prodesse, tibi curam & amministrationem, tam in spiritualibus quam temporalibus, predictarum ecclesiarum per presentes committimus sub eodem, mandantes parrochianis ibidem, ut tibi, tamquam animarum suarum curato, de singulis iuribus parrochialibus fideliter respondeant, & nul-

Chron. Episcoporum, auctoris nostri ductus auctoritate, virginum Corosense monasterium a Berone fundatum fuisse scripserat, anno licet fundationis non indicato (quem tamen *Scond*, T. XV p. 69 eundem ac Auctor noster prodit); alibi annum huic instituto 1393 assignat, atque Monasterii contra *Nadendalensis* prima initia, in villa *Karakyle* (*Karinkylá*) Paroeciae *Mascho* posita, ad a. 1400 refert (360): unde Nobilissimo LAGERBRING occasio enata

F f f 2 fuit

li alteri quovis modo; attamen una curia sua propria, videlicet *Upp-luga*, ab omni onere exempta, & in parrochia *Rusko* omnium seminum decimis, & in parrochia *Reso* in iure *Finnonico* dimidietate decimarum in feminibus, & dimidietate *Matsköth*, Domino Preposito, ratione annualis pensionis, prout inter ipsum & tuam caritatem, nobis dilectum Capitulum nostrum fideliter designavit. Datum Abo, crastino translationis beati Henrici, anno 1389, nostro sub Sigillo." *Ibid.* Fol. 259,

(360) In *Chron. Rhythm. Finl.* p. 33 habet: Han sammalund Uokogde ester någon stund Et Jungfruktoster Berots het (1393), hwilket han wäl begåstwa lät. Neque aliter *Scond*, T. X p. 17: Circa *MCCCXCIII* Coenobium in Finlandia virginum Korosense, a Præsule Birgero fuit edificatum. Postea vero, p. 18, dicit: Circa *MCD* Monasterium Ordinis *Brigittini* *Nadendalense* in villa *Karachyle*, paroeciae *Mascho*, primum conditur. Quæ cum nostri fide auctoris ita conciliare *RHYZELIUS* instituit, ut doceret: år 1393 hafwer han (Ep. Bero) icke langt ifrån Ubo anlagt och år 1400 fullbordat *Coris*-eller *Kors*-Kloster åt Jungfruer eller Dummor; ingenio suo, pro more, temere indulgens. Ac ut *Messenii* auctoritati nil decederet, addit, anno eodem 1400, Episcopi nostri opera *Nadendalense* quoque Monasterium in *Karakylæ* fuisse conditum, *VASTOVIUS* in *Notit. Monasterior.* (*Viti* suæ *Aquil.* adjecta) *Korsense* in *Alandia Virg.* a *Berone Balk* episcopo fund. anno 1400 significat; quem illud in *Kökar* (paroeciae *Föglö*) spectasse apparet, cujus adhuc rudera supersunt, quodque etiam *Kors*-Kloster, *Coenobium S. Crucis*, appellatum fuisse, autumant, (vid. *RHYZELIUS*, *Monasteriol. Sviog.* L. VIII, C. V, p. 306); sed hoc fratrum vel Monachorum, non virginum fuisse, idem contendit (l. c. C. IV), ac juxta

fuit conjiciendi, *Koroſenſe* illud cœnobium idem fortaffis habendum ac *Nadendalēſe*, in *Karakylā* primo conſtructum (361)? Spiffis tenebris cum omnia fere quæ Monafteria ſpectant Fennica, obteſta jaceant (362); mirandum non eſt, Corōſenſis quoque hujus cognitione lucidiore nos deſtitui.

(r*)

prædium *Korois*, prope Aboam, menſæ Episcopali ut olim, ita hodie que ſubjectum, rudera Cœnobii adhuc videri narrat. Et appellationis ratio, & fama popularis de Cœnobio virginum ibi olim florente, illorum igitur favere conjecturæ videntur qui ibidem illud exſtruxiſſe Episcopum noſtrum exiſtimant, atque huc locum *Juſtēni* trahunt. Sed fatemur, rem nobis indubiam minime videri. Rudera ſuperſtitia, potius ædium Episcopalium, in illa olim villa exſtructarum, quam Cœnobii eſſe, credas? Nec ſcio, an Clauſtrum *Virginum* Curia Episcopali adjungere, decori leges permiſiſſent? Nulla cæterum hujus Monafterii (cujus ab Episcopo noſtro conditi neque Fragm. Palmſköldianum meminit) in monumentis noſtris, quæ quidem mihi innotuerunt, exſtat memoria. De Cœnobii autem Nadendalēſis initiis, infra diligentius diſputabitur.

(361) Sw. R. Hiſt. III D. XI C. XI §. p. 843. Han (Ep. Bero) har ock ſiſtat et Nunne-Kloſter i Corois, ſom Kan hända varit bërjan til det mer bekanta Kloſtret i Nadendal.

(362) Quæ de Cœnobio *Virginum Aboēnſi* narrat RHYZELIUS, *Monafteriol. Sviog.* L. VIII C. I, ita manca ſunt, ita parum digeſta, ut quid veri certique iis inſit, exiſtimare nequeas; præſertim cum neque verba monumentorum quæ laudat, neque fontes aſſertorum ſuorum plerorumque, indicet. De *Franciſcanorum* Monafteriis *Raumoēnſi* & *Wiburgenſi*, pauciſſima ſcimus: de illo in *Kökars* vix quidquam aliud, quam quod ſeculo XV exſtiterit; nec de *Dominicanorum Wiburgenſi* multo plura tenemus. Cfr. RHYZELIUS l. c. C. 3, 5 & 6. *Nadendalēſe* paullo ſaventiore uſum fuit fortuna. Parciliſſima omnino ſit Monafteriorum in monumentis quæ conſervat *Regiſtrum Eccleſ. Aboēnſis*, mentio; pauca tamen illa quæ de iisdem nobis innotuerunt, ſuis locis adferemus.

(r*) *Piratæ*, a quibus maxima damna Ecclesiam Aboënsē fuisse passam Auctor queritur, sine dubio famosi illi fuerunt *Vitaliani*; de quorum cum origine, tum vi & deprædationibus consuli potest LAGERBRING l. c. C. 9, §. 19, 20, 23. Aboam ipsam adortos fuisse, atque Ecclesiam Cathedralem spoliasse, vix credas? Sed littora infestasse, atque incolas partium maritimarum graviter vexasse, verisimile est.

rr) Belli *Ruthenici* (Russici) quod Episcoporum *Johannis Westphal* & *Beronis* temporibus Finlandiam afflixit, exigua admodum superest notitia: cfr. LAGERBRING l. c. C. XI, §. 1; qui recte judicat, pacem cum his barbaris initam, parum fidam fuisse, miserosque nostros majores incursionibus illorum improvisis subinde afflictos. Sed majori mole bellum hoc tempore iis ingruisse, existimes. De pace quidem, quam R. *Magnus*, post infelicem suam expeditionem Russicam, fecisse vulgo dicitur, parum nos scire, fassi supra fuimus (p. 301, not. 223); sed inducias tamen certi atque definiti temporis postea fuisse inter Svecos Russosque pactas (licet neque tempus factarum, neque conditiones, cognoscamus), quæ circa a. 1374 in exitu essent, ex literis iisdem discimus Drotzei *Bo Jonszon* ad Archiepisc. *Birgerum*, quarum jam supra usi subsidio fuimus (p. 374, not. 334), in quibus scribit: "Item kan jag ingemlundom fermogha at konnna til Jdhr Noer innan butnin som J mik skrivin, thy at jag nu genast far til Wiborgh a mothe Rytzomen, at dagtinga med them, som J wäl witin at fridh utgaar nu om pingilzdagha mällom rikit innan Swerike of them (363). Verum successu optato prudens Drotzei

F f f 3 con-

(363) Skrifter och Handlingar til uplys. i Swenska Kyrko och Reform. Historien, 2 D. p. 352. Orthographiam veterem, in trans-

consilium, inducias cum hostibus olim factas renovandi, caruisse videtur; quoniam quadriennio post opem Bullæ cruciatæ Pontificis *Urbani VI* sibi comparare, ad furorem Russorum compescendum, necessarium nostri judicabant: quæ, liberali peccatorum venia oblata, ad bellum sacrum contra *infideles & schismaticos* adversarios gerendum, Sveciæ cives excitati sunt. Bullam in *Actis Literariis Sveciæ* a. 1724 typis licet expressam legere (364); quæ Russorum immanitatem talem describit, qualem Fenni sæpe experti sunt (365). Quid autem adjumenti, e benigno hoc Papæ favore majores nostri perceperint, plane ignoramus: parum credas profuisse. Annotatio certe vetus, a PALMSKÖLDIO descripta, (*Act. Vol. Carolen*, p. 323), ipsam urbem Wiburgensem ab hostibus fuisse spoliatam, docet (366).

ss) De

missio ad Reverendiss. Editorem exemplari non diligentissime fuisse observatam, animadvertere licet. Datas Drotzeti literas a. 1374 fuisse, inde patet, quod hoc anno Archiepiscopus *Birgerus* iter suum Norrlandicum suscepit (vid. PERINGSKÖLDII *Monum. Upland.* T. I p. 3); nec facile credas, cum illud postea repetiisse, aut eandem litem cum Episcopo Aboënsi renovasse.

(364) P. 593 sqq. Quod non succurrisset D:no LAGERBRING videtur, qui diligenter Bullam eandem recenset, l. c. C. XI, §. I; cfr. etiam A CELSE *Apparat. ad Hist. Sveo-Goth.* Sect. I, p. 140, n. 5. Exemplum ejusdem in *Registro* quoque *Eccles. Ab.* habetur, Fol. 61.

(365) "Sane nuper ad nostrum, non sine mentis turbatione, pervenit auditum, quod Regnum Sveciæ a Rutenis infidelibus & schismaticis eidem vicinis sæpius impugnetur & Christianorum sanguis ibidem effunditur, ac in opprobrium fidei catholicæ per ipsos Ruthenos, exdes, rapinæ & incendia ecclesiarum, matronarum stupra & deflorationes virginum perpetrantur." Etc.

(366) *År 1411 skinnade Nyssen Wiborg uppå Wårfru dag i fastan.* Mirum sane est, de re tanta ne verbulum quidem apud Historicos nostros



)

(



ss) De hac missa, partim supra (p. 404, not. 358) quædam diximus, partim infra, ad vitam Episcopi *Magni Tavast* dicemus. Nomen parœciæ, cujus reditus omnes (regii sc. juris), Regina *Margareta* (& Rex *Ericus*) missæ hujus sustentandæ causâ Ecclesiæ Aboënsi (quoad tempus) concedebant, non *Lycke*, quomodo mendose legitur apud D:ni NETTELBLADT (*Schw. Bibl. i St. p. 71*), sed *Pijcke* (s. *Pückis*) esse, supra jam (p. 17), præeunte & Codice *Chronici Juusténiani* egregio quod possidet Bibliotheca nostra Academica, & *Fragm. Palmisköldiano*, monuimus: quod itaque sic corrupte scriptum etiam apud Dn. LAGERBRING (*Sw. R. H. 4 D. 6 C. 27 §, p. 332*) corrigi hinc debet, æque ac nomen Episcopi nostri gentilitium, quod novo sphalmate fœdatum (*Ball* pro *Balk*) eodem loco habetur.

Statum Ecclesiæ Fennicæ, quatuor Episcopis b. *Hemmingi* successoribus proximis (*Henrico, Johanne II & III*, atque *Berone*) eam administrantibus, multo & valentiorum & florentiorum fuisse factum, ex iis quæ attulimus, satis apparet. Numerus templorum & sacerdotum passim crevit (367); dignitatum ecclesiasticarum ordo nihil fere desiderari passus est (368): quæque plura ejusdem generis

occurrere. Videtur illorum, ut Regis qui tria illo tempore sceptrâ septentrionis gessit, cura ad bellum Holfaticum & res australium Monarchiæ partium, tota fuisse conversa, remotis his terris interim neglectis.

(367) Sic nova parœciarum nomina, hoc temporis intervallo, in *Reg. Eccl. Av.* occurrunt *Rusko* 1389, *Thövesala* (*Töflala*) 1386, *Säky-lä*, *Kiuisä* & *Tälälä* 1392, *Wirilax* in *Carelia* 1370, parœcia *S. Martini* (*Nybygd*) 1409, &c.

ris ei accessisse supra demonstravimus. Gentilissimi itaque sedes, angustiores sensim factæ, nonnisi in remotissimis Tavastiæ, Ostrobotniæ & Savolaxiæ partibus, nec illæ quietæ, jam habebantur.

Arcium & Præfecturarum eadem, ac proxime superiori ætate, ratio mansit; nisi quod arx Raseburgensis nuper exstructa, *Advocaciæ Wiburgensi* dividendæ occasionem brevi dedit (369). *Judici Provinciali* (Lagman) uni

(368) Præter *Canonicos*, quorum multa occurrunt nomina, *Præpositos* Aboenses hos fuisse reperimus: a. 1370 *Johannem* (Westphal, postea Episcopali auctum dignitate? vid. supra p. 351, not. 298); a. 1379 *Winandum* (supra p. 384, not.); a. 1385 & 1389 *Johannem*, qui in superioris illius anni literis vocatur *Hannus* (vel *Hannes*) *Fruumisson* (vid. *Lidn. utg. af et Sällskap i Åbo* 1785 *Bih.* p. 76 cfr. supra p. 391 not. 351); a. 1398 & 1405 *Dn. Gerlag* (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 261). *Archidiaconatus* officio præfuit, post *Henricum Magni* (vid. supra p. 403, not. 355; quem *Henricus Bidz*, armiger, *avunculum* suum appellat, literis datis *Åbo* 1420, *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 272), *Magnus Olai Tavast* (Episcopali postea fedi admotus) ut mox discemus.

(369) *Gubernatorum, Præfectorum & Advocatorum* seriem, (quam colligere licuit) qui Arcibus provinciisque Fennicis his temporibus præfuerunt, dedimus alio loco (*Lidn. utg. af et Sällsp. i Åbo*, a. 1785, *Bih.* p. 187-190, p. 219, p. 229-232): quibus pauca nunc addimus. De *Nicolao Lydechini* suaque familia, infra ex instituto dicemus. De *Abrahamo Broderfson* cfr. *LAGERBRING D. III*, p. 761 & *D. IV*, p. 32 sq. &c. *Hennichinum Dume* (de quo supra p. 379 not. 335) cognatum fuisse illi *Bertholdo Dume* conjicimus, cujus meminit *LAGERBRING l. c. III D.* p. 839; sive cæterum Svecicæ sive Germanicæ illi fuerint profapia. De *Carolo Ulfonis* (cfr. supra p. 392, not. 352) vid. idem *Historicus noster III D.* p. 785 & 797 sqq. *Ingemund Fjonsson Wase* (de quo l. c. *Bih.* p. 210) in litteris a. 1281 & 1386 in *Reg. Eccles. Ab.* reperiundis, (Fol. 223,) audit *Ingemund Fjonsson Soghðhe* i Åland.



)

(



uni (370) plures jam, definitis dati regionibus *Judices*
G g g *Ter-*

(370) Post *Arvidum Gustavi* (cfr. supra p. 328) munus Legiferi Finlandensis obtinuisse, aut sibi vindicasse, reperitur *Boo Jónsson*; quem illud a. 1380 & 1381 gessisse, ex sententiis sive literis judicialibus discimus, ejus auctoritate a vicariis suis *Catillo Olavi* (cf. supra p. 328 not. 266) in Finlandia, & *Olavo Diekn* in Alandia, promulgatis, quæ in *Regi-fro Eccles. Ab.* Fol. 171, 172, 173 & 181 servantur. *Catilli* illas omnes (numero 5) eodem esse die exaratas, idemque spectare negotium facile intelligitur, confirmationem nempe emtionis prædiorum quorundam ab Episcopo *Johanne Westphal* factæ (quæ is altari postea S. Catharinæ donavit). Initium unius exempli adferemus: "Jak *Kättil Olafsson*, *Undilaghman j Finlandhe*, a *Boo Jónssons veghna*, kánnis ath upa Sokna Tingheno i Santamalum i Nummis-by, thcr *Jáppe Diákn*, Foghate j Abo, hiolt met them j Santamalom, Masko ok Nowsis, arene epter Gudz byrd MCCCLXXX, om Warffru dagh annunciacionis, lotho these men up thera Godhz met fastom ok skótningamannom, som the attho j Wastalaby j Lemmo sokn, andhelikom fadher ok Herre, Herræ *Hannusfe*, met Gudz nadhum Biscope j Abo" &c Quod in uno exempli annus exhibetur MCCCLXX, in alio MCCCLXXXVIII, manifestum sphalma est; illo enim *Johannes Westphal* nondum erat Episcopus, hoc e vivis jam excefferat; *caussa* vero, *locus* & *dies* in singulis exemplis iidem proditi, rem manifestam reddunt, ac illud exemplum quod a. 1388 habet, nomen etiam Judicis, *Bertil* pro *Ketil*, vitiose exhibere, fidem faciunt. Cæterum dubitatio non levis existit, utrum hic *Boo Jónsson* diversus a *Drotzeto* illo potentissimo de quo supra (p. 387 sq. &c.) commemoravimus, an idem fuerit? Nullus quidem nobis notus est alius vir ejusdem nominis, tantæ iis temporibus auctoritatis, ut Legiferi potuerit obtinere dignitatem; sed *Drotzetum* anno jam 1370 Legiferum fuisse Ostrogothiæ, eique muneri annis etiam 1371, 1381 & 1386 (quo mortuus fuit) præfuisse, docet VON STIERNMAN (*Swea och Göttha Högskings-Minne* P. I, L. V, C. X, p. 266) adeoque P. II (MS.) L. VIII C. 2 sine hæsitatione pronuntiat: *Bo Jónsson* år 1381 och 1382 Lagman i Norre Finland och öfwer Åland, död 1388, bër ej förblandas med sin samtida Riks-Drotzen *Bo Jónsson*, Sigtåha Lagman, död 1386. Nobis primo ignotum est, unde didicerit Legiferum nostrum anno deumum 1388 obiisse? Quid, si nulla alia nixus fuit ratione, quam vitiosa anni nota, in literis *Catilli Olafsson* supra commemoratis, exemplum unum depravante (1388 pro 1380), a Cel, *Helin*, cum multis aliis ob-



)

414

(



Territoriales (Häradsböfvingar) adjuncti sensim compa-
rent

servationibus ex *Reg. Eccles. Aboënsis* atque aliunde diligenter collectis, sibi communicata? Quod autem Legiferum fuisse *Fennicæ* tantum *Borealis* atque *Alandiæ* asserat, mirum nobis videtur, (cum anno demum 1435 Finlandiam binos nactam fuisse Legiferos, constet); neque unde assertum hoc suum hauserit, novimus. Num Drotzetus, cui nihil non licuit, Legiferi in Finlandia munus cum illo in Ostrogothia conjunxit? Aut num, ut totius fere terræ nostræ Dominus, nullo præterea opus esse Legifero putavit, sed jus suo nomine per Judices vicarios administrandum curavit? Certe nullius inter *Arvidum Gustavi* & *Claudium Fleming*, ordinarii Legiferi Finlandensis nomen invenimus; nec *Boo Jönsön* Legifer ullibi ipse vocatur, sed per suos jus dixisse *Legiferos vicarios* reperitur. *Catillus Olavi* a. adhuc 1381 literas dedit, quibus *vicarium Legiferum Finlandiæ* (*Undilagman i Ssterlandhöm*) sese vocat, *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 132; ac eundem sequenti etiam anno idem munus administrasse, dicit l. c. (P. II, L. VIII, C. I) VON STIERNMAN, De *Olavo Dieku*, sequentes commemorant literæ (a. 1381 illæ etiam datæ): "Allom them thetta breff höra eller see, vari thet viterligit ok kunnoth giort, ath tha vi *Ingemund Jönisön Foghede j Aland*, och *Olaff Diäku Laghman ther sama stadz*, a *Boo Jöansöns veghna*, haffdom tingh vid Sundho Kirkio" &c. (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 181.) Eundem fuisse virum, adeoque potentissimum illum Drotzetum Regni, cujus nomine alter Præfectus terræ, alter Legifer (Vicarius) esset, manifestum est; unde alium comminisci Legiferum Finlandiæ *Boo Jönsön*, haud licere existimamus? Vicarii Legiferi in Alandia alius etiam mentio ibid. (Fol. 180) occurrit; *Ingevalder* nempe *Duärger*, in literis a. 1386 exaratis, *Underlamman ther sama stadz*, (nempe in Alandia) vocatur: de quo VON STIERNMAN l. c. scribit: *Rattas* 1376 *Lagman* (sc. vicarius) *öfver norre Sinland och Åland*. Provinciam scilicet, inter vicarios suos partitum fuisse Legiferum, apparet.

Claudium (*Nicolaum?*) *Flemingh*, *R. Erics Pomerani consanguineum* & *Consiliarium* fuisse (*R. Eric* af *Pomeru Frände och Råd*), scribit VON STIERNMAN l. c.; cujus asserti fundamentum (non certissimum?) exhibet P. I, L. I, C. I, p. 10. Legiferum factum fuisse Ostrolandiæ a. 1405, idem contendit. In *Registro* autem *Eccles. Ab.* (Fol. 272) literæ reperiuntur, quæ eundem triennio ante hæc jam ornatam dignitate fuisse, docent, quas, utpote breves, subjungere placet: "For allom them thetta breff höra eller see, kennis ok kungör jac



“*Henric Magni, Erihidegne j Abo*, at jak met myne wena samtickio, “Gudhi tiil heders oc sancte Henric, for myne oc myne foraldras siala, “hauer giftuit under Erchidegns boord j Abo Norramark godz, lighian- “dis j Ulsby fokn, som are otta stenger jord offuer alt byskipte, met “boe och boskap, met alla tefs godzens tillaghur: thy affhender jac “mik ok mynom arfuom for:de godz, oc tilegnar thet under Erchidegns “bordh j Abo tiil evig tiidh. Tiil mere vissä oc vitnisbyrdh beder “jac ärlige oc velbördige men, Herr *Claus Fleming, Riddere oc Lag- “man j Österlanden*, och *Jeppe Diekn, Boo Jönsfons Fogthe på Abo*, “at hengia theris incigle fore thetta breff met myt eigit, som scriffuit “är j Abo anno Domini MCD på thet andra aaret, om sancte Henric “dagh”. *Dissimulandum vero non est, difficultatem haud parvam parere, quod Jeppe Diekn praefectus arcis Aboënsis, nomine Drotzeti Boo Jönsfons hic vocatur; licet non modo Drotzetus ipse ante XVI annos jam fuisset mortuus, sed executores quoque Testamenti sui vi pacis cum Regina Margareta a. 1388 initi, omnes sese arces Regias quas ille possederat (praeter paucas, inter quas Aboënsis non comparet) in potestatem Reginae tradituros promississent (vid. LAGERBRING Sw. N. Hist. III D. IX. C. 13 §. p. 706). Verum mansit fortasse, ex causa nunc ignota, arx haecce aliquamdiu in potestate privata? Qua probata hypothesi, annus utique 1409, non 1399, in literis Abrahami Broderfons supra (p. 403 not. 357) laudatis, tuendus erit? Ac forte ad arcem hanc redimendam, talesve usus, Regina pecuniam ab Archiepiscopo Henrico mutuata fuerat, quam huic solvendam, illius nomine, Episcopus Aboënsis caeterique Finlandiae proceres, (quibus conditionibus, nescimus,) in se receperant? Res omnino est obscura. Nullum interim alium Praefectum aut Advocatum Castri Aboënsis hoc tempore invenimus. De hoc Jeppe Diekn, quem a. 1386 advocatum fuisse Aboënsium tradit VON STIERNMAN, (l. c. II P. V L. 3 C.), ac a. 1380 eidem praefuisse muneri nuper vidimus, idem testatur, cum a. 1406 vicarium Legiferum Ölandiae (Under-Lagman) fuisse, ac a. 1428 Advocatum Arcis Gripsholmensis, l. c. p. I, L. II, C. 4 p. 139. Cfr. Tidn. utg. af et Sälls. Kap i Åbo 1785, Bih. p. 189 sq.; ubi quae dicuntur, ex jam allatis augeri corrigique debent.*

Claus Fleming munus Legiferi Finlandensis ad a. usque 1424 administrasse reperitur, multasque *Reg. Eccles. Ab.* exhibet literas judiciales ab eo datas. De hoc gentis Flemingiana primo in Finlandia auctore, porro habet VON STIERNMAN (l. c. P. II, L. VIII, C. I): “*Claus Fleming* til Östraskam eller Penningeshj, Riddare, -- underskref år



)

(



rent (371). *Judiciorum præterea Regiorum (Nåssa-Ting)*
in

1396 i Nyköping S. N. Nåbs förening om några Rikens angelägna åreder med Drottning Margaretas och Konung Eric's samtycke. -- Gift med Cecilia Diekne, Höfvidsmannens på Åbo Hus Claus Lydeckens Dieknes dotter, som förde en röd Ringel med et svart Ernhufvud i hvitt fält. Son af Riddaren Petrus Fleming, 1395 begrafven med sin Fru i Gråmunka Clostret i Stockholm " & c. Cfr. ejusd. libr. P. I, L. I, C. I, p. 8 sq. Vicariorum, qui suo loco judicium provinciale (Lagmans-Ting) in Finlandia habuisse leguntur, nomina (in Reg. Eccles. Ab. occurrence) in literarum suarum his exemplis (a. 1410 datarum) habetur: "Ffor allom --- skall thet viterligit vara, ath then syn jak Jönis Diekn Lagmans tingh hiolt a årligx mans vegna Herre Claus Flemingx, met almoghan j saneta Katerine fokn ok j Lundh ---". (l. c. Fol. 213); item; "Vii Magnus met Gudz nadh Biskop j Abo, --- Olaff Olaffson i Lagmandz stadh sitandhe, a årligs manz vegna Herre Claus Flemingx, Riddars," & c. (ib. Fol. 167). Sigilli sui insigniumque gentilitiorum formam (a recepta postea aliquantum diversam) in Notarii Publici Instrumento, a. 1454 exarato, hujusmodi discriptam ibidem offendimus: -- "in cuius quidem Sigilli inferiori parte clipeus triangularis, in clipeo vero tres trabes, lucide cernebantur; supra clipeum quoque galea quædam, & super galeam duo cornua erecta clare apparebant; littere vere circumferenciales ejusdem sigilli legentibus patenter elucebant; Sigillum Claus Flåmingh militis". (l. c. Fol. 40).

(371) In literis Magni Kazi vel Kaasa datis a. 1390 (vid supra p. 391, not. 352) nominatur Claus Diagn, Domare j Tawastelandhe (Reg. Eccles. Ab. Fol. 150). In literis vero Judicii Regii a. 1407 datis (quas typis expressas legere licet in foliis hebdomalibus Aboënsibus a. 1789 (Åbo Nya Tidn. N:o 40 p. 320 sq.) vocatur; Claus Lydeckson, Håradshöfdinge i Norrfinnom (Reg. Eccles. Ab. Fol. 119 sq.); adeo ut interim stationem hanc cum illa permutasse videatur. Anno autem 1405 in literis quibusdam commemoratur Claus Diegn, (Diekn aut Diåkn) nulla adjecta officii sui mentione, vel inter assessores judicii Regii (Nåssa-Tings Råmnden) nobiles, enumeratur (Ib. Fol. 161, 106, 107). De celebri hoc viro plura infra dabimus; vid, interim Tidn. utg. af et Sällskap i Åbo 1785, Bih. p. 191 sq.

Frater suus Benedictus Lydechimi (Benkt Lydeckson), de quo cfr. l. c. p. 220 sq. his temporibus fuit Judex Territorialis (Håradshöfdinge)

in Territorio Pikifensi; quod ex sequentibus suis patet literis, ad Præpositum Aboënsē *Fridericum Traft* (qui ei muneri annis circiter 1422 -- 1430 præfuit) datis, sed anni nota carentibus: "Myna ödmywka tienist tilforendis löndis kerlike met warum Herre. Takkar jak ider, kåre Herre, före åro ok kerlik, ther j mik altið beuifen, Gud ider löne och wne; mik thet met ödmywkt förtiåna! Withen ath jak idert breff forstandit hafluur um Skarpakulla. *Jak vär på then tidd Håradshöfdinge* 'j *Pike håredhe*, och thy vart jak nempder ther til met landzsynenen, och epter thy som Røtkår Ingesfon, Magnus Dickn aff Rungö, och åltzthe mån aff Nwmnis fokn mintes, at Proastens aker haffdhe aff alder varit, thet sagde Landzsynen Prouastenom til; och Hinza Knap och Hinza Nathal, som aff Stadzens vegna varo, the wisto inghen skål tilfighia, at thet met noghrom retth var aff gangit, uthan Prouast *Gerlag* haffde thet uthtakith met selfts vilia; och met thessom skålom tha budhum vi alle, som i synenne vårum, wårn edh at gangit 'j landzrettenom, och the aff Stadenom vildho ey edhen anama, uthan skuthu sik for myn Herre Konungen; ther met skildhoms vj ath j the sin. Jak kan ider ey swa ytterliga tilscriffua um al årindhe, uthan förste Gudhi tekkis oc ider, at j vilin oðs tillaman haffua, Røtkår och the godha mån som liffwa, tha f. en j ytermera höra huad there talan war. Gud vari met ider. Scriptum Bircala in crastino Luce Euangeliste, meo sub sigillo. *Benkt Lydekesfon.*" Literis a tergo adscriptum fuit: *Reverendo Domino D: no Frederico Traft, Preposito Aboensi, hæc litera humiliter presentetur.* (Reg. Eccles. Ab. Fol. 260 sq). *Gerlag* præpositus fuit a. 1398 -- 1405; cui successisse videtur *Rhodger*, quem a. 1415 -- 1420 idem munus gessisse reperimus. In literis venditionis, a. 1411 datis, nominatur *Benkt Michilsfon, som Håradshöfdinge war aa årligæ manz vegna*, *Benkt Lydiksons* (Ib. Fol. 237), & in aliis ejusdem generis, eodem anno datis, de eodem *Benkt Michilsfon* legitur: "som tha sath j Håredhöfdingx stadh" (Ib. Fol. III). De *Benedicto Lydeckini* infra quædam præterea monebimus. Territorium etiam *Satacundlicæ*, iisdem his temporibus Judice instructum jam fuisse suo; literæ docent, quarum initium adponimus: "Jak *Hinza Andersfon*, Domare j Sathagunnom, gör thet allom mannom kunnogt, at tha jak fokna tingh (hiolt) j Sâkilâ by met *Sâkilâ* fokn, *Kiula* ok *Flålä*, areno epter Gudz byrd MCCCXC secundo, a sancti Michaelis dagh" &c. (Reg. Eccles. Fol. 227).

In *Alandia*, præter vicarios Legiferos nuper commemoratos, occurrit *Larens Olaffson* Judex ejus insulæ, qui a. 1410 literas emittionis



)

)



in Finlandia habitorum, hoc ævo plura occurrunt vestigia (372):

Conditionem Provinciæ internæ æque fuisse miseram, ac securitas externa parum erat firma; cum ex iis quæ supra commemorata sunt, tum ex regni totius, qualem Historici nostri describunt, his temporibus statu atque fortuna, intelligi facile potest. Non omnino tamen nullam R. *Ericum* Finlandiæ curam fovisse, ex mandatis ejus patet cum aliis, serius datis, (de quibus infra,) tum commemorabili illo, quo *Nicolao Lydikini* (*Clavus Lydikerson*) Præfecto Aboënsi plenam potestatem concessit agros publicos (per totam Finlandiam dispersos), cultui idoneos, novis colonis, (justum inde Coronæ tributum pen-

prædii Biörnaby, Sigillo suo communiisse, una cum *Magno Diekn*, Præfecto Alandiæ, reperitur (Tiil mere vilso - bedis jak -- hederliga manna incigle, som år *Magnus Diekn*, *Höuidzman j Alande*, och *Lareus Olaffson*, *Domare ther sama stadz*, att hengia fore thetta breff &c). Paulo ante vocatur *Lareus Olaffson Lansdomare*. De *Magno Diekn* cfr. *Tidn. af et Sällsk. i Åbo* 1785 *Dih.* p. 211 not. (*).

(372) Hujusmodi judiciis, nomine Regis præfuisse a. 1405 *Stenonem Boson* (*Natt och Dag*, cf. VON STIERNMAN *Höfd.* *Winnu* P. I. L. II, C. I, p. 98 sq.) & *Jönis Andersson* (ignotæ nobis profapix); a. 1407 *Iwarum Niclisson* (*Råde*, VON STIERNMAN l. c. L. V, C. X, p. 267 sq.), reperimus. *Stenonem Boson* anno etiam 1410 eodem functum esse munere, literæ docent Legiferi *Claudii Fleming* a. 1412 datæ (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 110), ubi legitur: -- "oc var Konungsdomber och Lagmans offuirgangen; swa som thet *saufs och i Dombokena*, at anno "Domini MCDX, sunnedaghen nest epter sancti Henricks dagh, hieltz "repsten, j *Ulsby stadh*, j närvaru erligis mans Herre *Jusse Duua* och "stere godhe manna, tha gaff erligen man Herr *Sten Boson*, *Riddare*, "Kungsdoom, oc jak Lagmansdom Kwmofoamen oppa thesse forserip- "nå III silkevatt" &c. Nisi anni nota, quod suspicamur, erronea sit, legendumque anno D:ni. MCDV? Anno sequente (1411) eundem jam mortuum fuisse, testatur D:ni VON STIERNMAN l. c. p. 99.

furis) arandos habendosque assignandi, postquam iis (vicinorum prædiorum possessoribus?) qui hactenus ulum raliu[m] terraru[m] sibi vindicaverant, tanta fuisset portio tributa, quantam XII Patres familias agricolæ (*Tolff bolfasta män*, numero sc. *Nemda* legitimæ pares) necessarium judicassent (373). Cum quo edicto alterum habere cognatio-

(373) In *Registro Eccles. Ab.* Fol. 41 servato: quod licet jam antea in foliis hebdomalibus Aboënsibus, (*Cidn. utg. af et Sällskap i Abo*), a. 1784, N:o 47, p. 371 sq. typis exprimendum curaverimus, tamen hic subungere placet. Talis autem ei titulus præmittitur: *Super terris cølendis consilio Nicolai Lydikini*. Ipsum edictum hujusmodi est: "Wi Eric met Gudz naah, Danmarks, Sveriges, Norgis, Wendis ok Gothe Konungh, ok Hertugh j Pomaren, helta alla the ther biggia oc boo under ten Landzrát var naadh haffuer supat j Abo, ok kungöra, at vi haffua fulla makth giffuit war ämbitzman Claws Lydekesson, Fogde pa Abo, at giffua, skipa oc skipta var almenninghia, hvar the heltz liggia, ther nytiande äre til ager oc eng, the byggiendis män them vider tarffua, til kronanne skat, j swa matte, at thesse forda almenninghia forornä (*förre, fordrö?*) äghande sculu aff tessä almenninghia tilfornä swa mikit beholda, som tolff bolfasta män sagia at the kunno sich aff bierghä; oc met thetta vart stadfäste vi alle the breffther var Ämbetisman Claws Lydikessons incigle fore henger, uppa alla thessa forda almenninghia, i huat län the hest kunno liggia, under Abo Landzrát. Datum in castro Helsinborg anno Domini MCD undecimo, die beati Marcelli Pape & Martiris, nostro sub secreto". Consilium idem persequi voluisse Regem apparet, quod antea Reges *Bingerius & Magnus* ceperant (vid. supra p. 214 & 246): cfr. de Regis hoc mandato *VON DALIN Svea Rikes Hist.* 2 Del. C. 16, §. 2. p. 625; & *LAGERBRING* l. c. IV Del. C. I, §. 10, p. 26: qui haud temere observat, ex mandato hoc (quod attulimus) Regis, simul apparere, *Supremum illud Judicium Provinciale Regium*, de quo ab eodem Rege in Finlandia constituto infra agemus (*Landsrätten i Finland*), ante a. 1411 datum Fennis fuisse? Nec improbabilis conjectura est, Regem cum a. 1407 (ut mox docebimus) in Finlandia ipse præfens esset, jam tum consilium hocce cepisse; quamvis a. 1425 (ut videbimus) magis solenniter, consilio etiam Senatus Regni adscito, instauratum fuerit atque confirmatum? Certe Judicii hujus non modo in literis Regis a. etiam

tionem videtur, quo consilium approbasse atque confirmasse comperimus *Waldemari Diekn*, Præfecti Tavastensis, qui silvas atque agros incultos (*Stogor och utmarker*) prædiis ad quæ hæctenus pertinuerant ademptos, aliis colonis assignaverat; caveri tamen prudenter Rex iussit, ne hac re pernicies veteribus colonis acceleraretur (374). Regem etiam ipsum semel Finlandiam adiisse, ex *litteris* quibusdam *libertatis (& nobilitatis?)* *Gråsse (och Adels?)* Brevi discimus, quas eum Aboæ a. 1407, die 7 Decembris, dedisse reperimus (375); reliquorum ab eo hic peractorum ne-

1414 (de quibus infra) mentio sit expressa, sed *Sententia* quoque ejus (ad novam formam adornati) exstat *Judicialis* (*Randsrättens Dom*) a. 1415 de limitibus inter Satacundiam & Tavastiam ab una, & Savolaxiam ab altera parte, solenniter lata, in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 166 sq. servata; quæ typis expressa legi potest, cum in *Diss. Christiani Linnell*, a. 1748 hic Aboæ edita, de *Tavastia*, C. I p. 8, tum in foliis hebdomal. Aboënsibus a. 1785, Append. p. 56 sq.

(374) *Litterarum ipsarum (script. Wisby a. D. ni MCDXI feria 6 post festum Bartholomei Apostoli)* exemplum comparare nobis hæctenus non potuimus; sed rem produunt VON DALIN & LAGERBRING l. l. c. c.

(375) Vid. VON DALIN l. c. C. 15, §. 10, p. 612, & LAGERBRING l. c. p. 25 sq; cfr. id. C. V, §. 17 & 18, p. 266. sqq. Nominantur inter eos quos Rex talibus *litteris libertatis* ornavit, *Philip Carlson*, *Eric af Kumis*, *Gunnar Trulle*, *Wibrecht Kortwma*, *Nisse Tavaß*, *Pavel Carpelan*. Ultimo commemoratus loco, *Carpelanica* antiquioris progenitor gentis, *Paval Carpalainen*, in *litteris* quibusdam a. 1411 datis, quas *Registrum Eccles. Ab.* servat (Fol. 111) uxoris sue meminit *Katerina Andersdotter*; cf. ib. Fol. 131 & 184. *Nisse Tavaß* frater videtur fuisse *Magni* Episcopi (de quo, suæque familia mox plura); cujus pater *Olaus Tavaß*, cum, si non ad ordinem *Nobilium* (s. *Armigerorum*, *våpna-re*, a *vapn*), certe eorum qui prædia sua libera haberent (*Gråstsmå*), pertinuisse existimandus sit; filium his *litteris Regis* (nam ipsas videre nobis non contigit) aut certi cujusdam prædii libertatem, aut patri concessæ confirmationem, ad posteros quoque suos extensam, obtinuisse putet? Floruit a. 1415; 1423 &c, ut ex *Registro Eccles. Ab.* discimus. Li-

negotiorum, præcipuique consilii, longi adeo itineris suscipiendi, prorsus ignari.

H h h

MA-

teras *Wibrechto Kortuma* datas exhibent etiam *Folia Hebdom. Ab.* (Libr. utg. af et Sällst. i Åbo) a. 1783, N:o 9, p. 71. In *Reg. Eccl. Ab.* vocatur partim *Kortyma* & *Korthymma*, partim *Wibruth Kortinne*; nescio quænam scriptura accuratior sit? A. 1417 mortuum jam fuisse reperimus, (ac filium reliquisse *Andream Wibruthsön*) eundemque ante concessas sibi literas Regis supra commemoratas, a. 1405 inter assessores iudicii Regii locum occupasse viris honestioris ordinis (*Fråfsisvärdn*) assignatum, indidem discimus; inter quos *Philippus* etiam *Caroli* occurrit (ib. Fol. 161): adeo ut dignitatem illorum istis primum literis debitam non fuisse, appareat? *Erico de Kumis* (vel *Kumes*) & *Gunnaro Trulle* concessæ a Rege literæ hujus generis, in *Reg. Eccles. Ab.* (Fol. 144 & 185) occurrunt; quoniam prædia quibus illa tributa regiis immunitatem acquisiverant, Ecclesiæ deinde Aboënsi cesserunt: quod confirmare videtur, ad certa potius prædia liberanda, quam ad homines ipsos ornandos, easdem pertinuisse? Cui rationi illustrandæ sequentes etiam possunt inservire literæ: “For alla the thetta breff hõra eller see, kungõr jach
“*Eric Axelsön, Riddare och Sveriges rikets Forstandare på then tiidh,*
“at for troiskap ok vilioghe tjänisth, *velboren man Henric Tavaft a*
“*vapn*, thenne breffuisare, *haffuer* longlige ok trolige bevist Sveriges
“rike, och framdelis beuifa skall och vil, *sva* länghe Gudhi tåkksis ath
“han maa liffua, *tha* *haffuer* jach *pa wårdugasthe faders ok Herres,*
“*Herre Jõnis*, Archiebiscops j Upsala, och *måne Rikzens Raadz veg-*
“*na*, unth ok giffuit hanum ok hans retthom årffuingom friiheth ok
“frålse *pa* *nagher* *gotz*, som han köpt *haffuer* aff skatthe böndher, som
“år *sva* mykin jordh som görs fyra mare aff j skatthen, *liggiandhe*
“sompt j *Renthemåki* sokn j *Halisby*, ok sompt j *Nummis* sokn j *Hek-*
“*kiala* by. *Pa* thenne for:ne *gotz* *giffuer* oc unner *jach* for:de *Henric*
“*Tavaft* och hans retthom årffuingom *swadana* friihet och frelse, som
“andra for (?) *goda*, *friborna* och *frålfemen* här j *biscopsdømmeth* ok
“*öffuer* alt riket *niwtha* och aff *allder* *niwtith* *haffua*: och vil *jach*
“*troligha* *thertil* *hiälpa*, ath for:de *Henric Tavaft* skall *faa* *stadfestilse*
“*pa* thenne *friiheth* aff then *högborne* *Herren* och *Försten* for (*an för:de*?)
“*menå* *Rikens* *Raadh* ok *inbyggare* j *Swårighe* *vardha* *endrätthetica*
“*våliandhe* och *stadfestandhe* *sik* *Konungh* och *fulmektoghen* *Herrå* of-
“*fuer* *Sveriges* *rike*, *Tiil* *mere* *viså* *later* *jach* *hengia* *miith* *incigle* for



MAGNUS II.

Re & nomine *Magnum* hunc Episcopum (376), laudibus haud esse iis indignum, quibus eum Auctor noster ornat, (paullo licet illarum cumularum celebrandarumque videatur cupidior), recentiores etiam judicarunt scriptores (377). Non tribui autem *JUSTENO* auctori debere pleraque quibus Antistes priscus decoratur judicia, lectori intelligenti facile patet, ab hominis studio aperte profecta placitis Pontificiæ religionis addictissimi; cfr. supra Præf. p. 6.

Natum fuisse *Magnum* nostrum a. 1357, ex anno mortis, cum annis ætatis suæ comparato (quales ab auctore in-

“thetta breff, som år scriffuit ok utgiffuit anno D:ni MCDLVII in profesto beate Margarete virginis & martiris &c.” (Reg. Eccles. Ab. Fol. 240). *Gunnarus* ille *Trulle*, in literis venditionis datis a. 1433, vocat se *Borgare j Abo* (Ib. Fol. 183), & uxorem suam *Christinam*; quæ soror fuisse videtur *Johannis Olai* (*Jons Olafson*) de *Kurala*, quæque per matrem suam *Helenam* cum Episcopo *Magno* cognatione conjuncta fuit. (Ib. Fol. 183 sq.) Ante a. 1437 mortuum fuisse, reperimus. (Ib. Fol. 184.)

(376) Verba sunt *Fragmenti Palmstöldiani*, a nobis sæpe laudatis ab auctore nostro repetita.

(377) *MESSENIUS & RHYZELIUS* in *Chronicis Episcoporum. Auctor Positionum Historico-Ecclesiasticar. e Chronico Episcoporum. Pauli Justen excerptar.* hic *Aboæ* a. 1726, ab *Isi. Escholm*, Præside *Alg. Scarrin*, 8:o, editar. (quas exhibet etiam *NETTELBLADT* *Schwed. Biblioth.* I Et. p. 92 sqq.) verborum eundem fere lusum adoptans, dicit: “Alter (noster sc.) nomine & omine *Magnum Episcopus*, in vinea Domini operarium non minus industrium (quam *Hemmingus*) sese præstitit; prudentia vero justitia, munificentia, vitæ mansuetudine & demique officii in regem & patriam, inustato illis temporibus exemplo antistites sui ordinis & loci omnes antecelluerit”. *Thef. VIII.* Sed cfr. quæ supra monuimus p. 293, not. (215).



infra exhibentur), facile efficitur; diem etiam (S. *Calixti*, 14 Octobr.) prodit RHYZELIUS (*Episcoposc.* p. 334), nescio quam certa fide (378). De Patre Episcopi *Olavo Tavast* (*Nicolai*, ut perhibent, filio), quem *nobilem & famosum vasallum* appellat JUUSTENUS, quemque ut veteri & illustri prosapia factum laudat RHYZELIUS, nihil nobis innotuit; nec quid *Vasallus* auctori hoc loco proprie significet, (utrum officio publico ornatum, an servitio equestri obstrictum, *Frälseman?* &c.); definire valemus. Ab Episcopo *Hemmingo* arci fuisse Custoënsi præfectum, uxoremque habuisse *Catharinam Fincke*, in schemate Familæ Tavastianæ (a. 1756 Stockh. typis edito), asserit JONAS BÅNG; quibus testibus? penitus nos fugit (379). Arma gentilitia *Magnum* nostrum

H h h 2

ejus-

(3-8) Auctoritate sine dubio inductus D:ni VON STIERNMAN (in *Append.* ad PETRI NIGRI *Historiam Episcoporum Arosienſium*, ſvet. editam, p. 85), qui neque ille fontem suum indicat.

(379) Non pauca in schemate illo desideres, multa offendas incerta, quædam falsa: qualis fere ratio est talium Genealogiarum. Sic omittuntur fratres duo Episcopi nostri, *Lasse Olafson* (qui, utrum idem fuerit ac *Laurintz* ille *Tavest*, qui consentiente filio suo *Bartholdo*, prædium suum *Syvälax* Ecclesiæ Cathedrali Aboënsi sese vendidisse, literis a. 1393 datis, ac in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 96 reperiundis testatur, constituere non valemus) & *Jönis Olafson*, quorum meminit *Magnus* noster in literis quibus prædium *Alasjoki* a. 1439 *altari Corporis Christi* donavit l. c. Fol. 219; cfr. etiam litt. aliæ Fol. 218 occurrentes, *super permutacionem prediorum Alasjoki in Wirmo, & Kirjala & Kurilax in Pargasum*; it. aliæ ib. Fol. 163; ex quibus hunc fratrem Episcopi, ante a. 1439 fuisse mortuum, simul discimus, sed ex uxore sua *Mariha*, sorore (& amita) nobilium virorum *Benedicti Lydikkeson* & *Henrici Clauson*, susceptos reliquisse liberòs. Omittuntur plures forores 1:0 *Margareta*, nupta cuidam *Buck*, cui filium peperit *Olavum Buck*, cujus, ut viri mentio sit adultæ jam ætatis, ib. Fol. 219. 2:0 *Birgitta*, nupta *Årengifsoni Henricsen*, ibid. 3:0 *Ragnilda*, nupta *Martino Abramsen*, Armigero (cui peperisse invenimus *Matthiam Martensson*, eundem credo, qui *Legifer* postea fuit *Suderfinniæ?*): hanc

ejusdem figuræ usurpasse qua usa fuit gens *Stålarmaniana* (communi, ut ferunt, stirpe orta), indubium est (380); novam vero eorum adoptasse formam, (qualem sc. uxoris suæ adhibuerant majores, *Finckii* veteres) *Olavum Nicolai Tavast* juniorem, idem narrat l. c. BÅNGIUS, hancque spectandam præbet. Quæ nos suo relinquimus loco.

Na-

prius nuptam fuisse *Magno* cuidam suspicamur, patri *Olavi*, avunculo suo in munere Episcopatus successor? cfr. Ib. Fol. 209 & 230. 4: *Catharina*, nupta tribus successive mercatoribus Aboënsibus, *Jónis Guðvasteson* (Senatori etiam Urbico), *Henrico Mårt* & *Olavo Sylta* (Ib. Fol. 210, 215, 216, 222), 5: *Christina*, quam nuptam fuisse conjicimus *Gregorio Andrisson*, Judici Territoriali (*Häradsbysdinge*) Wemöënsi: Ib. Fol. 209 & 211. Nisi harum quasdam fratrum aut sororum Episcopi filias fuisse, quamvis ab eo sorores appellatas, existimes? Inter hæredes certe suos, ipse illas enumerat; literas hæc omnia confirmantes, infra dabimus. Sororis contra *Luciæ*, quam Genealogi Episcopo nostro tribuunt, nuptæ *Henrico Clausson Diekn*, quamque matrem faciunt *Olavi* Episcopi, nusquam *Magnus* noster mentionem injicit; ita ut fere suspicemur, alius ejusdam *Olavi* quam *Tavastii* illius, fuisse filiam? licet sororem *Magni* MESSENIUS etiam appellet (*Scand. T. X p. 19*). *Olavum* certe Episcopum, *Henrici Clausson* non fuisse filium, infra demonstrabimus; cujus opinionis auctorem putamus aut *Gregor. Hallenium* aut *Alg. Searin* (sive scil. huic sive illi debetur schema genealogicum familiæ Tavastianæ, quod illius Dissertatoni, *Wirmönsis in Finlandia territorii memorabilia continenti*, Partis prioris, Præfide Alg. Searin editæ, p. 70 exhibetur), ab aliis deinceps temere adoptatæ; ut a Nob. VON STIERNMAN l. c. (qui nonnullos errores ab auctore Dissertationis illius commissos reprehendit, & schema accuratius, sed nec illud admodum diligens, proponit, p. 86), RHYZELTO, BÅNGIO &c.

(380) Exemplis a BÅNGIO l. c. (Lit. A.) adductis, quorum tamen omnia *Stålarmanianæ* adempta genti, *Tavastianæ* vindicare, facillimum fortasse non fuerit, addere licet expressa hæc eadem insignia in tabula ænea, Cenotaphio S. Henrici Nousisensi imposta. Vid. supra p. 350. Quæ contra differit ESCHOLIN l. c. Thef. IX (Vid. NETTELBLADT l. c. p. 94), non immerito reprehendit VON STIERNMAN l. c. p. 86.

Natalem nostri locum, villagium fuisse *Alasjoki*; parocciæ Wirmo, quod hodie *Tavastila*, nomine ex possessorum appellatione mutuato audit (381), consentiente scriptorum testimonio traditur.

De pueritiæ & adolescentiæ studiis nihil scimus, nisi quod Pragensem adiisse Academiam, indeque nomen Magistri reportasse, Auctor noster docet.

Archidiaconatus munere anno jam 1389 (eodem quo illud primum fuisse institutum narrat) ornatum tradit RHYZELIUS; in quo aperte falsus est. Primo enim illum honorem *Henrico Magni*, qui a. 1402 adhuc vixit, datum fuisse, ac ab eo per annos plures gestum, supra vidimus (p. 402 sq. not. 353). Annis 1410, 1411 & 1412 idem munus a nostro fuisse administratum, accuratius tradit VON STIERNMAN l. c. p. 86.

tt) *Cancellarium* R. *Erici* fuisse, antequam sedi admo-
veretur Episcopali, etiam *Fragmenti Palmisköldiani* auctoritate confirmatur. MESSENIUS *Sacellanus* Regis appellat (382). In literis a. 1405 datis, quibus prædium ei *Tokela* in feudum Rex idem concessit, non nisi *Clericum* suum vocat (383). Cæterum Regi dilectum fuisse, non

H h h 3 com-

(381) Cfr. Dissert. HALLENI nuper citata, §. 28 p. 68. Emisse patrem Episcopi nostri illud prædium CCL marcis pecuniæ, ex literis filii discimus, in *Reg. Eccles. Ab.* (Fol. 218 initio) servatis. Nomen *Tavastila* recentius est.

(382) *Chron. Episcopor.* in Nostri vita. In *Chronico Finl. Rhythmico* similiter eum vocat *Destiles Rung Erichs Caplan*, p. 34.

(383) Reperiuntur in *Reg. Eccles. Ab.* (Fol. 158), unde transcribere illas placet; "Wy *Erich* met Gudz nach Sverigis, Danmark,



commemorata modo ab auctore nostro, præstita illi beneficia Regia demonstrant (384); sed Historia quoque temporum illorum confirmat, quæ nec sibi exhibito favore indignum, nec ingratum fuisse, docet (385).

Romæ consecratum fuisse, unanimi scriptorum consensu traditur. Sed quod RHYZELIUS addit, (nescio unde haustum?), jam ante mortem *Beronis* a Rege *Erico* gravioris cujusdam negotii peragendi causa Romam missum, absentemque domo fuisse cum dignitas Episcopalis sibi offer-

re-

“Norges, Wendes oc Göta Könunger ok Hertigh j Pomeran, görum vi-
 “therligit met närvarande varo opno breff, ath vy haffwom unt va-
 “rom elskelige Clâric, Herre Magnus Oleffson, eth godz som hether Tho-
 “kela, liggjande i Wirmo fokn, friith ok frälst, met allom Konungx-
 “likom rätt, swa lenge var nad tilseger ok vy vorth breff igen kallom;
 “ty forbiwdhom vij allom vorom fogthom ok ambezmännom, at hin-
 “dra honom här utinnan j några matta; Til hvilkes mere visdo ok vit-
 “nisbyrd lathom wy hengia vort secreet fore thetta breff. Datum Castro
 “nostro Silueborgh anno D:ni MCD sexto, in profesto beati Gregorii
 “Pape”. Neque igitur adhuc vel *Archidiaconus*, vel *Cancellarius* Regis
 fuisse videtur? RHYZELIUS l. c. not (I) dicit: Uti et förlänings breff,
 som än finnes uti Archivo Antiqu, nämnde Konungen honom sin *Bisshop* oc
 älsfeliga Clerk. Mirum, si eum Rex simul *Episcopum* & *Clericum suum*
 vocavit? An præter allatas, aliæ tales literæ existunt? Nostras, antequam
 Episcopalem nactus esset dignitatem, datas apparet.

(384) Literæ quibus parocciam *Masbo* a Rege in feudum accepit, in *Reg. Eccles. Ab.* non existant. De beneficiis *Clero & Ecclesie Finlandensi*, se procurante exhibitis, infra agemus. Archiepiscopali tamen dignitati illum admoveere, Regi non placuisse, videbimus.

(385) Cfr. LAGERBRING l. c. IV Del. 3 C. 3 §. & 12 §. Fortassis ex eodem hoc provenit in Regem affectu, quod in dissensionibus inter *Drotzetum* (*Christer Nilsson*, *Wase*) & *Marescalcum* (*Carl Knutsen*, *Bonde*) ortis, illius parti, utpoti Regis juribus faventiori, sese amiciorum præstitisse reperiatur? Vid. *Ib.* §. 16.

retur; verbis his adverbium credas Notæ de *altari S. Bartholomæi* in *Reg. Eccles. Ab.* (Fol. 243 fine) occurrenti (cfr. supra p. 400), ac *Magno* ut videtur, vivo scriptæ: "Tha han (Ep. *Biörn*) döder var, ok Biscop *Magnus* "foor til Rom um Biscopsdómit" &c!

Inde rediens, tres Bullas a Cardinalibus quibusdam Romanis, eodem omnes anno (1412) in Ecclesiâ Aboënsi emolumentum exaratas, domum reportasse videtur; quarum Prima, (a *Johanne*, titulo S. Petri ad vincula, dicto Ulixbonensi, Presbitero sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinale, data), Centum dierum indulgentias illis impertit, qui eleemolynas & caritatis subsidia scholaribus pauperibus Aboënsibus essent præbituri, habetur in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 67. (386). Altera, a quinque Cardinalibus pro-

(386) Cfr. A CELSE, *Apparat. ad Hist. Sveo-Goth. Sect. I. p. 166*, n. 14. Meminit etiam LAGERBRING l. c. C. 6, §. 12, p. 316. Verba quædam literarum ipsarum afferre placet: "Cum itaque, sicut accipimus, nonnulli scolares (tam) Dyocesis, quam aliunde scolas ejusdem Dyocesis Aboënsis frequentantes & arcium trivialium exercitiis insistere cupientes, interdum expensarum inopia non modice pregravantur, adeo ut propter victualium librorumque & aliorum necessariorum carenciam cogantur, licet inviti, de dictis inchoatis exercitiis, non minus flebiliter quam etiam dampnabiliter sepius resilire, unde cultum divinum diminui non ambigimus, & christiane religionis fomentum tepescere proni (?) verisimiliter formidamus, nisi eisdem scolaribus Christi fidelium gratuitis elemosinarum suffragiis misericorditer succurratur. --- Nos --- omnibus vere penitentibus & confessis, pro hujusmodi dictorum scolarium necessariis aurum, argentum, aut quoad victum vel amicum, seu alias quodcumque vel qualecunque caritativum subsidium erogantibus, dareque & erogari ab aliis procurantibus, in eorum testamentis, vel extra legantibus & legare persuadentibus, --- auctoritate sedis Apostolice qua fungimur in hac parte Centum dies indulgentiarum de iniunctis eis penitentiis, misericorditer

promulgata *quingentorum*, & *Tertia* a *quatuor* data Cardinalibus *quadringentorum* dierum Indulgentias omnibus promittunt (387), qui devotionis liberalitatisque in Ecclesiam Cathedralem documenta (quorum multa genera recensentur) edituri essent. Ibidem reperiuntur Fol. 68 & 69.

Merita Episcopi nostri in *Ecclesiam* suam (pro temporis illius judicio, religionisque tum dominantis ingenio, impense ab auctore celebrata), quæ paullo confusius recensentur, nec ordine chronologico diligenter consulto, nec rerum ipsarum momento atque cognatione observata, ita percurremus, ut primo de *Sacellis*, *Altaribus* & *Præbendis* ad Ecclesiam Cathedralem, vel ab eo vel ejus suasu atque consilio conditis agamus; deinde Prælatorum atque Ministrorum ejusdem Ecclesiæ auctum ab eo numerum, splendorem cultus Divini amplificatum, ornamenta

“in Domino relaxamus, presentibus *perpetuis temporibus duraturis*”. &c. Ex his literis colligas, & *plures* Scholas in Diocesi fuisse jam institutas, (*Aboæ*, & forte etiam *Wiburgi*, ubi jam tum fuisse Cenobium constat *Ordinis Prædicatorum*; an *Raumoæ* adhuc Monasterium fuerit conditum, aut Schola instituta, prorsus nescimus?), & eas tanta laude floruisse, ut ex *aliis* quoque *Dioecesibus* scholares ad eas confluerint!

(387) Scilicet, ut verba utriusque Bullæ audiunt, *singuli nostrum Cardinalium Centum dies Indulgentiarum* &c. Sed unus eorum (*Johannes*, titulo *S. Petri ad vincula*, dictus vulgariter *Ulixbonensis*, idem qui nuper laudatas pro Scholaribus *Aboënsibus* literas dedit), utrique Bullæ suum adscripsit nomen; adeoque *CC dies Indulgentiarum* solus largitus est! *Centum* tantum dies utramque Bullam concedere (l. c. n. 15) scribit *A CEISE*, negligentius inspectis earundem exemplis. In *Registro Ecclesie*, *Ab.* recte primæ hujusmodi titulus præfixus est: *Indulgentie quingentorum dierum concessæ per quinque Cardinales 1412*; alteri hujusmodi: *Indulgentie quadringentorum dierum concessæ per quatuor Cardinales, 1412*.



)

(



menta instrumentaque Templi locupletiora comparata, &c. tangamus, atque reliqua tandem, vel sedi Episcopali vel Dioecesi suæ tributa beneficia commemoremus.

Inter primi igitur illius generis opera, Auditor præcipuum assignare locum videtur fundato ab Episcopo nostro magnificeque ornato & dotato *Sacello Corporis Dominici* (vel *Corporis Christi*), *Zelga Licama Chor*: ad quod pertinens *Altare & Præbendam* a. 1421 (non a. 1438, ut habet RHYZELIUS, a MESSENIIO deceptus *Scand. T. X. p. 19*) primum instituisse reperitur (388), ac quadriennio post (a. 1425) solenniter instaurasse, confirmasse novis-

Iii

que

(388) Ut Literæ foundationis docent, in *Registro Eccles. Ab.* (Fol. 211) servatæ: "Alle the thetta breff höra eller see, hellsom vi *Magnus* met Gudz nådh biscop j Abo, ävinnelika met varum Herræ. Kungörom vi "met tesfo vara närvarande opne bressue, at vi haffuom j Gudz heder, fo- "re vara förältra själa och vara, skipath och stiktat *eth Altare eller* "Prebendam j Abo Domkirchio, j *Jesu Christi helgasta likama, alla* "shelgha *Ängla och sancte Brigitta namn, loff och ära*: Til hvilkis al- "taris upheldhe oc Kläricens, som Gudz tjänst ther haldha skal, fö- "dho och berghan, haffuom wi met vara vinä och nåsth årffuingia jaa, "samtykkia och godvilia lagdh och skipath var gotz, som vi äpter va- "ra förältra arfit haffuom oc eendels köpth: swafom äru tw gotz j "Karlshby j Wirmo sokn, eth gotz j *Lenakala* och eth gotz i *Halofs* "j sama sokn; item eth gotz j *Paltila* by i *Untamala* sokn; och then- "ne sama gotzen haffuom vy unth och giffuich under forne altare met "allom tillagom, engo undhan tagno, som them eller nogra there rät- "telika tilhörer, met booc oc booskap, som aa huario gotze är och of- "tilhörer. Til hvilkis mera vitnisbyrd och stadfestelse haffuom vi by- "dith vara bröder, *Niclis Tavast* och *Jonis Olafson*, och vara mogha, "Martin *Abramsjon*, *Ärengisl Henriksjon*, *Gregris Andersjon* och *Hen- "ric Mörth*, at hengia therä incigle met vara incigle fore thettabreff: "hvilkit giffuit och scriffuit är areno epter Gudz byrdh MCDXXI:o, "uppa sancti Marthens dagh j Abo". Notum est, *generum (Magh)* "ejus temporis more significare *affinem (Svåger)*; cfr. supra p. 423, not. (379).



que prædiis locupletasse (389); quod postea quoque sin-
gu-

(389) Ex literis solennibus, hæc de re ab Episcopo nostro Latine exaratis, accuratioribus & longioribus, (quæ prædiis V superioribus, X alia addunt) hæc duximus excerpta: "--- Unde de bonis nobis a Deo collatis, ad ipsius gloriam & beatissime virginis Marie *tociusque celestis curie*, ob salutem anime nostre nostrorumque parentum, & amicorum nostrorum, de consensu Capituli nostri altare quoddam *in honorem & sub vocabulo sanctissimi corporis Christi, sanctorum angelorum & sancte Birgitte vidue*, in ecclesia Aboensi erigimus, instauramus & fundamus. --- . Tali tamen conditione adjuncta, quod qui libet prebendatus eiusdem altaris, qui pro tempore fuerit, tenebitur omni ebdomada celebrare aut facere celebrari 3 missas in altari prefato: unam videlicet feria 2 de Corpore Christi cantatam, aliam de angelis vel de sancta Birgitta alternatis ebdomadibus, feria qua placuerit; eciam feria 2:da pro fidelibus defunctis & specialiter pro fundatore & ejus parentibus, & aliis ejusdem altaris benefactoribus. Celebrabit eciam aut celebrari faciet omni anno duas cantatas exequias, pro nostra & parentum ac heredum nostrorum animabus nominatim, videlicet in crastino Corporis & in crastino sancte Birgitte; utraque vice vespere precedente vigiliis, & in crastino missam ante predictum altare decantando. Volumus preterea ac disponimus, quod presentacio, proviso, collacio seu quevis alia ordinacio dicti beneficii vel altaris, post mortem nostram, *ad loci ordinarium, de consensu Capituli*, pertineat; ita tamen, quod *si cognati aut heredes nostri tempore vacationis ipsius altaris, pro aliqua persona ydonea de nostra cognacione intercesserint, tali (tales?) in assecutione ipsius beneficii indubitanter ceteris debeant anteferri*, proviso incunctanter, quod nulla omnino persona ad dicti beneficii possessionem admittatur, nisi que per se dicto altari deserviat, continuam circa ipsum faciens resistenciam personalem; nos nichilo minus de beneficio prelibato & omnibus ad ipsum pertinentibus secundum libitum nostrum ordinandi nobis, quoad vixerimus, facultatem liberam reservamus. --- Datum Abo anno Dni MCDXXV, Dominica infra octavas Corporis Christi". (*Reg. Eccles. Ab. Fol. 208*). Ex quibus literis simul intelligitur, cujus generis *Jus* illud esset *Patronatus*, quod sibi suisque hæredibus Episcopum reservasse, Auctor noster prodit. Ac ne hæredes sui bona quæ ad Parentes suos pertinuerant (licet justam suæ hæreditatis portionem non excedentia, quædam etiam permutatione facta, aut soluta partim co-



gulari complecti studio curaque non destitit (390). Nec

l i i 2

alii

hæredibus suis partim possessorum præstimatorum hæredibus, pecunia, ab eo acquisita) jure cognationis sibi olim vindicarent, utque simul affectus & beneficentiæ in suos (ab Auctore etiam nostro celebrata) documentum ederet luculentum, fratribus ac fororibus, eorumque liberis, denuo pecuniam & prædia liberaliter contulit, bona a se ecclesiæ data valore superantia. Quarum omnium rerum testes locupletes, existant literæ suæ plures, mox commemoranda.

(390) Inprimis a. 1439 novis illud prædiis ditavit. Cui rei fidem faciunt literæ suæ duplicis exempli, hoc anno, eodem die dati; in quorum uno prædia hæreditaria enumerat dicto altari a se donata, omni cohæredum suorum jure prius plene abundeque compensato; in altero prædia commemorat a se acquisita, eidemque altari concessa. Ex utroque exemplo quædam excerpemus. In priori igitur hæc, inter alia, leguntur: " --- tha skal thet viterlikt vara, at uppa thet at thenne siälagifith sey skulu hindras aff varum arffuingiom, haffwm (wi) hulpith och giffuit varum syzkion och thera barnom j fasta godze eller lösom penningom til fast godz at lösa, som här epter scriffuit staar: fförst varum broder son Olaff Nichis son fyra hundradhe marc til at viderlägga sinom samærffuingiom fore Porkala godz; ---; item Elinæ Niclis dotter C Nobla ---; item Lucie Nichis dotter CC mark; item henne dotter Metta L mark; item Katerina Nichis dotter CC mark til fastha godz at köpa; Item varum broder Jönis Olafs son gaffwm (wi) eet godz j Västla j Halio sokn ---; item eeth godz aff Qwidia j Parghafa sokn gaffwm vi honom oc hans hustru Marta hälsthenas hvariom thera, hwilkit godz wi köptom aff Pader van Linden oc hans hustru fore CCCC marc och halff stykke yperst; item varum syster son Mattis Martins son gaffwm wi ---; Item Ingeborg Hakons dotter eeth godz j Västla j Lundh sokn ---; item Margitte Træsdotter eeth godz j Wemo sokn ---; item vara syster Birgitte bonde (h. e. marito) C marc, som Årengiste (idem suus maritus?) lagde j fasta godze; item vara syster Margitte C marc, som henne bonde Buk skulle lägga j fasta godze; item henne son Olaff Bok godz for CC mark i Nappaa, ---; item vara syster Katerine CC marc, som wi gaffwm met henne Henric Mörth oc Olaff Sylta (secundo sc. & tertio suo marito); item vara syster Cristin eeth godz j Häflaberg j Pemara sokn, som vi fore gaffwm CCC marc Nisse Skyttä j Pemara.

"Thenne for:de godz oc peningar haffwom vi afflath aff kirkionne in-
 "geld oc wnth varum syzkiom oc thera barnom, mådhan wi fasta arff-
 "da godz lagth haffuom til gudz tjänisth for vara och aldra wara for-
 "aldra siåla, - - - - Till alla tesfa forne stycke mere visfo oc vit-
 "nisbyrdh hengiom vi vorth secret fore thetta breff, hvilkit scriffuit
 "är areno epter gudz byrd MCDXXX på thet niende, in octava beati
 "Augustini Episcopi & Confessoris." (*Reg. Eccles. Ab. Fol. 209*). Ex
 "altero exemplo hæc adponenda duximus: "Viterlikit vari allom - - - at
 "vi Magnus — haffwom unth och giffuit - - - wnder helge likame al-
 "tare - - - item eeth godz som vi köptom aff *varum moogh Jónis Gud-*
 "*vastafon*, radmaan j Abo for LXXX marc, thet var thaa altztingx j
 "ödha, vthan hws och staffra; Item eeth godz j Ronakallo (Ronakal-
 "lio) som wi skiptom met Olaff Nyagranne, och gaffuom hanom eeth
 "godz i Kintikala, *hvilkit vi fingom aff Wirno Kirkio for en book*
 "*som heter Legendarium; - - - -* Item j Pike fokn j Rungaby köptom
 "vi aff *Meßer Olaff Domprouasten* och hans systrom Elin och Birgit-
 "ta IX stenger kringom allan byn fore CC marc. - - - - Item j Lwnda
 "fokn eeth godtz som heter Nolima, thet köptom vi alztingis ödha,
 "utan hws och staffra aff Lunda Kirkio, oc gaffuom ther fore XXX
 "mare j lödokth silff, som genstan ladhes j eeth rökelsekar; Item j
 "Pöwthii fokn Gripala och Kulhu torp ther til, som vi bødhe köptom
 "alztingis ödhe fore II marc och XXX redhe peningar, och ångia ther
 "til fore XVI marc" - - - &c., (*ib. Fol. 210*). Prædium vero paternum
Alasjoki singulari conditione eidem altari concessit, ut ex sequentibus
 "suis discere licet literis; "För allom them thetta breff höra eller see
 "kennomps vi Magnus met Gudz nadh Biscop j Abo, ok kungörom
 "med thesfo wara närvarande opno breffue, ath Alasjoki gaard met
 "allom thes tillaghom, som vi fingom met skipte aff varom brodher
 "Jónis Olaffson, Gud hans siåll nadhe, ok gaffuom j Gudz heder for
 "waara siåll ok vara foreldra wnder Helgalikame altari j Abo Domkir-
 "kio, Then haffuom vi, met waara Capituli samtykkio och raadhe,
 "wnt *warom broder Lasse Olaffson*, och hans brystarffuom at besätia
 "j swa motto, at han eller hans arffua skulu göra *Helgalikame altare*
 "*hwart aar redelicå eeth pund wax swa långhe wi liffuom*, ok epter
 "waara dagha skall han eller hans arffuingia, som på gaardhen sitia,
 "göra *tw pund wax altarino*, ok *prebendato* som thet altaret haffuer
 "skall han vara lydogher oc höruger, ok göra honum *årligha ena tun-*
 "*no öll*, met *koß ok fodher*, som ther tiil bödr, fore gingerdli. Ok swa
 "lengi for:de Larens Olaffson eller hans arffua thetta forscriffna göra,
 "scall inghen haffua makt honom eller hans arffuingia aff for:da Alas-



)

(



"joki vtuisa eller afftacia, vtan han sigh swa högolica forbruti moth
 "the helge kirkio eller Prebendato, som Gud förbiude, ath han ower-
 "döger vaare kirkionne godz besittia, ok thet skall biskopen tha ok
 "hans Capitulum rantzaka och overuaghia. ----- Datum Abo anno
 "Dni MCDXXXIX in octava visitacionis beate virginis gloriose &c."
 (Ib. Fol. 219). Sed etiam postea, quoad vixit, idem altare novis au-
 gere donis, Episcopum nostrum haud destitisse, plures suæ in laudato
 sæpe *Reg. Eccles. Aboënsis* reperiundæ docent literæ: sic a. 1441 eidem
 donavit prædium *Paimala* paræciæ *Rendâmâkiensis*, sua pecunia em-
 tum (Ib. Fol. 212); a. 1442 prædium *Heickilâ* paræciæ *Wirmo*, quod
 ab Ecclesia Cathedrâli emit (Ib. Fol. 221): ut plura taceamus, quæ
 sua liberalitate eidem altari cessisse indidem discimus (cf. Fol. 223 sq,
 233 sq, &c.). Ex quibus omnibus simul patet, quam merito auctor
 noster *beneficia* & liberalitatem Episcopi in cognatos suos (*parentelam*,
 supra p. 23) laudet. Patrem suum fuisse virum locupletem & prædia
 plura acquisivisse, eadem literæ indicant (ac ante annum 1402 jam
 obiisse, vid. *Reg. Ab.* Fol. 221), qui *Olass Tavist* vel *Tavast* ubique
 vocatur (Ib. & Fol. 223), idemque cognomen filio suo natu maximo
Nicolao (Olai, *Tavast*, & huius filio *Olao Nicolai Tavast*, cujus fratrem
 fuisse conjicimus *Canonicum Johannem, Jönis, Tavast*, de quo infra)
 adhæsisse reperimus, quod ceteri filii usurpasse non videntur: cf. supra
 p. 429 not. 388, & literas *Götigü Finke* dat. a. 1447 die Dionysii, *Reg.*
Ab. Fol. 132; unde simul colligere fortassis licet, *Laurentium Tavest*
 supra commemoratum (p. 423 not. 379), a fratre Episcopi nuper no-
 minato (*Lasse Olafsson*) diversum, ac hujus forte Patrum fuisse?
 Addimus tandem, antequam ab hoc de cognatione Episcopi nostri ar-
 gumento discedimus, sequentium excerpta literarum: "For allom --
 "kennis jach *Henrich Mort, borgare j Abo*, upenbarliga met thesa
 "myno opno bressue, mik forstandit aff marghom godom mannom, ok
 "enkanneliga aff *myne elskelige hustru, Katerin Olafsdotter*, at *Jonis*
 "Gudvasteson, borgare j Abo, som henne forbondé var saalde lag-
 "liga ----. Hvilkit scriffuit år areno epter gudz byrdh MCDXXV, o-
 "dhensdaghen nåst epter helghe torsdagh". *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 222,
 "fin. Item: "Fore allom them -- kennis jak *Olass Siltha, borgare j*
 "*Abo, &c.* --- som scriffuit år areno epter guds byrd MCDXLI, domi-
 "nica quasmodogeniti." Ib. Fol. 215. Alio loco commemoratur "he-
 "derlica quinna *Katerina Olafsdotter -- Olass Syltis aterleffue*", a. 1455,
 Ib. Fol. 216.

alii suum imitari exemplum, atque liberalibus idem hoc altare donis locupletare, neglexerunt (391); cui & eccle-

siam in aditu totius regni nunc nunc, alii. in illis regibus, in
~~the best of the world, and the best of the world, and the best of the world,~~
~~the best of the world, and the best of the world, and the best of the world,~~
 onus (391). Sic a. 1423 donavit *Martinus Abrahams*, Armiger, cum u-
 xore sua *Ragnilda Olai*, terram suam in Rungo altari Corporis Chri-
 sti (*Reg. Eccles. Ab. Fol. 230*); qui si parentes erant Legiferi, de
 quo infra, *Matthiæ Martini*, (*Mattis Martensson*), a. 1439, e vivis jam
 exceaserant; vid. Litt. Episcopi nostri eodem anno datas, nuperque ex-
 hibitas, not. 290; quin si illa mater erat Episcopi *Olai*, de quo infra,
 mortuam fuisse anno jam 143 oportet, ut ex literis hujus eo anno
 datis, colligere licet. (*Reg. Ab. Fol. 230*), A. 1429 *Ingeburgis*, vidua
Hennechini (Hinsa) Livelax & (filius suus?) *Laurentius Hennechi-*
ni (Larens Hintzason) Curatus Ecclesie *Pikis (Kirkiopresher j Pike)*
 eidem altari terram suam in Korkyala, parocia Peimar, dederunt (ib.
 Fol. 232), A. 1441 *Henricus Skytte (Skitche)* Præbendatus ejusdem al-
 taris, emit eidemque donavit prædium *Petäsnäki* vel *Sylltillä* parocia
Pöytis (Ib. 215), A. 1448 *Petrus Olai* Curatus Eccles. *Nagu (Kirkiop-*
rest j Naw), prædium suum *Tinnala* parocia *Mäskü* eidem donavit,
 quod se emissit testatur a fratre suo *Matthia Olai*, *Archipresbitero Up-*
salienfis, eamque donationem fratres sui *Henricus Olai* & *Jacobus Olai*
 (*Jap Olafson*) ratihabuerunt (ib. Fol. 217 fin.), A. 1459 *Arvidus*
Nicolai Siques, eidem altari prædium suum *Pärkiö* parocia *Wemo*,
 testamento reliquit, quod hic apponendum duximus: "In nomine pa-
 tris & filii & spiritus sancti amen. Gör jak *Arvid Clausson* mith te-
 stament aff. opta förre betenke välberodhne modhe; en thäl thet j k
 "är kranker til min likama, tha är jak helbrogder tiil min själl ok
 "synne, Giffuer jach Gudj, Jomfru Maria ok sancta Anna ok alt hy-
 "merikx herskap mith lif ok myna själl. Giffuer jak eeth gotz tiill
 "helga sicame altare jn Abo Domkirkiö, som heter Pärke, j Wemo
 "sokn, ok om Andris Balk (a quo scilicet illud a. 1400 emerat noster)
 "svil thet lösa inflädis jgen for Ö marc ok fam, ok swa mykit mera som
 "godzet ärbitrad sidaan jak thet öpte, (dæst aliquid?) for myna förältra själl,
 "mynä ok myne käre hustru *Ingebord* Herr *Arwid Benktzj* dotter, ok
 "for alla crifna själä, j swa motto, at the skulu bidia för oofs alom
 "fordom tiill äverdelica thima. Tiil ytermera visso bider jak värde
 "herre sader met Gudz nadh Biscop *Olaff* j Abo, Meister Koort. (Bic-
 "ze) Domprouast ther sama stadz, *Benkt Lydikkesson*, *Peder Benedi-*
 "cti, *Hartvik Jopson*, *Peder Karpalaynen*, *Hannus Lyndänär*, *oth*

fiastica & civilia beneficia comparare studuit (392^o, quod
que

hengia theris Incigle met myna for thetta breff. Datum Kyrw anno
D:ni MCDLIX Dominica Letare". Ib. Fol. 191 & 225 sq. Ut plura taceamus,
Ac tum ex literis, de hujus altaris prædiis agentibus, tum ex recentiu
eorum tempore Reformationis ecclesiæ nostræ f. cto (infra describendo)
elucet, non contemnendis illud opibus auctum sensim fuisse.

(392) Comparasse huic altari atque Capellæ reperitur *Indulgentias*
uberrimas: quas exhibentium literarum (cum D:no A CELSE incognitas
fuisse videamus) excerpta dabimus: "Universis Christi fidelibus presen-
tes litteras inspecturis *Alexander*, miseracione Divina titulo S:ti Lau-
rencii in Damasco sacrosancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis
Aquilegiensis nuncupatus, sacrosancte generalis Basiliensis Synodi, u-
niversalem ecclesiam representantis, & Apostolice sedis per Germani-
eam nationem legatus de latere specialiter deputatus, ac Mazovie Dux
&c. salutem in Domino sempiternam. --- Cupientes igitur ut capel-
la sanctissimi corporis Christi in ecclesia Cathedrali Aboensi noviter
constructa congruis honoribus frequentetur, & ut *divinus cultus, qui in di-*
cta capella omnibus quintis singularum septimanarum feriis in & ad honorem
ipsius sacratissimi corporis Christi magna populi cum deuotione *pera-*
gitur, augmentetur & amplius decoretur, --- omnibus vere peni-
tentibus & confessis, qui in dicti sacratissimi corporis Jesu Christi,
nec non dedicacionis ac *sanctorum Apostolorum & Birgitte, patro-*
norum dicte capelle, festivitatum celebritatibus, illis quoque conuen-
cis, quibus diuinus cultus inibi ut premititur peragitur, feriis Capel-
lam & inibi diuinum cultum proxime dictos deuote visitauerint, ac
pro ornamentorum ecclesiasticorum ipsius capelle restauracione & con-
seruacione, ac eiusdem capelle fabrica seu diuini cultus inibi aug-
mento in nus adiutrices, ut prefertur, porrexerint, *quociens id fece-*
rint, quinque annos Indulgentiarum & totidem quadragenas de in-
junctis eis penitentiis --- relaxamus. Datum Rinesfeldia Dyocesis Basi-
liensis, a:o D:ni MCDXL, die vero XI mensis Aprilis, Pontificatus
sanctissimi in Christo patris & Domini nostri, D:ni *Felicis* Pape quin-
ti anno tercio &c." *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 235. De hoc Cardinali cfr.
CIACCONIUS T. II p. 939, ubi vocatur *Alexander Zamoviti Polo-*
nus, Moscoviorum ducis filius, & presbyter Cardinalis tit. S. Lauren-
tii in Damaso. Præterea a R. *Christophoro* libertatem a tributo Regio
(*Gräfsch: frihet*) prædio, ad altare Corporis Christi pertinente, *Pethás-*

que ornamentis varii generis magnifice decorasse, nec *Præbendam* modo honorifice dotasse, sed *domum* etiam *lapideam* pro *residentia Prælati* constitui fecisse, auctor nos-
ter testatur (393), amplissimisque verbis hoc Præfulis stu-
dium

måki (parœciæ Keso, de quo nuper) impetravit, literis *dat. in Castro Stokholm ipso die b. Calixti Pape, a:o D:ni MCDXXI* (ib. Fol. 215 An.); nec non a R. *Carolo* literas proteſtorias amplissimas, quibus dictam Præbendam, cum omnibus suis prædiis ac bonis, ipsum præben-
datum, cum omnibus suis hominibus, servis colonisque, Regia sua tu-
tela munivit, *dat. in Castro Stokholmensi, feria sexta infra octavas vi-*
sitationis Marie virginis, a:o D:ni MCDXXIX (ib. Fol. 236): in qui-
bus literis dicitur *sex quotidianas missas* in dicta Capella Episcopum
instituisse; unde uberior lux Auctoris nostri verbis affulget (vid. su-
pra p. 18).

(393) Scil. *Monstrantia* valde pretiosa, indumentis altaris pretio-
sis, reliquiariis & clenodiis quam plurimis ornavit. Hanc *Monstran-*
tiam (quæ cum aliis Ecclesiæ nostræ Cathedralis divitiis veteribus du-
dum perit) Altari *summo* aut præcipuo, *Högga Altaret, (parrochiale il-*
lud puto intelligens? cfr. supra p. 301) Episcopum consecrasset, Vene-
tiisque secum adduxisse, SPÆGELIUS innuere videtur; in quo missam
illam cani quotidianam iussisse, & ad quod pertinuisse *Præbendatum*
a nostro dotatum, falso itidem asserit. An ex oscitanter inspectis verbis Aucto-
ris, *summitate altaris* (scil. *Corporis Christi*), ad altare *primum* Tem-
pli traxit omnia quæ *de condito a Magno ipso novo altari* noster nar-
ravit? Admodum namque negligenter SPÆGELII illud opus confarcina-
tum esse, apparet. Non minus temere RHYZELIUS, Auctoris nostri
testimonio neglecto, aut valde festinanter inspecto, ad altare & Præ-
bendam *Animarum* traxit, quod JUUSTENUS apertissime de altari &
Præbenda *Corporis Christi* narrat. Dicit enim: *Til alla dessa lade Bis-*
stopen, för sin räkning och på sin Bekostnad (quod de Præbenda *A-*
nimarum falso omnino asseritur, ut videbimus), *utan ock en dagelig*
meſa wid Altaret, (sc. Animarum), & hwilkens (altaris, non missæ?)
meſepräſt han både gaf tilräckelighet underhåll, (nihil hujus altaris
præbendato Episcopum dedisse, reperimus!) och byggde (illi sc.) Sten-
hus til at bo uti (neque hujus asserti ullum inveni fundamentum).
Cæterum suspicor, loco verborum *prælati constitui*, (p. 18) apud Au-
ctorem nostrum legi debere *Præbendati construi*; quod non modo res



)

437

(



dium extollit. Sed multis præterea aliis Sacellis, Altaribus atque Præbendis, eodem sedente Episcopo, nec sine suo consilio opeve, Ecclesiam Aboënsē fuisse auctam ditatamque, docet. Sic *ad ejus persuasionem* (consilio tamen, tempore jam *Beronis* Episcopi eoque anneunte, capto) *Dn. Johanne Anundi, suum Archidiaconum, b. Johannis (Baptistæ & Evangelistæ) fundasse sacellum* (ac Altare & Præbendam) *satisque dotasse competenter* dicit; quod monumenta vetera abunde confirmant (394). Quod autem de fundata, ad

K k k

Epi-

ipsa suadet, cum *Præbendato* altaris ab Episcopo conditi, *Prælati* nomen dignitasque tribui commode nequeat, sed *Fragmenti* quoque *Palmshöldiani* confirmat auctoritas, ubi legitur: “Hic (Episc. Magnus) domum lapideam episcopalem, & aliam pro residentia *Præbendati* Corporis Christi *construi* fecit”. Exempla autem *Chronici Juusteni*ani quotquot vidi, hoc loco corrupta sunt.

(394) Annus foundationis in ipsis literis non exprimitur, quas ex *Registro Eccles. Aboënsis* descriptas, subjungimus: “Universis & singulis presentes litteras inspecturis *Johannes Anundi, Archidiaconus Aboënsis*, salutem in Domino sempiternam. Quia ex testimonio veritatis unusquisque mortalium villicus Dei fore dinoscitur in hoc mundo, quem de villicacione sua necesse erit tandem reddere rationem: idcirco ego *Johannes Anundi* prefatus tempus id districtum cupiens prevenire, de bonis michi a Deo collatis *Altare* quoddam ad honorem ipsius Dei & beatissime virginis Marie, nec non sanctorum *Johannis baptiste & Johannis evangeliste*, ob salutem anime mee & aliorum amicorum meorum, de consensu venerabilis patris *Domini Beronis, bone memorie quondam Episcopi Aboënsis*, in eadem ecclesia *Aboënsi* feci, institui & fundavi, ipsumque altare fundatum de consensu heredum meorum subscripto meo nomine dato (doto?) inprimis (in ultimis quinque verbis ulcus latere, facile patet!) itaque ad ampliacionem cultus Divini & sustentacionem ministrorum ipsius lego, deputo & dispono altari prefato predium meum *Rakkamala* (Rahkamala) parrochia *Wemo*; item in parrochia *Masko* predium *Juula* (Juffva s. Juva) & duo predia in *Sopola*; item in parrochia *Rusko* predium *Hydenvainio* & predium meum in villa *Mertiälä*; item in par-

Episcopi nostri consilium, b. Georgii Præbenda, Auctor tradit, majores habet difficultates; nam neque hujus instituti

rochia Pemare unum predium dictum *Heslebergh*, aliud dictum *Ma-*
yankalma, tertium predium meum in *Marianvari*; item in parrochia
Wesilax duo predia, unum videlicet in villa *Laucko* & aliud in *Tot-*
kyrajärvi; item unam curiam in Abo sitam ex opposito fundi Scti Siffredi
 in angulo, & ortum oleris ultra ampnem cum granario ibidem; item
 pratum unum in *Teriranta* de XX plaustris feni &c. [&] que predia
 omnia & singula scilicet supradicta cum quibuscunque attinenciis suis
 hodie a me & ab heredibus meis alienando abdicco per presentes, di-
 ctoque altari ac eius prouisorio cum omni iure perpetuo possidenda
 approprio & appono, tali condicione adiecta: quod quilibet preben-
 datus eiusdem altaris, qui pro tempore fuerit, debet omni ebdo-
 mada celebrare aut facere celebrari tres missas in altari prefato, qua-
 rum una sit pro fidelibus defunctis & specialiter pro fundatore & a-
 liis benefactoribus eiusdem altaris, preteritis, presentibus & futuris,
 & alie sicut placet: tenebitur insuper omni anno celebrare aut fa-
 cere celebrari duas cantatas exequias pro me & parentibus meis ac
 heredibus nominatim, semel videlicet in vere in crastino scti Johan-
 nis ante portam latinam, & semel in autumpno in crastino decollatio-
 nis scti Johannis baptiste, utraque vice vespere precedente vigiliis can-
 tatas habendo ante altare predictum, & in crastino quatuor missas
 pro defunctis, quarum unam ante idem altare cantabit, alias autem
 lectas ubi locus vacaverit, faciet celebrari. Volo preterea & dispo-
 no, quod presentacio, provisio, collacio seu quevis alia ordinacio di-
 cti beneficii post mortem meam ad nullum alium quam ad ordina-
 rium loci debeat pertinere, eo quod predia illa sunt pro maxima
 parte intuitu ecclesie acquisita: quare ab heredibus meis omne ius
 patronatus, si quod in dicto beneficio videntur habere, aufero per
 presentes, & Episcopo Aboensi qui pro tempore fuerit, pleno iure
 committo, reservata tamen michi quoad vixero, libera facultate de
 beneficio prelibato & omnibus rebus ad ipsum pertinentibus secun-
 dum meum libitum ordinandi & in fine vite mee unicam tantum per-
 sonam que ipsum beneficium possideat, presentandi. In cuius rei &c."
 (Reg. Eccles. Ab. Fol. 207). Huic fundatoris consilio Episcopus sua
 subvenire auctoritate haud deiecit, sequentes ejus doctæ literæ approba-
 toriæ, annum foundationis simul indicantes: "Nos Magnus Dei gracia Episco-
 pus Aboensis, tenore presentium publice protestamur, quod ex quo hono-



tuti hoc tempore facti ulla super sunt vestigia, neque dissimulare possumus, Altaris hujus (parcius cæterum plerisque aliis

K k k 2

do-

“rabilis vir *D:nus Johannes Anundi*, Archidiaconus nostre ecclesie Aboensis, de licencia Reverendi in Christo patris *D:ni Beronis*, pie & felicis memorie, predecessoris nostri, altare quoddam ad honorem Dei nec non sanctorum *Johannis baptiste & Johannis euangeliste* in dicta nostra ecclesia Aboensi pro salute anime sue fecit, instituit & fundavit, ipsumque altare fundatum quibusdam prediis, de consensu suorum heredum, cum aliquibus condicionibus adiectis certo modo distavit, prout omnia ista in littera fundacionis evidencius exprimuntur: Idcirco nos attendentes pia vota dicti *D:ni Archidiaconi*, que ex devota intencione procedant, eandem fundacionem illius cum suis condicionibus, tanquam iustas ac rationabiles, in nomine Domini approbamus, ratificamus atque auctoritate ordinaria confirmamus, decernentes eas perpetuis temporibus in suo robore permansuras. In cuius approbacionis, ratificacionis & confirmacionis evidenciam pleniorum, ad instancias dicti *D:ni Archidiaconi*, fecimus hanc paginam fieri sigilli nostri appendione munitam. Datum Abo anno Domini Millesimo quadringentesimo sedecimo, Dominica prima in quadragesima, &c.” Ibid. De fundatore ipso infra, *Archidiaconos Ecclesie Aboensis*, qui hac ætate vixerunt, recensuri, quædam addemus. Virum fuisse opulentum, prædiorum huic instituto concessorum numerus ostendit; ad quam liberalitatem postea novam Ecclesie Aboensi, mensa quoque Archidiaconi dotanda exhibuisse, videbimus. Cæterum præbendam *S. Johannis* aliorum præterea expertam fuisse sive munificentiam sive pietatem reperimus. Sic a. 1439 prædium *Ragnastala* (Raunistula?) parocchie *Rendämäki*, & ante a. 1467 prædium *Nummespää* parocchie *Wirmo* ei accessisse, ex monumentis vetustis discimus, quorum unum subjungere placet: “For allom them thetta breff hõra eller see kennes ok kungör jak Mattis Andersson aff Arelax, ath epter thy Nummespää godz liggjende i Wirmo fokn, war min fader Anders aff Arelax, Gud hans siäl nadhe, fraagangith antigie for pant eller köpjordh, ok lagdh under sancti Johannis altare j Abo Domkirkie; thy claudath jak therom nu for IIII aar, ok haffdhe fullelige j akth at aterclanda for:de godzet undan Abo Domkirkio: Togh fore stora syelfara skuldh, epter myna vena radh, ja ok samtyckie, met myn godwille ok beradhne modhe, vplot jak ok foldhe for:de godz, met alla thes godzens tillagher, Abo Domkirkio til ävinnelige ågo, j wårdogx faders j



dotati) multo antiquiorem occurrere memoriam (395).

An

“Gud Biskop Kortz, biskop j Abo, *Mester Magnus Domprost, Mester Aruidh Erchediegn, Hartik Jopson Lagmans j Norfinne*, Dan. off. kalle (Daniel off Kalle?) ok flere godha manna närvaru, for LX mark peninga; huilka peningxsumma kennis jak mik fulkompnelige haffua uphurit til godho aatnoghie. Thy affhänder jak mynom met årffwom thet for:de godzeth, ok tilegner thet for:de Abo Domkirkio til ävin-nelige ägo. Skedde thet ok swa, som Gud forbiwde, ath mine met-årffingie, årffuingie eller ok nogor fremande clandade for:de godzeth vndan for:de Domkirkie; tha bepliktar jak mig ok myna årffuingie at viderleggie Abo Domkirkie saa goth gotz ok pa swa godh belege-leghet, innan siex wikur ther epter, pa min godh troo ok sannind. Til mere vislo ok högre förwarningh bidher jak årliga ok welborne meen *Hartik Japson Lagman j Norfinne laglagu, ok Peder Karpalan Håredzhöffingie i Masko håradh*, ath hengie theris incigle nidhan fore thetta breff met myth egith, som giffuit år j Abo, epter Gudz byrdh Tufande fyrahundrade sextie pa thet siunde aaret, pa tolfte dag j Decembri manadhe.” *Reg. Eccl. Ab.* Fol. 95.

(395) Supra (p. 281 not. 188) vidimus *Henricum Tempil Testamento suo anno jam 1355 bona sua in Limitha altari b. Gregorii* legasse: quo loco *Gregorii* (cui consecratum nullum in Templo Aboensi existisse altare reperimus) vitiose pro *Georgii* in textum irrepsisse nobis videri, significavimus. Episcopi nostri tempore *Heluich Stoltefoth, Curatus Ecclesie Töffala*, hoc altare prædico locupletasse reperimus, ut ex sequentibus suis patet literis: “For allom them thetta breff höre eller see, kennis jach *Heluich Stoltefoth, Kirkiprester j Töffuesala*, oppenbarliga met tesfa myno opne bressue, at jach met godan vilia och foretanka, epter mina wena jaa ok samtickio, haffuer unt, giffvit oc met allom råth uplatit, j Gudz heder oc sancte Yrians” (deesse ali-quid videtur?) “altari j Domkirkione j Abo, alt myt godz j *Ravas* upa *Hyrvinfalo j Vorfru sokn* liggiandis, met allom tillaghom j voto, j thorro, nårby och sårre, engo vndan taghno som thy godzeno aff aller tillighat haffuer, j swa motto och met tesfom forskålum, at elårikin som altarit hauer, then ena epter then andra, skal holda twem synnom j huarjo aare, for myna föråldra siål ok myna begengilse, vm vorine nåtte syknedag epter sancte Yrians dagh, om hösten nåste monedaghen epter sancte Michils dagh, fyra mesfor j huart syn-

"neth, oc siwnga vigilijs om aptonen tilforenne fore for; de sancti Yriens
 "altari. Thy affhender jak [mik] thet for; de godzit, mik och my-
 "nom arffuom, och tilegnar thet met allom råth sancti Yriens altari
 "til ävinneligha ågha; oc vil jak sköta thet for; ne godz undi forfogda
 "altarit, thet förste jak kan epter landzlaghen a häredztinge. Tiil huil-
 "kins mera visfa beder jac myne vener, swa som är *Hartika Dyker*
 "oc *Fredrik Fryske Arnikasson*, syna incigle hengia met myne fore
 "thetta breff &c." (*Registr. Eccles. Ab. Fol. 205.*) Annus & dies scii-
 "ptarum desieit; sed colligi possunt ex literis quibus hoc institutum
Magnus Episcopus approbavit atque confirmavit, quarum initium ac
 finem adponemus: "Nos *Magnus Dei gracia Episcopus Aboensis* teno-
 "re presencium publice protestamur, quod & quomodo honorabilis vir
 "*Dnus Heluicus Stoltefoth*, curatus in *Töffuesala & Prebendatus al-*
 "*tari sancti Georgii quod est in nostra ecclesia Aboensi*, cogitans de sa-
 "lute anime sue & animarum parentum suorum, dedit, legavit ac per-
 "petue donacionis tytulo appropriavit predicto altari sancti Georgii
 "predium suum Ravas ----- In cuius acceptacionis, approbacio-
 "nis, ratificacionis & confirmacionis evidenciam pleniorẽ, sigillorum
 "nostrorum munimine presentes nostras litteras fecimus roborari. Da-
 "tum apud ecclesiam nostram cathedralem anno *Dni MCDXVI in*
 "*capite Jejunii.*" (*Ibid.*) Aperte hæ literæ docent, altare *Præbendam*
S. Georgii ante illud tempus jam existisse. Cumque sequentes literæ
 ostendant, *Dn. Heluicum*, (qui non diu post factam a se superiorem
 donationem vixit), liberalitatem suam in prædictum altare, cui præ-
 fuit, porro etiam cumulasse, eas quoque adjicimus: "Ffor allom thom thetta
 "breff höre eller see kennes jak *Fredric Fresca* met myno nerwaran-
 "de opno breffue, mik hæffua stadfast oc fulbordat, med godom wilia
 "ok beradne modhe, aff myns broders *Jacobs* ok myne vegna, alt
 "thet testament, som var fader sytzlinge *Herre Heluik*, fordom kirke-
 "prester j *Töffuesala*, Gud hanis siel nadhe, giorde ok inciglade um löst
 "ok fast, enkannelige vm en tridiungh j *Ravafs* godz upa *Hyrvisala*,
 "som han gaff vnder sancta Yriens altare j swa mattho, at then som
 "godzet j vårjo hæffuer skal aarlige giffue altareno fyra svenska mark
 "påninge, ok ena hood offuer aana, som han gaff samo altare, Item
 "eth godz j *Aninghes* som han gaff under sancte *Pethers* altare, ok
 "ena tomt j *nya Staden* under sama altare, Item thet godzet j *Wen-*
 "*tjala*, som han for marghom arom gaff ok uplat *Domkirkjonne* j *A-*
 "bo", (cfr, Literæ suæ datæ a, 1418, *Reg. Ab. Fol. 124*), wil ik skö-

An igitur error hic Auctori obrepfit (396)? Porro (*Altare & Præbendam Animarum Christi fidelium* (*Sjåla-Altaret*) *Magno* nostro sedente Episcopo conditam fuisse, facile credimus; suis autem sumtibus eum hoc fecisse, non reperimus (397), sed prædia omnia quibus illud altare haud

“ta under fama Domkirkio, swa som han mik selfuer befalte. All
 “themne forfereffne styk e loffuar iak a myns broders *Jacobs* ok my-
 “ne wegna fast ok stædugt holla, atan alt argt. Till huilkis mere vis-
 “so ok vitnisbyrd bîdber iak beskedelighen man *Larens Watmal*, bor-
 “gare j Abo, sit incigle hengia met myno inciglo fore thetta breff,
 “hvilkit feriffuit år j Abo anno D:ni MCDXIX, ipso die beate Doro-
 “thee virginis.” (Ibid.) Cæterum nonnisi prædia V ad altare S. Georgii
 olim pertinuisse reperimus; e quibus quando & cujus liberalitate IV
 cætera (præter *Ravas*, quod a possessore, vel patre *Arnika* vel filio
Friderico Frisk, deinde *Friskala* vocari cæpit) ei accesserint, investi-
 gare non potuimus. Cfr. Ib. Fol. 124 & 205 sq.

(396) Ad laudes Episcopi nostri extollendas propensorem fuisse, narrationem ejus legentibus facile patet; & quædam ei falso adscripsisse, infra videbimus. Scilicet venerabilis meritorum suorum memoria, studiose ad posteros propagata, effecit ut instituta quorum alius auctori gnorabatur, facile ad celebratissimum hunc ecclésiæ patriæque suæ referrentur benefactorem, *Fragmentum Palmshöldianum*, brevius vitam ejus percurrens, hujus conditi altaris haud meminit. Cæterum comparatis quas nuper adduximus literis, textum Auctoris nostri hoc loco non vacare mendo, existimes? *Jacobus* nempe & *Fridericus*, fratres, non ipsi *Altare S. Georgii* dotasse, sed donationem & testamentum *Heluici*, cognati sui, approbasse & executioni dedisse, reperimus. An illi de parçeciâ *Tösfala* fuerint, nescimus; cujus *Heluicum* fuisse Curatum comperimus. *Heluici* tamen ipsius nulla occurrit mentio. *Jacobus Delmarus*, vel *Demarus*, suspiciosum videri nomen potest? Pater *Friderici*, *Arnika Eresekå* appellatus fuisse videtur (unde filius audit *Frederic*, *Arnika Eresekåson*), ut ille *Fredric Ereseca*, & *Fredric Fryske Arnika*son, vocatur. Quomodo autem uleus, textum sedans auctoris, sanandum sit, docere hæctenus nequeo.

(397) Quare nimis liberaliter a RHYZELIO tributas ei soli totius hujus instituti laudes supra castigavimus, p. 436 not. (393).

haud paucis ditatum fuit, aliorum contra privatorum liberalitate illi accessisse, verus annotatio, in *Registro Ecclesiae Aboënsis* servata, docet (398). *Præbendam* (cum *Altari*)

San-

(398) XV vel XVIII Prædia ad hoc altare pertinentia (inter a. 1424 & 1499 ei data) recensentur (Fol. 203 sq), quorum donatores simul nominantur; inter quos occurrunt *Nicolaus & Benedictus Lydechini*, *Laurentius Ingemundi* Curatus Ecclesiae Nagu & frater suus *Olaus Ingemundi*, *Armiger*, *Jarlerus Johannis*, *Armiger*, &c. (quorum litteræ superiunt ibid. Fol. 111, 201, 202): sed Episcopi nomen inter eos non comparat. Unum adponemus literarum altari huic beneficarum exemplum: "Jak *Järt Jönsön aff wapen*, bekennis met thetta myt opet breff, mik haffua vnt, giffuit oc vplatic, vndan mik och myne arvingia, vnder siäle altaret i Abo eth myt godz, heylandis Kyvikilä (Kivikylä), ligiandis i Wirmo for:n, swa migit som jac thet äghande är oc ärrft hawer offuer alt beskipt (bykiptet?), som är två tredhiunge i aker och änggh, skogh, vatn och allahanda utmark, forre myna forältra, myne och alla crifne siäla, och besynnerlige fore *Harald Oleffs Jöns siäl*, thet jach, ty värre, i skada fore komen är, och til döddno slogh, hvilkit mik gud forlothe, och jac i swa mottra, som forscriffuit stor, foorenedh (?) met for:de Haraldz arvingia och motfayande, swa at for:de myt godz Kyvikila seal herepter averdelliga bliffua vnder for:de siäle altaret oc tefs præbendato. Tiil hvilkens breff ytermära forwarningh, beder jach werduge flader i gudh, Herre Biscop Kort i Abo, om hans nadz secrete, och ärlig och velbördigh man *Knut Pose*, om hans incigle, at hengia nedhan fore thetta breff medh myt eighit, som scriffuit är i Wonoo feria 23da Dominice Reminiscere, anno D:ni Millefimo quadingentesimo octuagesimo quarto &c. (Ib. Fol. 202). *Indulgentias* præterea sexcentorum dierum huic altari (similes iis quas altari Clericorum concessas fuisse infra docebimus, eodemque die & iisdem) a sex Cardinalibus a. 1445 Episcopo nostro procurante contigisse, *Reg. Eccles. Ab.* (Fol. 202) testatur; quo loco vetus annotatio addit: "Indulgentie super 2da feria primo Papales quinque anni & quinque karène, item undecim Cardinalium decem & centum dies, item septem Episcoporum Regni Svecie decem ac octuaginta dies". (Quarum tamen literæ ipsæ desiderantur). Adeo ut nec temporalibus nec spiritalibus caruisse opibus appareat.

Sanctorum Petri & Pauli, ab Hinzebbino Knaap, Consule Aboënsi, ad exhortationem Episcopi nostri fuisse erectam, fidem facile invenit; & supersunt litteræ illius instituti memoriam conservantes (399). De *Altari S. An-*

na

(399) Antiquissimas quæ supersunt, sequentes habemus: "Thet skal allom viterligit vara, som thetta breff höra eller see, thet jach Hinze Knapp, Borghare j Abo, kännis mik j minne välmacht, helbrygdho ok väl thiil råka (?) tiil min skäll, met samtykkio minne hustru oc fulbordh mina wina oc årffuingia, haffua giffuit min gambla gaardh j Amynghos (Aningais) som liggher offuer största akren, åpther mynne modbers radhe ok bön, som hon mik badh för hon doo, ok mith godz thertiil, sancte Peders Altare här j Abo Domkirkio, swa som är allan min deell j akrenum, ther jak otthe j badhum gaardhom j Lämpeleyne, ok twa kornthegha j them norra okrenum, som liggher mothe Ragnastela, som thesso forscriffno godzeno for tiillhördhe, oc inthe mera j them akrenom. Thetta forscriffna godz afhendher jak mik oc minom arffuom, ok tiilleghnar jak thet forscriffna sancte Peders altare met godhom vilja ok kärlich, met allom räth, met aker, som forscriffuit är, ok engiom, ok met allom tillaghum, som ther met tilligia eller thet ther aff alder tillighat haffuer, engho vndhantagno, ok tha met swa wilkor, ath jak ok min hustru vilioin thetta godzet bruka ok radha j warom lifstima, ok Klärke-nom som thetta altareth officerar, ther aff göra thet som mögheligit är; ok åpter van dödh äghe forscriffne sancti Peders altare ok thes formyndhare till äverdeligho ägho, ok ää ihem clärkä offorsummadhom the sama altarinæ thidana, officera ok raadha, ther [Jus?] Patronus kallas (kallar?) ok aff minne släkt föddher. Thiill thes huilkes breffs högre stadfestelse ok visso, bider jak mina nåsta årffuingia, swa som är Herre Heluik, Kirkioherre j Thöuesfala, Henrik Wanberge (van Berge), Gerlagh Fredagh ok Henric Fanth ath hengia sin incigle met mino fore thetta breff, som scriffuidh är j Abo, arum åpter gudz byrdh Tusandhe fyrahundredhe vpa fiorthonda, om sancti Benedicci dagh (21 Mart.)". Reg. Eccl. Ab. Fol. 174. Videri quidem possit, illud altare ante hoc tempus jam fuisse conditum (quod ejus ut jam existentis & non ut nunc demum erecti, mentio fiat); sed conditio Juris Patronatus & cognatorum donatoris altari præficiendorum, contra pugnare videtur? *Tabernam* quoque suam *Mercatoriam* (Gatubod) huc

altari, aliis literis (quatruiduo post datis, vigilia Annunciacionis, d. 25 Mart.) donavit: (*Ibid.* Fol. 175); nec multo post mortuum fuisse, Litteræ hæredum suorum *Henrici van Bergen & Gerlaci Fre-dagh* testantur, sequenti anno scriptæ, quibus partem prædii *Aningais* ab illo sibi hereditate relictam ("wan andell allan then oofs baardhe ath arffua ok arffit hafluum, j Amyngos, vidher Abo liggiandhe j vaar afu kirkio fokn, apther belkedelighen man *Hinza Knap*, fordhom borghare j Abo, gudh hans siell nache") vendebant *Helvico*, Curato Totialensi (*ib.* Fol. 174). Novem autem annis ferius, vidua sua *Margaretha*, ("Greta, *Svartha Bertilsens dotter*, Borgerika j Abo") eidem altari donavit suam tertiam partem prædii *Aningais* ("allan then tridionghen som jach agher j yvra Amynghos, j thy sancti Peders godzera som heter *Arola*; af huilko godze *Har Haluk*, -- gaff for:de altare forre synatwa dheela" eadem quas eum emisse, nuper vidimus), & quadam prata *ib.* (ubi Inscriptio literis suis talis præmittitur: *Littera*, -- *super Amynghos & Arola &c.*). De donatione *Dni Helvici*, qua idem auxit altare, literæ etiam *Friderici Frisk*, suprap. 441 sq. not. 395 exhibitæ, testantur. Porro anno 1454 *Benedictus Lydechini* domum testamentamento eidem dedit altari, ut hæc iuxta docent litteræ: "For alla the thetta breff hõra eller lesa, kennis jak *Benkt Lydikson a vapen*, mich haf-sua vntth och giffuith j gudz hedher, tiil mith siella gangn, sancti Peders altare j Abo Domkirkio, epther min dõdh, all min hws och bygning som jak hafver offuer garna j Abo latith byggia vppa sancti Peders akertega. -- Abo areno epther gudz byrdh MCDLIII, Dominica Trinitatis". (*ib.* 175). Tandem *Dn. Henricus Bidz*, pater *Episcopi Conradi*, altare hoc prædio ditavit, ut literæ Filii sequentes fidem faciunt: "Vi Koort, met Gudz nadh Riscop, j Abo, hellsom allom them thetta vaarth breff hõra eller see, averdeligha met vaarom Herre. Och gorom viterligit, at vaar kære hadher *Her Henric Bidz*, Riddare, Gudh hans siell nache, gaff met godhwilia ok berodhna modhe, met syna arffuingia jaa och samykkia, for sin och syna foraldra siell och roo, alt siith godz j *Kuirilax* by, liggiandhe j *Pargas* fokn, vnder sancte Peders och sancte Pauls altare j Abo Domkirkio, tiil avinneligha agho, met alla thesse godzeno tillaghor, hws och tompth, aker och angh, skoogh ok faamark, och alt annat som thet godzet an tiilhõrer eller aff alder tiilhõrt haffez, ok skall for:de altarens *Prebendatus* hwar fredagh sãgia eller lata sãgia pa for:de altare ena messo aff wars Herra helga fecm vndher, swa ath

na & S. Andreae (400), de Sacello Divae Virginis sive Al-

“andra Collecta är Inclina, oc trädie är Fidelium; Thy epter var for:de
 “faders befelningh affhendom vij oss, vaara met:rfvingie ok årffuin-
 “gie thet for:de godzet, ok tiileghnom thet for:da altare tiil ävinneli-
 “ca ägho. Tiill mera visso ok vittnisbyrd, bidfom vij ärlighe ok vel-
 “borne män, *Hartik Jopson*, Laghman j Norfinne lagfaghu, och *Chri-
 “stiern Frille*, Laguan j suderfinne lagfaghu, at the hengix theris In-
 “cigle met waart secret nidhan fore thetta breff, som scriffuit år j A-
 “bo arum äpter Gudz byrdh Tusandhe Fyrehundradhe sextie pa thet
 “siundhe areth, Tolsihe dagh j Decembris manadhe &c.” (*Ib.*) Cum
 plura praedia tempore Reformationis Ecclesiae nostrae, ad hoc altare non
 pertinuisse, ex recensione eorum Regi *Gustavo I* exhibita (de qua in-
 fra) reperiamus; primam ejus fundationem laudato ab Auctore nostro
Mercatori Aboënsi Hinzechino Knap deberi, elucere videtur, nec ante
 eum in Ecclesia Aboënsi illud existisse. Quod autem *Consulem Aboënsium*
 eum vocat, cum allatarum literarum consentire testimonio non vide-
 tur; ubi & ipse sese vocat & ab aliis vocatur tantum *Borgare j Abo?*
 Mentio quidem fit viri ejusdem nominis, *Hinsa Knap*, qui andit *Rad-
 man j Abo*, in aliis literis dat. a. 1378 (*Ib.* Fol. 249); sed pater no-
 stri esse ille potuit? Anno 1395 *Hyncekinus Knap*, civis *Aboënsis*, bo-
 na sua in parrochia Thönesalum; villa Käthersalme (i. Kätharsalme)
 sita, altari beate Katherine apud ecclesiam cathedralem donasse reperi-
 tur; literisque quibus hoc confirmavit subscripserunt *Hennekynus Ko-
 rānes & Petrus de Bergh*, *Proconsules* (*Ib.* Fol. 172 sq); utrum vero
 senior vel junior, ille fuerit, nescimus?

(400) Ita vocatur in inscriptione praemissa collectioni literarum
 de bonis huic altari acquisitis agentium, quam exhibet *Registrum Ec-
 clesiae Aboënsis* Fol. 177; inter quas literas non modo illae comparent
 quibus praedium *Litois* altari *S. Annae* partim donavit, partim vendi-
 dit, a. 1438 *Matthias Olavi*, Archipræpositus Upsalensis, mox adferen-
 dis, sed etiam illae quibus *Gertrudis* (vidua *Hennechini Lokanäs*, ci-
 vis *Aboënsis*) a. 1416 domum suam & pecuniam numeratam C marca-
 rum, certis suae mariticae sui memoriae stipulatis missis, dedit altari
S. Andreae; quam donationem, cum conditionibus stipulatis, Episcopus
Magnus (suis adjectis literis, ibidem legendis) plene confirmavit. Cæ-
 terum de altari hoc *S. Andreae* nullam reperimus aliam in vetustis

nostri monumentis fieri mentionem (adeo ut hinc etiam, illud pos-
 sita in societatem cum alio coivisset, appareat). Quare ipsas literas do-
 natricis hic apponendas duximus: "Alle the dandemen thetta breff see
 "eller höra, helsar jak Gertrud Lokands, Thoreri Lough dotther, Bor-
 "garinna j Abo, kerlige met Gud. Jak kennis thet openbarliga met
 "tesse myne opne breffue, at jaeh met godhan vilio och fortanka, ep-
 "ter myna vena jaa och samtyckio, haffwa (haffuer) vnt oc giffuit
 "ok met allom råth oplatith, j Guds heder och sancta Andresa, fore
 "myna siäl och myns kere bondes siäl, Hännicka Lokands, Gud hans
 "siäl nadhe, vndi sancte Andresa altari j Domkirkione j Abo ok vndi
 "clericken som for:de altarit hauer" (ergo & altare sam conditum, &
 Præbendatus ei præfectus erat?), "myn gord, som jak köpte aff Peder
 "Pinne, nästa bröder clostret j Abo" (quasi præter monasterium Fra-
 "trum prædicatorum, aliud etiam Aboæ fuisset?) "och thertiil C march
 "redhe penninge j Priike (Pruskeis) skillingom och j Råffvilskom,
 "Pristke skillingom fore en ortug, och Råffvilska skillingha for IIII pe-
 "ninga råknede. Huilka C march jak antvarder til troen hand ver-
 "delighom Herre och andeligom fadher biscop Magnus och hans Ca-
 "pitulo j Abo, til at köpa ther met nogot fast godz vndi for:de alta-
 "rit, swa met skalum och forordhan, at Cleriken som altarit hauer,
 "then ena epter then andra, skal i synom mesom beggias vor siäl
 "haffua i synom amynnilsom och i bönholdum vider namn, swa op-
 "ta han hauer meso. Item et synne om arit, nästa syknedaghen epter
 "sancti Andresa dagh, skal han kuart aar holda ena begengise fore
 "bäggias vore siäl och alla trisna siäla, met swungande viglias om aff-
 "tonen tiilförende, och met swungande meso om (dagen) epter, fore
 "for:de sancte Andres altare. Ther mådh tho affhander jak for:de
 "gordhen och päninga vndan mik och myna arffua, och tileghnar jak
 "them vndi sancte Andrese altare foresagda, ok vndi clericken som al-
 "tarit hauer til äuerdeliga ägho. Tiil mera visfa oc vitnisbyrdh, be-
 "der jak myna nästa vener oc mogha, Gudmundh Pedersson, Rodman
 "j Abo, och Lydika Speeth, borgare, oc Jónis Gudvastason, Rod-
 "man, at hengia thera Incigle met myne fore thetta breff, som serif-
 "fuit oc gjort är j Abo, anno &c. MCDXVI, Dominica Invoeavit &c."
 Literæ autem Archiepiscopi Matthiæ (c quibus eum natione Fenno-
 nem fuisse constat) hujusmodi sunt: "Alla the thetta breff höra eller
 "see, helsar jak Mattis Olaffsson, Domprosth j Upsalum, äverdelika
 "met Gudh. Gör jak allom viterligit met thesse mine opno breffue,

"mik haffua vnt oc giffuit j Gudz hedher oc sancte Anne, ok fore mi.
 "na föräldrä & framlednä vener siäla rich oc gangn skuld, mith godz
 "Lithusa, liggjande j sancte Katerine fokn, met allom tillagom, som
 "ther aff aldher til lighat haffwa oc än tilliggia, vnder sancte Anne al-
 "tare j Abo Domkirkio, clerkenom en vppehelde som altarith fore-
 "staar, j swa mattho, at j hvario viku skal ther aa altarith haldas en
 "mesa gudi til hedher ok sancte Anne, oc mina föräldher til roo ok
 "naade; och ther offuer for mina tharffua skuld haffuer jach vpburit
 "aff forn;de sancte Anne altare forestandare, Her *Andrisa Elifson*, C
 "marcas Abosca, j swa goth mynt, at V mark gör fult fore en Eng-
 "liscan nobel; hvilka C marker jac nw füllelica vpburit hauer til go-
 "dva nöghio: Ty afhendher jak mik oc minom arffwm, met minna
 "brödhera *Henrics* ok *Juaps* jaa ok fulbordän, som tha när voro, for-
 "nempda Lithusa godz met allom tillagom, ok tillegnar thet sancte
 "Anne altare til äverdelika ägo j alla mottha som för år facth. Til
 "ythermera visfo bidher jak välborna men, *Bencht Lydikafon*, *Hen-*
 "*ric Bidz* ok min brodher *Henric Olaffson*, at fattja sin incigle met
 "mino eghno fore thetta breff, som giorth ok scriffuit år j Abo anno
 "Domini MCDXXX ochavo" (*Reg. Eccl. Ab. Fol. 121 sq.*). De hoc
 Archipræposito nulla occurrit mentio in *Chronico de Archiepiscopis &*
sacerdotibus cæteris Ecclesiæ Upsaliensis, a SCHEFFERO edito, quod ad
 ejus usque tempus non pertingit (cfr. lib. p. 144--147); hinc igitur
 supplendum. Porro literas adjicimus, quibus *Gödtike Finke* prædium
Kärknäs (& *Räfve-böle?*), parocciæ *Sagu*, altari nostro dedit: "Fore
 "ther hedherlikom Herre, Herr *Pedher Olaffson* (Curatus Ecclesiæ *Na-*
 "*gu*, de quo supra p. 434 not. 391, quemque fratrem etiam laudati nu-
 "per Archipræpositi *Matthiæ* fuisse, lex citatis ibidem literis liquet), oc
 "ärlica män, *Henric Olaffson* och *Jäppe Olaffson*, brödher, hafde mik
 "met theres vena raade [mik] forelagth at stachte twa ävigie mesfor,
 "som skulu hallas hvarju viku j Abo Domkirkio yppa sancta Anna al-
 "tare fore theres kåre brodhera siäl, *Jusse Olaffsons*, som mig fatigom
 "mannâ hände koma skada fore, oc jac haffde mik thet anamat äpter
 "mina vena oc minne älfeelige hustrw *Katerine Nielsdotter* raadh, ful-
 "bordh oc godh vilia, som *degtinges* bresfuet mållam thöm oc mik ut-
 "visar, vndher ärlica manna, Her *Ärengitzle Nielson*, Her *Folmar*
 "*Wanne Knape*, ok flera godha manna inciglom scriffuit; tha år jac
 "nw swa fortänker oc eens vorähen met forn;de minne hustrw oc hån-
 "nes samarffwingiom, at jac vil vplata oc met thetta mit breff laglica
 "vplater vndher forn;de sancte Annas altare een gaard j *Saw* fokn,



)

{



L 11 3

"kalladan *Kärkesnes*, met eeth lithit torpp ther når liggiande, som
 "hether *Böla*; hvilken gaard ok torpp forn:de min ålkalikin hwfry
 "til arffs fallith år åpter sinne modher, gudh henne siäl nadhe: Ty
 "affhendher jak mik oc minne hwfry oc allom vaarom arfvingiom
 "forn:de *Kärkes* (*Kärkesnäs*) gaard oc *Böla*, ok tilågnar thet forn:de
 "sancte *Anne* altare j *Abo* Domkirkiö til åvinnelica ågo. Til mera vis-
 "so ok vitnesbörd, bidher jac årlica mån, *Niels Olafson* aff *Särkilax*
 "oc *Olaff Tauesth* a vapn hångia sin Incigle met mino egne fore thet-
 "ta breff, som seriffuit oc giffuit (år) j *Abo* anno Dnmini MCDXL
 "septimo, ipso die beati Dionysii sociorumque ejus." (*Ib.* Fol. 132).
 Tandem sequentes omittere non debuimus literas (anni licet nota de-
 "stitutus) quæ inter reliquas ad idem altare pertinentes exstant: "Alle
 "the Dandemen thetta breff see eller hõra, hellsar jak *Jõnis Ingonen*
 "aff vapn åverdeliga met gud. Jak kennis thet oppenbarliga met tesse
 "myno opno breffue oc betydher, at epter thet jak haffwer myn *så-*
 "*thia gord* oc alt myt godz j *Resaa* fokn liggiende met tefs tillaghom
 "Jagliga vpbudit oc latit thet sidhan lagstouda, oc engin aff mynom
 "nåstbornom vinom eller fråndom vilde thet tiil syn (sig?) lösa: *Tho*
 "hauer jak thet retteliga solt met fult berodh verdhelighom fader oc
 "herra, met gudz nad *biscop Magnus j Abo* oc hans årliga *Capitulo*,
 "til sancta *Anna* closters behoff j *Resaa*, for VIII C marc redhe pe-
 "ninge j swadana mynte som IIII march oc I öre gõra fult for em
 "fulwiktoghen engilse (englißkan) noboel; och otto hundrade mark
 "peninga kennis jak mik haffua redheligha vpburit, then yterste pe-
 "ningh met then största (största); Ty affhender jach mik oc mynom
 "arffwom alt thet ford:ne *godz oc sätie gordhen* met allom tefs tillag-
 "om, engo vndan tagno, som jach thet förre nwtit hauer; och tileg-
 "nar jak thet for:de *Biscop Magnus* oc hans *Capitulo* aa sancte *Annas*
 "vågna til åuerdelige ågho, vtan alt ythermera tiltaal; oc vpa thet at
 "thet köpet tesse stadugare bliffvi, tho skõther jach thet epter landz-
 "laghum alt for:de godz och gordh vnder for:de *Biscop* oc hans *Ca-*
 "*pitulo* aa sancta *Annas* vågna met tefsom tolf som här epter näm-
 "*nas &c.* *Item* kan thet swa hända j nogre hande moito, ath thet clo-
 "stret skulle ther ey bliffua stondande, thet gud forbiwdhe, tho skal
 "for:de godz oc gordh ey thy sydher bliffua och liggia vp vndi sancta
 "*Anna* altare j *Domkirkiö* j *Abo* tiil åverdeliga ågho, vtan other
 "kaal &c." (*Ib.* Fol. 177). Hic *Jõnis Ingonen* (f. *Ingonis*) a. 1418
 & a. 1432 partes *Judicis Territorialis*, loco *Nicolai Diekn*, egiffe



reperitur; unde tempus literarum suarum colligi quodammodo potest: cumque nullum aliud prædium in parœcia *Refo* situm, nisi *Mettelâ*, inter bona altaris S. Annæ occurrat, hoc eum vendidisse, probabile est. *Clausiri S. Annæ* in *Refo* fundandi hoc tempore agitata fuisse consilia, nec stabilitatem adhuc tum hæcta fuisse, ipsa verba monumenti nostri docent; ac postea successu caruisse, vel inde patet, quod prædium hocce, vi conditionis in fine literarum adjectæ, altari S. Annæ in Ecclesia Cathedrali cesserit. Hinc simul intelligitur, quare hujus Clausiri exigua adeo supersit memoria? Cfr. supra p. 359 sq. not. 313, & cit. ibidem RHYZELIUS; qui si monumenta a se laudata addidisset, (vel saltim unde eorum notitiam hausit, significasset) certius de hac re ferre judicium liceret. Idem fuisse, quod postea *Nädendal* fuit appellatum, aut cum hoc a. 1445 fuisse junctum, ægre credimus; quia si *Monasterium illud S. Annæ* non deletum, sed tantum ad locum commodiorem translatum fuisset, non videtur prædium nuper commemoratum ei adimi atque altari S. Annæ in Ecclesia Cathedrali tradi potuisse; quod tamen factum apparet? Deinde Cœnobium *Nädendalense* in Parœcia *Masku* (non in *Refo*) primum fuisse conditum traditur, & post translata inde sedem ad parœciam *Bierno*, tandem locum (ubi stabilioris consilio, exstructum fuit) in parœcia *Refo* datum ei fuisse. Præterea hocce cœnobium statim idem nomen quod constanter retinuit (*Nädendal*), accepisse videtur; quumque probabile non sit, sine consilio atque ope Monasterii *Waxstenensis*, novam ejusdem Ordinis coloniam in Finlandia collocatam fuisse; prima *Nädendalensis* cœnobii initia statuere non possumus anno 1438 superiora, quo anno factum de illo condendo senatusconsultum, *Telgis die S. Augustini* (26 Maji), aperte docet rem intra vota atque consilia hæcenus substitisse (cfr. RHYZELIUS *Monasteriol.* p. 293): quod idem confirmatur luculento testimonio *Diaris Waxstenensis*, ubi p. 81, ad a. 1438, legitur: "In octava b. Birgittæ (d. 14 Octob.) exierunt monasterii fratres Acho sacerdos & Laurentius conversus, & transierunt versus Finlandiam ad recipiendum locum & bona pro monasterio novo construendo." Nemo non videt, nihil hæcenus constructum, fuisse, nil nisi locum & bona comparata: locus autem in senatus consulto *Telgensi* proditur villa *Stenberg*, parœciæ *Masku*; translationis aliunde factæ vel faciendæ, nulla fit mentio. Optasse quidem significatur Finlandiæ Ordines antea, ut novum *Monasterium fratrum Prædicatorum* apud se conderetur, sed rem effectui datam non fuisse, simul indicatur. Nec antiquioris cujusdam Monasterii cum *Nädendalensi* postea juncti, ullum occurrit in *Diaris Waxstenensi* vestigium, ubi consilia tamen novæ coloniæ collocan-



)

(



dæ varie agitata & mutata (a. 1441 p. 85, cf. 1440 p. 84) commemorantur: cfr. Litteræ foundationis a Senatu Regni a. 1440, & a Rege *Christophoro* a. 1441 & 1443, datæ, historiam hujus moliminis luculenter tradentes & legendæ in *Disf. ENGELB. RANCKEN* (Præf. A SCARIN) *Cœnobii Nadhenadals -- Historia*, P. Pr. p. 13, 14, 15, 23. Quod igitur *Disf.* cit. p. 19 asseritur, initium Historiæ Cœnobii Nädendalensis faciendum esse ab a. 1400, "quo ipso *Birgerus (Bero)* "*Balck* Episcopus Ordinis Vestalium in *Korois* sator & auctor, sacrorum penes nosmet Pontifex erat", frustra est. Valde incertum habemus, an præter nudum fortassis ejus condendi consilium, de Cœnobio *Koroisensi* quiddam actum sit? (Cfr. supra p. 406 sqq.) Ad Cœnobii autem Nädendalensis historiam illud nihil omnino pertinet. Addit idem Auctor: "Eodem anno (1400) proditum invenimus, Proceres Fenningæ quosdam, --- de condendo novo Monasterio apud Episcopum solite egisse. Locum operi extruendo designarunt prædium in *Karinkylä*." Quo alio testimonio nixus hæc scripserit nescimus, quam verbis *MESSENI*, qui *Scand. T. X* p. 18, dicit: "Circa (a.) MCD Monasterium Ordinis Birgittini Nädendalense, in villa *Karachyle (Kärinkylä)* parochiæ *Mascho*, primum conditur." Sed valde vereor, ne tota hæc narratio (quæ cum monumentis supra a nobis laudatis ægre conciliari potest) sola conjectura nitatur? Fundationem enim *Koroisensis* Monasterii nunc ad a. 1400 cum *JUUSTENO* refert, (*T. XV* p. 69), nunc ad a. 1393 retrahit (*T. X* p. 17); quod nisi faceret, non multum abesset, quin suspicaremur, eum, cum Cœnobii illius *Virginum Vestalium* ab Episcopo *Berone* in *Corois* constructi (cujus *JUUSTENUS* meminit) nullam aliam reperiret memoriam, traditionem popularem de collocato primum Cœnobio Nädendalensi in *Kärinkylä* arripuisse, & huc illud *Corois* *JUUSTENI* traxisse? In laudatis nuper a nobis monumentis, sedis hujus primæ *Coenobii Nädendalensis*, translationisque inde ad *Stenberg* factæ, nullum occurrit vestigium; quam circa a. 1413 factam fuisse, *MESSENIUS* (l. c. p. 18) scribit ("Circa MCDXIII Cœnobiium fuit translatum Nädendalense ad villam *Stenberg*, & incepit ad *Helgâ*, velut locum prioribus commodiorem"). Ad a. porro MCDXLI idem habet: "*Christopherus* Rex donationem Senatus quondam super *Stenberg* & *Helgâ* factam Nädendalensibus, ea comprobata lege, ut ipse, non alius, cœnobii censeretur imposterum fundator". Quæ malignius quam verius dici, ipsæ inspectæ Regis literæ demonstrant: ex quibus simul patet, translationem Cœnobii ad *Helgâ* anno demum 1441 decretam fuisse. Villam verò *Stenberg* a. 1438 huic usui esse donatam, nuper vidimus, Adeoque in his celebri Monasterii ini-



Altari Clericorum (401) nec non de Altari choroque Trium Re-

his tradendis MESSENIUM ducem haberi certissimum non posse, liquet; ejus erroribus, apud RHYZELIUM l. c. sphalmata duo accedunt, nempe quod prædium *Karinkylä* vocatur *Karabyle*, & *Stenberg* scribitur *Svenberg*; quasi a prædio illo anno demum 1438 Monasterii fundationi destinato, diversum fuisset. Cæterum asserit Nobil. VON STIERNMAN (*Höfd. Minne*, P. II, MS. p. 344) extare literas judiciales *Henrici Bitze* R. Senatoris & Legiferi Suderfinniæ, datas a. 1457, de terra quadam (in parœcia *Kerpis*, quod monstrum nominis quomodo legi recte debeat, divinare nequed) quæ olim ad Coenobium *S. Annæ* pertinuerat, ac deinde in possessionem Cænobii Nädendalensis pervenerat (Vid. *Tidn. utg. af et Sällskap i Åbo*, a. 1785, *Bih.* p. 198); ac alia ibidem (*Höfd. III. P. II, MS. p. 342*) citat literas, datas a. 1434, quibus *Cicilia Philippi*, vidua *Nicolai Kurk*, Militis, prædium suum in *Lööb*, Parœciæ *Töfåla*, donabat *S. Annæ* -- (Kloster? Cænobio) quod inchoatum est in parœcia *Reså*, *Diæceseos Aboënsis* (vid. *Tidn. i Åbo* l. c. 191). In quibus, sermonem haud esse de Cænobio Nädendalensi, ad locum novum postea translato, sed de alio plane Monasterio, ædificari his temporibus in parœcia *Reså* excepto (ac postea, antequam perfectum fuisset, plane deserto), luculenter patet.

(401) Hoc Altare, quod cum antea *Sacellum Divæ Virginis* fuisset nuncupatum, postea (*Sacellum &*) *Altare Clericorum* appellabatur, Episcopi nostri tempore (ac ut credere fas est, non sine ejus consilio) per *Nicolaum Lydichini* (*Claus Lydikeson*) fuisse fundatum (verius fortassis locupletatum?), sequentes docet literæ: "Vitherlikit see allom
 "ihôm thetta breff hõra eller see, ath jac *Claus Lydikeson* a vapn,
 "meth vordeliks fadhers j Gudhi Biscop Magnuse och Capituli j Abo
 "godwilia ok samtykkio, haffuer stiktadh ok skipadh i Gudz heder ok
 "umfru Marie, for mina ok minne kære hustru *Cristine Jonise* dot.
 "ther ok vara barna siåla, i Abo Domkirkio, j vare fru koor, som kal-
 "las klårika koor, tre messor, som åvinnelika haldhas skulu i huario
 "wiku; forsth vm monedaghen en siålamássa sungin meth graffs wig-
 "ningena ok vigilie vm aftonen til forinde sunghe; vm Odhinsda-
 "ghen andra messona aff iomfru Marie f. m. dróvillom; vm fredaghen
 "eridia messona aff wars herra Jesu ebristi fam vndom. Thennå mesfor
 "ok Gudz tiånisth skal prebendatus i foride varfru koor foresta ok
 "haldha latha, som forscriffwath år; oc thertil haffua til hielp, epther



M m m

"for:de vördheliks faders Biscop Magnus oc Capituli skipan, *Tre Koor-Clä-
 rika, Doomproastins, Erkediekins ok älte kanunks*, som the mesfor skulu
 "haldha, ok Prebendatus skal met in om thera vigilijs siunga, ok sama *Preben-
 datus skal them for thera årffuodhe epter skeligheeth löna*. Framledhis haff-
 "uer jak for:de *Claus*, met minne erwingie ja oc godh vili, til thenna forseriff-
 "na gudz thiänisth vpheldhe, giffuith ok lach til evinnelika egno forstth en
 "gardh j Abo sunnan vidh gropena, som jak fik aff Mattis Skalenbergh, item
 "n gathuboodh uppa torgith sunnan vidh torgith, item I godz j Le-
 "mu som hether *Hukas*, item hundrade Engilske nobla til nokath fasth
 "ingeldh ath köpa, oc hwat jac ok flere mina wener kunnom mera
 "ther til lägia ok hielpa, thet wiliom vi gerna göra. Alth thetta forseriffna
 "seal optha nempdher varefru Prebendatus foresta oc i wario, halftva,
 "nythia ok bruka, thenna forseriffna gudz thiänisth ok sik sielfuom
 "til vpheldhe, *samuedh som annath thet the prebende tilhöriv*. Ty aff-
 "hendher jac mik ok minom arffuom al thenne for:de stykke, ok ski-
 "oar oc egnar them meth allom räth til forseriffna mesfor ok gudz
 "thiänisth vphelde til ewinnelika egno. Til alla thessa forseriffna
 "stykke mera visfo oc vithnisbyrdh, bidher j ic mina nesthe venir, som
 "äru *min brodher Bencth Lydikeson, min son Henrik Clausson, mina
 maga Henric Sverdh, Jonis Olafson, Henric Pitz (Bitz), Jeppe
 Korke (Kurek) och Henric Olafson*, hengia sin incigle meth mino for-
 "thetta breff, som scriffuith år j Abo, areno epthe gudz byrdh MCD-
 "XXXV:o, ipso die beati Vincencii Martiris". (*Reg. Eccl. Ab. Fol. 183*).
 Exstitisse jam in Ecclesia Cathedrali, ante factam hanc donationem,
Chorum & Præbendam Divæ Virginis, adeoque *Nicolaum Lydichini*
 primum ejus conditorem non fuisse, ut Auctor contendit, ex his lite-
 ris satis patet; nisi jam antea instituisse dicas? quod tamen suspicandi
 monumenta nostra ansam nullam suppeditant. In literis quibusdam a.
 1426 datis, (*Reg. Eccl. Ab. Fol. 190*) commemoratur *Petrus Jacobi*,
Prebendatus novi altaris Divæ Virginis (Peder Japson, Prebendatus
til nya varffru altare j Abo Domkirkio), h. e. altaris Clericorum, quo
 nomine ab altari vetere *Divæ Virginis* (quod etiam altare parrochi-
 ale, Sofna Altare dicebatur, vid. supra p. 352 not. 301) distingui fuit
 solitum. Anno 1437, post mortem *Nicolai Lydekeson*, frater suus *Be-
 nedictus Lydechini & filius Henricus Nicolai*, pro domo Aboënsi &
 numerata pecunia a fundatore Altari Clericorum donatis, prædium
Grotelaby (Paræciæ Kumo) ei compararunt, ut sequentes literæ testan-
 tur; "Forē allom them thetta breff hōra eller see kennis jak *Olaff*



"Andrisjon Tolk, met thesfo mino närvarande opno breue, mik haffva
 "giorth, met godom vilia oc beradne modhe, eth iordha schifte oc
 "kop met årligom mannom, *Bentth Lydekson* ok *Henric Clauson*, opa
 "varefru altare vegna, opa *södra sidhona j Abo Domkirkio*, j swa
 "motto, ath jak haffuer oplathit j laglico schifte ok kope for:de var-
 "fru altare alth mith godz j Grotelaby j Kwmo fokn liggjande, met
 "husom, akrom, ångiom, samarkom, scoghom, mwfom, quernom oc
 "quernstadhom, torpom oc torpastadhom, fiskevatnom, utmarkom, I-
 "kornascoghom oc allom androm tillaghom, hwar the helzt kanno li-
 "gia, när by oc fiarre, engo vndan takno, som thy godze rätteliga til
 "hört haffuer ok ån tilhöra kan; fore huilkic godz jac hauer fangat
 "oc anamath aff for:dom erligom mannom *Bentth Lydekson* oc *Hen-
 "ric Clauson*, aff for:da altarens vegna, een gaardh j Abo sunnan
 "vidh gropena, som årlighin man, *Claus Lydekson*, gud hans själ
 "nadhe fik aff *Matthis Skalenbergh*, borgamåster j Abo, oc gaff vnd-
 "her for:da warfru altare, oc ther til scal jak haffua X lasta engh ok
 "IIII C mark Swenska j swadant mynt som nw år gåfih ok gangth
 "j Abo, swa ath halff fempte mark göra fulth for en fulwidugan
 "gamblan engliscan nobel: *hwilka peuinga jak kånnes mik til fulla
 "nögia hawa vpburet aff wördhligom fadher* met gudh, *Biscop Mag-
 "nus* j Abo oc *Capitulo* ther sama statz vppa warfru altare vegna: Thy
 "affhender jak mik, ok allom minom arffwm for:da godz j Grothe
 "met allom råth for:da warfru altare til åvinneliga ågo. Til hwilka me-
 "ra visio bedis jak beskedelige manne *Albertz Nyendorp* ok *Matthis
 "Skalenbergh*, *Borgamestara j Abo*, *Thomas Pedherjon*, *Hårådzhöf-
 "dingia j nider Satagunna*, theras Inciglen met minom egno ath hea-
 "gias fore thetta breff, som scriffuit ok giorth år j Abo, arom epter
 "gudz byrdh MCDXXXVII oppa fancti Thome de aquino dagh". (*Reg.
 Eccl. Ab. Fol. 185*). Paulo ante, *Episcopum Magnum* huic altari pra-
 "dium *Kwala* (paræciæ *Nummis*) numerata pecunia comparasse, repe-
 "rimus (*Ib. Fol. 183, 184*); neque nullam id aliorum quoque liberali-
 "tatem expertum fuit, inter quos *Olaus Johannis* (*Olass Jonisjon*) *Ar-
 chipræpositus Arostenfis*, literis datis *Aboæ*, (ubi natum fuisse apparet)
 die lunæ proxima post uisitacionem b. Marie a. 1458, pro animis pa-
 "rentum suorum eidem donavit hortum in hac urbe, jure hæreditario ac-
 "ceptum (min *Kaalgaard*, som jak årffit haffuer epter myn foråldra)
 A. Fol. 185. *Indulgentiis* quoque *sexcentorum dierum*, a VI *Cardina-
 libus* concessis, novum altare a. 1445 ditatum fuisse, exemplum litera-
 "rum docet ab iis exaratarum (in *Reg. Ecclæs. Ab. conservatum*); e
 quibus, cum D;no A CELSE non innotuisse reperiamus, hæc excerpta

Regum (402), idem valet. *Fraternitatibus* vero quas ti-

M m m 2

na

dabimus: "Georgius tituli Sancte Anastasie, Guilhelmus tituli sancti Martini in Montibus, Alfonso tituli sanctorum quatuor coronatorum, Presbiteri, Prosper sancti Georgii ad velum aureum, Albertus sancti Eustachii, Petrus sancte Marie nove, Dyaconi, sacro sancte Romane ecclesie Cardinales, universis & singulis Christi fidelibus, presentes nostras litteras inspecturis, salutem in Domino sempiternam. . . . Cupientes igitur ut, *altare beate Marie Virginis dicte* (dictum) *Clericorum*, situm in Cathedrali ecclesia Aboënsi, congruis frequentetur honoribus, . . . omnibus & singulis vere penitentibus & confessis, qui dictum altare in Nativitatis, Circumcisionis, Epiphanie, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes & Corporis Domini nostri Jesu Christi, nec non Nativitatis, Annunciacionis, Purificacionis, Conceptionis atque Visitationis beate Marie semper virginis, ac Nativitatis beati Johannis baptiste, duodecim Apostolorum, quatuor Euangelistarum, in singulis diebus sabbati sanctorum Henrici & Erici, ac Katerine, Margarete, Virginum, omniumque sanctorum, & ipsius altaris dedicacione, festiuitatibus & celebritate devote visitaverint annuatim & ad reparationem & conservacionem edificii, calicem, librorum ac aliorum ornamentorum pro Diuino cultu inibi necessariorum, quocienscunque manus porrexerint ad iutrices, *nos Cardinales presati & quilibet nostrum*, pro qualibet ipsarum festiuitatum & celebritate hujusmodi, *Centum dies*, indulgenciarum . . . relaxamus. . . Datum Rome, anno a nativitate Domini MCDXLV, die vero 2da mensis Junii, Pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri, Domini *Eugenii* Diuina prouidencia Pape *quarti*, anno quinto decimo." (*Ib.* Fol. 186).

(402) Hunc *chorum* cum suo *altari* (una cum *Fraternitate*, cujus studio ac liberalitati opes suas maxime debuit) opera inprimis Episcopi nostri fuisse conditum, mox videbimus. Inter benefactores autem suos munificentissimos fuisse reperimus *Henricum Nicolai* (Henric Clauson), Militem, & fratrem suum *Arvidum Nicolai* (Arvid Clauson), nec non patrum eorum *Benedictum Lydechini*; de quorum in alia quoque altaria Ecclesie Cathedralis Aboënsis singulari benignitate sapius jam commemoravimus. Ultimis demum annis officii Episcopalis a *Magno* nostro administrati, (circa a. 1447) *chorum* & *altare Trium Regum* fuisse conditum, monumenta docent; Sic *Henricum*

na cum Altaribus S. *Anna* & *Trium Regum* fuisse institutas Auctor significat, mox quædam monebimus.

Archi-

Clausson a. 1448 huic instituto prædium suum *Ajosinpää* (Parœciæ Masko) consecrasset, literæ testantur legendæ in Diss. supra (p. 396) laudata, *Dotationes altaribus Templi Cathedralis Aboënsis quondam factas exhibente*, p. 9; ubi etiam (p. 8) literæ afferuntur quibus eidem altari patruus suus *Benedictus Lydechini* Molendina sua & piscandi jus in *Kuockala* (Parœciæ Lempelâ) cum terris adnexis, donavit. Anni autem nota (MCD) vitio laborat manifesto: neque enim a. 1400 erectum adhuc erat *Altare trium Regum*, cujus auctor *Magnus* a. demum 1412 Episcopali admotus fuit dignitati, neque *Henricus Clausson*, qui & *Miles* (*Niddare*) & *Legifer* Norfinnix appellatur, illa dignitate ante a. 1441 (in coronatione R. *Christophori*?), aut hoc munere ante a. 1447 ornatus fuisse videtur. Idem *Henricus Clausson* etiam Domum in urbe Aboënsi, & a. 1449 (consentiente uxore sua *Lucia*) prædium *Attulaby* vel *Atala* (parœciæ Nousis) ac prædium *Sorsjala*, parœciæ Wirmo, Altari huic dedit (Ib. Fol. 192). Similiter Patruus suus *Benedictus Lydechini* uxorque ejus *Valburgis Johannis*, a. 1448 (quo ipso literas etiam nuper commemoratas scripsisse, putamus?) prædium *Hadila*, parœciæ Nousis altari illi dono addidit; & *Arvidus Clausson* eidem altari a. 1459 prædium *Sorkis*, parœciæ Eura, consecravit, cujus literas testamentarias subjungimus: "In nomine Domini Amen. Gør jac *Aruidh* "Clausson mith testament aff offta forre betenkt oc vel berodkno modhe, an tha jach är kranker tiil min likam, thaa är jach helbrygd "tiil min siäll ok sinne: Forst giffuer jach gudj, Jömffru Maria, san- "Sta Anna ok alt hymerikis Herrskap mith liff ok mina siäll; giffuer "jach eth godz som jach haffuer köpt j *Äffra* lokn j *Sorkis* by, tiil "the helgha tree Konungha altare j Domkirkiona j Abo, for mina siäll "och mina förältra siäla ok mina käre hustru *Ingebörgh*, *H:r Arvith* "Bentzf. dotther, oc for alla crisna siäla, j sva motto, ath ther skall "bidies for oofs allom ford;om tiil äverdelighe tidhe. Tiil mera visfo "och forvarningha bidher jach verdelighen fadher met gudz nadh *bi-* "scop *Olass*, *biscop* j Abo, *Mester Koorth Domproasth* j Abo, *Benkt* "Lydikson, *Mesther Peder Benedicti*, *Hartvig Jopson*, *Peder Karpalayn*, "Hans Lydener, ath the hengie theris incigle met mina incigle for "thetta breff. Datum *Kyrw* Anno Domini MCDLIX; o Dominica Le- "tare". Ib. Fol. 190.



Archidiaconatus dignitatem, ab Antecessore suo *Berone* institutam, sed tenuibus adeo redditibus sustentatam, ut ejus penitus abolendæ consilia, mox post fundatoris mortem agitentur, Episcopus noster (qui illo ipse functus munere fuerat) non multo post regimen Ecclesiæ Finlandensis susceptum, egregio auctam stipendio denuo restauravit & stabilivit, (403) suoque hoc exemplo alios

M m m 3

etiam

(403) Fidem faciunt ipsæ literæ confirmatoriæ in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 271 reperit, hujusmodi: "Omnibus presens scriptum cernentibus *Magnus* Dei gracia Episcopus Aboensis salutem in Domino sempiternam. *Dudum Reverendus* in Christo pater & dominus, *Dominus Bero*, bone memorie *predecessor noster*, pia motus intencione, *archidiaconatum de novo in ecclesia Aboensi*, in qua nullus prius fuerat, *erexit, fundavit, & quamquam tenuiter, tamen nichilominus inchoavit, nec non personam honorabilis viri, Magistri Henrici Magni pie memorie, in eodem Archidiaconatu instituit eumque Archidiaconum Ecclesie Aboensis esse & dici voluit cum effectu; assignans eidem pro corpore prebende archidiaconalis, de consensu capituli sui, quatuor predia parrochia *Saw* sita de sub mensa episcopali, duo videlicet in *Padhas* & duo in *Lapmark, Tlistaro* videlicet & *Hemböle*, sperans hujus redditus per successores suos & alios, maxime autem per eundem beneficii possessores, in futurum melius augmentari. Cumque *deus Reverendus pater carnis post hoc debitum persolvisset, & nos Magnus, qui tunc eiusmodi Archidiaconatus fungebamur officio, ad pastorale regimen licet immeriti vocaremur vel vocati fuisset, Capitulares qui pro tempore erant, Archidiaconatum ipsum tunc per nostram, ut premittitur, assumptionem vacantem vel in proximo vacanturum, tucius estimabant penitus supprimendum quam cum pudore & verecundia debiliter sustentandum. Postquam vero nos, diuina opitulante clemencia, munus consecrationis apud sedem Apostolicam fuisset adepti, reuolvere cepimus inter nos cum fratribus nostris pietatem motivi predecessoris nostri parte ex una, ex altera autem *Icelandum*, quod tunc potuisset oriri, si factum tam solenne patris ac domini nostri, non absque prouida deliberacione procul dubio inchoatum, fuisset per nos tam leviter irritatum. Quantus etiam honor Deo & ecclesie inde proveniat, si prelatura illa poterit in statu debito conservari. Nos itaque episcopus *Magnus* de pleno consilio ac un-**

etiam ad eandem liberaliter sublevandam excitavit (404).

Ad

“animi consensu venerabilium fratrum nostrorum Capitularium, in ad-
 “torio altissimi spem habentes, prefati venerabilis patris laudabile
 “propositum continuari ac prosequi intendentes, ad honorem Dei &
 “Domini nostri Jesu Christi sueque sanctissime genitricis Marie ac bea-
 “ti Henrici patroni nostri, Archidiaconatum sepeditum, per prede-
 “cessorem nostrum taliter ut presertur inceptum, ex nunc auctoritate
 “ordinaria innovamus, confirmamus atque in perpetuum stabilem decer-
 “nimus in hiis scriptis. Assignantes eidem Archidiaconatui pro corpo-
 “re Prebende, ex consensu Capituli nostri, primo de sub mensi epi-
 “scopali prenominata quatuor predia in parrochia *Saw* sita, que etiam
 “predecessor noster illi deputauerat in prima sui fundacione; Deinde
 “decimas episcopales de antiqua *Nowis* & predium in *Nummis* ejus-
 “dem parrochie; Item de bonis sancti Henrici predium *Wesunda* par-
 “rochie *Hattola*, & predium quod situs *Henricus* habuit iuxta eccle-
 “siam *Nowis*; Insuper & predium *Norramark* parrochie *Ullby*, quod
 “Magister *Henricus Magni* pie memorie supradictus tempore suo con-
 “tulit mense Archidiaconi, & predium *Monos* in *Lemmo*, quod nos
 “dicte mense contulimus, in minoribus constituti. Et quia hujus pre-
 “lature corpus de bonis mense nostre episcopalis ac etiam de bonis
 “seu prediis ecclesie nostre majoris aliisque piis donacionibus excisum
 “dependet, ideo *nobis ac successoribus nostris Archidiaconi supradi-*
 “*cti provisionem confirmationem, Capitulo vero ejus electionem reserva-*
 “*mus, salva nobis semper facultate, si que potestas ecclesiastica siue se-*
 “*cularis in hujus laboris nostri messem falcem suam mittere disposuerit,*
 “*prelaturam ipsam, eius corpus siue prebendam, de nostris ut premis-*
 “*sum est, exiguis facultatibus innovatam, cassandi, annullandi & ad*
 “*ordinationem nostram libere revocandi.* In cujus Confirmationis, in-
 “novationis seu Decreti evidenciam firmiorem, Sigilla nostra, tam E-
 “piscopi quam Capituli, presentibus duximus appendenda in testimoni-
 “um premissorum. Datum Abo anno incarnationis Dominice Mille-
 “mo — (reliqua defunt), Historiam institute hujus Prelature hinc lit-
 “teris exhiberi accuratam, eaque omnia, que & hoc loco diximus & su-
 “pra (p. 402, not. 355 & p. 425) disputavimus confirmari, patet; pru-
 “denterque Episcopum cavere voluisse, ne Capitulo invisus aut adeo pe-
 “grinus Candidatus, obrudi unquam posset; qualia exempla nec in
 “Suecia erant inaudita.

(404) Sic *Johannes Anundi*, Episcopi nostri in Archidiaconatu



Ad sex *Canonicos* quibus gavisa hæcenus Ecclesia sua fuerat quatuor addidisse, ita ut jam decem fierent, cum Auctor docet, per auctum sensim Præbendarum numerum hanc Episcopo Capituli sui amplificandi opportunitatem oblatam fuisse, conjicere licet (405)? De *Choralibus*, quorum

successor, (de quo supra p. 437, not. 394), mensæ Archidiaconi donavit a. 1422 prædium suum *Biörnaby*, parocciæ *Sund* in Alandia: ea tamen conditione, ut affinis suus (*Mågh*) *Petrus Storkeri* (*Peder Storkersson*?) cum suis posteris possessionem terræ conservarent, quamdiu Archidiacono quotannis V mareas pecuniæ ("arlikit landgåld v marker peninga, swa got mynt, at IIII march Swenka göra fult fore en fulwikngan Engilskan nobel), & dimidiam tonnam cerevisiæ, cum cibo ei respondente ("en halff tunna ööl, met allow kost ther tiil hörer, for aarliga gingerd"), Litteræ suæ servantur in *Reg. Eccl. Ab.* Fol. 273.

(405) Commode enim, ubi tales Præbendæ viris demandabantur dignis viris qui Capitulo associarentur, hi utroque fungi genere poterant officiorum, cum sibi ut Præbendatis, tum ut Capitularibus injunctorum, atque Abæ præsentis manere. Vidimus jam Ecclesiam Aboënsis locupletatam fuisse altaribus 1. *Divæ Virginis s. parochiali*, (supra p. 352 not. 301) 2. *S. Sigfridi* (p. 352 -- 354). 3. *S. Bartholomæi* (p. 363 not. 322.) 4. *S. Catharinæ* (p. 351 sq. & 361). 5. *S. Henrici & S. Erici* (p. 352 sqq. not. 353). 6. *S. Laurentii* (p. 401, not. 353 fin.) 7. *Corporis Dominici* (p. 429 -- 46). 8. *B. Johannis* (p. 417 not. 394). 9. *B. Georgii* (p. 437 sqq. not. 395). 10. *Animarum* (p. 442). 11. *S. S. Petri & Pauli* (p. 444, not. 399). 12. *S. Annæ* (p. 444 sq. not. 400). 13. *Divæ Virginis s. Clericorum* (p. 452 not. 401). 14. *Trium Regum* (p. 455 not. 402). Accedunt Præbendæ *Præposituræ & Archidiaconatus*. Non tamen vel solis Canonicis (Capitularibus) omnes has Præbendas (quæ numero illos etiam vincebant) fuisse collatas, vel omnes Canonicos hujusmodi altaribus præfuisse, contendimus. Multi Canonici adhuc administrabant Ecclesias rurales, nonnunquam ab urbe Aboënsi longius remotas; alii dignitate aliqua ecclesiastica in Svecia simul fungebantur, &c. Utrum harum Præbendarum plures uni solerent olim apud nostros deferri, non potuimus hæcenus reperire; nisi quod post Reformationem Ecclesiæ inceptam talia exempla occurrunt.



)

(



Tandem hoc loco observamus, *Præbendæ atque Altaris memoriam* in vetustis monumentis exstare, a *Proconsulibus & Consulibus civitatis Aboënsis*, tempore *Magni Episcopi*, in Ecclesia Cathedrali conditi, cui *S. Trinitatis* nomen inditum fuit; cujus Altaris cæterum neque Auctor noster ullam mentionem facit, licet in laudibus Episcopi celebrandis diligentissimus, neque tempore Reformationis vestigium superfuisse ullum deprehendimus, quodque igitur interim evanuisse existimandum est. Ipsas literas Episcopi confirmatorias subjungimus: "Nos *Magnus Dei gracia*
 "Episcopus Aboënsis, univērsis & singulis quorum interest, notum faci-
 "mus per presentes, Quia cum circumspēcti viri *Proconsules & Consu-*
 "les civitatis nostre Aboënsis, pro sua suorumque successorum salute,
 "nec non pro totius communitatis sue felicibus incrementis ac prospe-
 "ritate salubri, *Altare* quoddam in honorem *sanctæ & individue Trini-*
 "tatis, petita prius super hoc a nobis licentia & optenta, in ecclesia
 "nostra Aboënsi fecisse, instituisse ac fundasse noscantur, assignantes ei-
 "dem altari pro dote, redditus *XXVIII marcas annui census monete*
 "currentis, quos pro sustentatione altariste seu præbendati eiusdem al-
 "taris, qui pro tempore fuerit, deputavere annuatim a se & ab eorum
 "successoribus sublevandos in promptis: Nos igitur pia vota dictorum
 "consulium attendentes, quod ex una devota intentione procedunt, de
 "consilio & consensu Capitularium, fundacionem ipsam, tamquam iu-
 "stam ac rationabilem, in Dei nomine approbamus, ratificamus atque
 "auctoritate ordinaria confirmamus, decernentes eam perpetuis tempo-
 "ribus in suo robore permansuram. In cujus confirmacionis eviden-
 "ciam pleniorē, ad instanciam dicti consulatus, fecimus hanc pagi-
 "nam nostri *Sigilli Maioris* appensione muniri. Datum apud ecclesi-
 "am nostram anno" --- (Reg. Eccles. Ab. Fol. 200). Reliqua de-
 "sunt; ita ut neque a quo Episcopo *Magno* literæ datæ sint, scire li-
 "ceret, nisi nostrum fuisse, ex collatione eum literis sequentibus (*ibid.*
 "Fol. 140 reperiundis) instituta, apparet: "Allom them thetta breff
 "see eller hōra, hālfar jac Gwnnar Joanson, borgare j Abo, åverde-
 "lica met Gudhi. Kānnes jac vppenbarlica met thesso mino opno
 "breffue, mik vara skylloghan hedherlikom herre, *Rodgere*, Domp-
 "ast j Abo, fāmtigi Ångilske nobla, alla fulwiçtoga, for hwilka L no-
 "bla jac Gwnnar fāther til pant for:de Herre *Rodgere* alth mith godz
 "j *Tlisköld* oc *Sormiårsvi* byom liggjande j Bernaa sokn, met hws,
 "akrom ok engiom, skogom ok fiskevatnom, når by ållår siårre, j vaa-
 "to oc j thorro, engo vndantagno, som thom godzom nv oc aff al-
 "der h fuer tilligat, met swadana forskålum, at Herre *Rodgere* Dom-
 "proast, eller hans aruum, scal j handom hafua oc forstaa oc nytia

rum similiter numerum cum sex haftenus fuissent, ad decem, Episcopi nostri cura atque consilio excrevisse Auditor tradit, mox quaedam disputabuntur.

Splendor cultus publici in Ecclesia Cathedrali (ut auctum Altarium & Ministrorum numerum jam taceam) quantopere a nostro amplificatus fuerit, atque sic ad eam perductus formam, quæ perfecta, pro iudicio illius ævi haberetur; narratio Auctoris abunde demonstrat (406), qui *Magnam* non modo (supra p. 18) "*horas de sancta Cruce & passione Dominica ad singulas Canonicas horas*" legi per totam Diocesim instituisse ait, sed etiam (p. 21) in "Ecclesia Cathedrali statuissè, a *Missâ Auroræ* inchoando, "ulque ad *summam missam* terminando, omnibus *horis intermediis* in perpetuum *Missas speciales*, ita quod nulla "hora intermedia absque missa præteriret" (407).

N n n

In-

"tóm fornempdom godzom swa länge at jae åller mina arfua til takka oc nõgio betalar fornempda herre Rodgere åller hans arfwõm "the for:da fämtigi nobla. Til thessa breff viffa oc vitnisbõrd bedher "jæc goda mån, *Andris Rõmare*, Borgamestare, oc *Michel Swarta*, "Radman j Abo, oc *Herre Ragwald Gwunnarson*, *myn syflingha* oc "*Sancte Trinitatis Capellan j Abo Domkirkio*, hångia sin incigle met "mino egno Incigle fore thetta breff, som scriffuit oc giffuit år j Abo, "anno åpther Gudz byrd MCDXX, vm sancti Johannis baptiste dagh". Ergo institutum hoc aliquando viguisse, certum est; quando autem & ex qua causa cessaverit, penitus nos latet.

(406) Unde autem Rev. RHYZELIUS didicerit, quod in vita nostri (p. 334), affirmat, res Dioceseos Aboënsis, sub antecessoris Ep. *Beronis* senectute, in statum turbidiorem abiisse, nos latet.

(407) *Horas* de S. Cruce, preces significare, quæ de hoc argumento cantabantur, notum est. *Horæ* autem *Canonicæ*, (explicante D:ño DU. CANGE, *Glossar.* sub hac voce) sunt "*officia* diurna quæ in ecclesiis fideles psallendo exsequuntur, sic dictæ quia certis horis recitari debent juxta *canones & regulas S. S. Patrum*, Hæ autem *septem*

Indulgentiis quoque uberrimis Ecclesiæ suæ comparatis, reditus atque opes ejus augere studuisse comperimus: cujus rei testes Literæ supersunt, partim VII Episcoporum Sveciæ *Nicolai Archiep. Upsalensis*, *Nicolai Episc. Lincopensis*, *Svenonis Scarensis*, *Thomæ Strengnensis*, *Magni nostri Aboënsis*, *Olavi Arosiensis* (& *Laurentii Wexionensis*) datæ *Sudbercopie* a:o D:ni MCDXL primo (408); partim *Alexandri*, titulo S. Laurentii in Damaso, Romanæ

“numero sunt, *Matutina*, *Prima*, *Tertia*, *Sexta*, *Nona*, *Vespera*, “*Completorium*.” Comparatque nomina Anglo-Saxonica: *Uthsang* (Cantus antelucanus), *Primsang* (Cantus matutinus), *Untersang* (C. tertianus), *Middågsang* (C. Meridianus), *Noufang* (C. nonalis), *åfsang* (C. vespertinus) & *Nihtsang* (Cantus nocturnus). *Missam* autem *Auroræ* eandem esse, quæ etiam *Matutina* audit, per se patet; *Summam* missam nescio utrum *Meridianam* explicare debeam, an *Completorium*? *Horæ* intermediæ sunt omnes inter *Canonicas* interjectæ. *Missæ speciales* sunt *Privatæ*, (etiam solitariæ) publicis & solennibus oppositæ.

(408) *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 70 sq. Hæ pertinebant non modo ad Ecclesiam Cathedralē, sed ad omnes omnino *Diœceseos Aboënsis* (etiam *parrochiales* & *capellas eis annexas*); promittebantque omnibus, qui certis enumeratisque nominatim diebus festis, “pro missis, *predicationibus*, matutinis, vesperis aut aliis diuinis officiis deuote audientibus convenissent, aut singula altaria ---- visitavissent, pariter & *Ave Maria* aut aliam quamvis deuotam oracionem dicendo, sive *luminaria*, *ornamenta*, *jocalia*, *vestes*, *libros*, *calices*, *corporalia*, *pannos*, *pecuniam*, *predia*, aut alia quecunque necessaria ad ipsarum --- sustentacionem obtulerint, sive in festo beati Martini & *linguis diebus rogacionum*, missis & processionibus fieri consuetis cum deuotione interfuissent, sive ipsas -- pro defunctis orando circuierint, sive in pulsatone campane beate virginis Marie aut vespere in dictis ecclesiis & *capellis flexis genibus tot ave Maria* & *Pater noster* dixerint, ---- “*XL dierum indulgentias*.” Rationem autem hujus gratiæ hanc afferunt, quod incolis hujus *Diœceseos* “per magnas locorum distantias & vario *difficilium viarum anfractus ecclesiarum* & *loca indulgentialia visitandi* *commoditas amitteretur & facultas*”.



næ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis (409, datæ in *Riincfeldia* Dyoceſis Baſilienſis, a:o D:ni Milleſimo quadringentefimo quadrageſimo tertio, die vero undecima menſis Aprilis (Pontificatus Felicis Papæ quinti anno tertio); partim *Synodi Baſilienſis*, datæ Baſileæ VIII iduum Martii, a:o a nativitate Domini Milleſimo quadringentefimo quadrageſimo tertio (410); partim denique Papæ *Eugenii* IV,
 N n n 2 da-

(409) Ejusdem, cujus aliam Bullam, in favorem *Capellæ Corporis Chriſti* datam, ſupra (p. 435 not. 392) attulimus. Eodem die utraque ejus Bulla data eſt; atque poſt anni notam (MCDXL) vocabulum *tercio* in priori illo exemplo excidiſſe, annus Pontificis expreſſus (Pontificatus -- *Felicis* Pape quinti *anno tertio*), manifeſtum facit, quod obſervare obliti ſumus. Meminit hujus Bullæ etiam Nobil. A CELSE (*Appar. ad Hiſt. Svio-Goth.* Sect. I p. 187, §. LXIII, n. 2); ſed Cardinalem & Legatum Pontificium *Julianum* vocat, per errorem, ſine dubio? Notari autem ſequentia Cardinalis verba merentur: "Cum itaque, ſicut accepimus, eccleſia Cathedralis Aboenſis *Ruthenorum* & aliorum Chriſti fidem perſequencium hoſtilitate, gueris ac eci:m difſertunio cauſantibus, *bis ignis voragine retroactis temporibus miſerabiliter concremata* pariterque conſumpta fuit, & nondum debite reedificata, ipſiusque edificia ruinam (ruinarum?) & fiſſurarum deformitatem, ornamenta quoque eccleſiaſtica inibi conſumpciones paciuntur non modicas, & ad gravioris deſolacionis periculum formidantur dieticim peruenire; & ad quorum reparacionem & reſtauracionem ac ornamentorum & paramentorum eccleſiaſticorum huiusmodi recuperacionem & conſeruacionem cum facultates fabrice ipſius eccleſie nullatenus ſufficiant, pia Chriſti fidelium ſuffragia ſint non mediocriter oportuna: &c." Concedit igitur eccleſiæ noſtræ benefactoribus "de theſauro eccleſie militantis *ſeptem annos indulgenciarum* & totidem quadragenas, de iniunctis eis penitenciis." (*Reg. Eccleſ. Ab.* Fol. 69).

(410) Habetur Bulla in *Reg. Eccleſ. Ab.* Fol. 66. Meminit ejusdem etiam Nobil. A CELSE l. c. Etiam in hac miſerabilis Eccleſiæ Aboenſis conditio depingitur: "Cum itaque, ſicut accepimus, eccleſia Aboenſis, que ſub honore & vocabulo beate Marie, ſanctorum Henrici & Eriſi fundata & conſtructa dicitur pariter & dotata, fortuito accidente caſu, infra paucos annos bis ignis incendio lamentabiliter de-

data Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis Domini-
nicæ Millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto,
Kalendis Junii, Pontificatus sui anno quinto decimo (411).

Diligentiam suam in ornamentis Templo Ecclesiæ-
que Aboënsi varii generis (quæ sæculi pietas maximi fe-
cit) comparandis, ex instituto mox considerabimus (412).
Quod vero Templum ipsum (una cum Urbe & Cœno-
bio) a. 1429 incendio infelici afflictum, intra XXX an-
nos ab Episcopo nostro non modo instauratum, sed e-
tiam

“vastata, nec non & alias per infidelium Ruthenorum, qui partes illas in
“illorum confinibus consistentes, prohdolor plurimum infestant & extermi-
“nare laborant, crebros incurfus & inuasiones, suis Clenodiis, jocali-
“bus, libris, campanis, ornamentis & paramentis ecclesiasticis, ad di-
“uinum cultum requisitis, depredata ac fere in totum destituta fore
“noscat, adeo quod vix spes subest ipsam ecclesiam in suis edificiis
“& structuris reparari & conseruari, nec non clenodiis, jocalibus, li-
“bris, campanis, ornamentis & paramentis huiusmodi restaurari & ad-
“ornari posse, nisi piis Christi fidelium suffragiis & elemosinarum lar-
“gitionibus subueniatur ibidem &c.” Promittuntur igitur ejus benefactori-
bus & visitatoribus, *duorum annorum & totidem quadragenarum* in-
dulgentiæ. Ultima verba nostri exempli, ita corrupta sunt, ut sensum
eorum ægre expiscari liceat; bene autem est, quod neque hodie ma-
gni res sit momenti.

(411) In *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 66 legendæ. Harum noticia caruit
Nobil. A CELSE. Similes superioribus querelas, de infortuniis & in-
opia Ecclesiæ Aboënsis continent; ac ejus benefactoribus *septem annos*
& *totidem quadragenas* de iniunctis eis penitentiis, remittunt. Haud
neglexisse nostros, quo misericordiam excitarent majorem, Ecclesiæ suæ
malâ vehementius deplorare, credas; nec parum opis ad fortunam illam
florentiorem, quam per *Magni* nostri curam adepta fuit, promovendam
Indulgentiarum huiusmodi nundinationem contulisse, existimare debemus,

(412) Annot., (zz) & (aaa).

tiam in meliorem conditionem perductum Auctor dicit, meritæ illi laudi tribuitur (413).

Neque commodorum Sedis Menlæque suæ Episcopalis, antecessorum suorum exemplo tuendorum augendorumque, studium atque curam neglexisse, reperimus. Ut recuperatum, post longas lites atque contentiones, Episcopis Aboënsibus Jus Patronatus in parœciam Borgå, atque Curiam Episcopalem in urbe Aboënsi primum ædificatam, hoc loco prætereamus, infra de iis diligentius disputaturi (414); Castrum *Kustö* pro majori parte a nostro exstructum fuisse, Auctor testatur, hoc est, ut putamus, lateritio muro, loco ædificiorum hæctenus magnam partem ligneorum, ornatum atque munitum (415)? Deinde immunitatem ab oneribus tributisque publicis, liberalitate R. *Caroli* prædiis pluribus in Alandia sitis atque ad mensam Episcopalem pertinentibus comparavit (416); jus Episcopi Ecclesiæque Cathedralis Aboënsis in

N n n 3

præ-

(413) Præter Ecclesiam Cathedralem, urbem quoque Aboënsis, & Cænobium conflagrasse, MESSENIUS recte tradit (*Scond. T. X p. 19*). Haufit ex veteri Chronologia, qualem exscripsit etiam PALMSKÖLDIUS *Arch. Vol. Åbo och Åland p. 253*, ubi legitur: *Aboënsis civitas cum ecclesia cathedrali & claustro a. 1429 combusta ex incendio*. Exemplum hujusmodi Chronologiæ, (initio seculi XVI, ut videtur, scriptum), quod possidet Cel. NORDIN, iisdem fere verbis habet: *A:o D:ni MCDXXIX combusta est ecclesia Cathedralis Claustrumque & civitas Aboënsis ex incendio*. Ex eodem fonte utrumque fluxisse exemplum, manifestum est. Reparandi diligentiam ad civitatem atque cænobium (cujus etiam hic ut unici in urbe nostra fit mentio!) non minus quam ad Ecclesiam ab Episcopo fuisse extensam, MESSENIUS liberaliter addidit.

(414) Adnott. uu) & yy).

(415) Cfr. supra p. 216 not. (88); & MESSENI *Scond. T. X p. 19*, sub a. 1431.

(416) Litteræ Regis testantur, datæ *Stockh. Dominica infra octavas Johannis baptiste anno Dni MCDL*; quas typis exprimendas cu-

prædia quædam Uplandica, diu controversum, feliciter
 aſſeruit, atque in prædia alia, hic in Finlandia ſita trans-
 latum, publicis literis confirmari curavit (417; jus Epi-
 ſcopi Aboëniſis ſalmones in fluvio Kymmenenſi piſcandi,
 defendit (418), &c. Neque exiſtimari debet, Bullas quæ
 ſu-

ravimus in *Foliis hebdom. Ab.* (Libn. utg. af et Säkſkap i Åbo) a.
 1785, Append. p. 80 (ex *Regiſtro Eccl. Ab.* Fol. 112 deſcriptas).

(417) *Medelby & Kakunäs*, prædia in Uplandia ſita, quæ olim
 Eccleſiæ Aboëniſi donaverat Epicoſopus *Hemmingus* (cfr. ſupra p. 258
 not. 162), ſed poſtea villæ Regiæ (*Ladugården Wäldhä l. Wädla*,
 quæ obſcura nobis nomina ſunt, aut locus ipſe non ſatis ſanus?) pro-
 pe Stockholmiæ ſubjecta fuerant, ſententiâ Judiciali Senatus Regni,
 ad Epicoſopum Eccleſiamque Aboëniſem de jure pertinere, agnitum fuit;
 cum autem iis terris villa regia carere non poſſe videretur, prædia tria
 Coronæ (quorum duo tantum nominantur, *Vanhalinna* in parœcia
Lundo & Katavakangari in parœcia *Pijkis*) circa Aboam ſita, illarum
 loco Epicoſopo concedebant noſtro; cujus tamen permutationis vel ple-
 ne ſtabiliendæ vel reſcindendæ poteſtatam Regi, cum in Regnum eſſet
 rediturus, Senatores reſervabant. Sententiâ ipſa, data a. 1438, die S.
Birgittæ, legi poteſt typis expreſſa in *Fol. Hebdom. Ab.* l. c. (a. 1785
 Append.) p. 27 ſq. (deſcripta e *Reg. Eccl. Ab.* Fol. 156).

(418) Sententias binas judiciales, hujus rei teſtes, legere licet in
Foliis Hebdom. Ab. nuper citatis, a. 1785, Append. p. 63 ſq. & p. 66
 ſq. (deſcriptas e *Regiſtro Eccleſ. Aboëniſ.* Fol. 148 & 149: ubi *Conven-
 tio* etiam (ut vocatur) inter Dn. *Magnum* Epicoſ. Aboëniſem & Ruſti-
 cos in Abborafors, de hac piſcatura, a. 1442 facta, habetur. Venerant
 in uſum hujus juris Epicoſopi Aboëniſes antiquiſſimis jam temporibus,
 quod ex literis intelligi poteſt R. *Magni*, a. 1357 datis (quarum ſupra
 mentionem facere oblitus ſumus), e quibus ſimul patet, *quartum*
 quemque *piſcem* in illo amne (ac ſimiliter, putamus, in reliquis fluviis
 majoribus) captum, tributis loco Regi olim ceſſiſſe; grave certe tributum,
 a quo pendendo Rex Epicoſopum Aboëniſem liberavit. Tales autem ſunt:
 “*Magnum* Dei gracia Rex Sveciæ, Norwegiæ & Scaniæ, omnibus preſens
 “ſcriptum cernentibus ſalutem in Domino ſempiternam. Noveritis, quod
 “nos venerabili in Chriſto patri, D;no *Hemingo*, miſericordie Divini
 “Epicoſopo Aboëniſi, cuius utilitates & commoda proſequi volumus fa-



)

467

(



superfunt binas, alteram Synodi Constantiensis (datam Constantiæ VII Kal Julii anno a nativitate Domini MCDXVII), alteram Papæ Martini V (datam apud urbem veterem II Kal Decembris, Pontificatus sui anno tertio, h. e. 1419), Antistiti nostro hanc diligenter administratorum bonorum Episcopaliū laudem, auferre; quamvis de revocandis mensæque Episcopali restituendis bonis quibilibet, ab illo vel prædecessoribus suis Episcopis Aboënsibus inde abalienatis, agant: quod enim in simili exemplo supra significavimus (p 365), encyclicas videri, nec tam remotas has terras, quam australiores Europæ partes proxime spectasse, id de Bullis æque his atque illis, confidenter asserere jam non dubitamus. Quum vero duarum harum Bullarum nulla apud Dn. A CELSE mentio fiat, brevem earundem descriptionem subjunximus (419).

To-

“voribus graciosis, graciōse duximus concedendum, quod piscaturam
 “suam in Abborafors a modo libere habeat sine solutione cuiuslibet quarti
 “piscis, quem atenus (hactenus) sicut alii consueverat erogare: prohibentes firmiter & discrete, ne quis advocatorum nostrorum, eorundem officialium, seu quivis alius, cuiuscunque conditionis aut status existat, predictum D: num Aboensem H. contra tenorem presentis presumat quomodolibet impedire, prout gratiam nostram diligere voluerit & favorem. Datum in castro nostro Aboensi anno D: ni MCCCLVII, feria tertia ante nativitatem beate virginis” (Ib. Fol. 149 sq).

(419) Prioris initium (ad Episcopum Revaliensem transmissæ) tale est: “Sacrosancta & generalis synodus venerabili fratri Episcopo Revaliensi salutem & Dei omnipotentis benedictionem. Ad audienciam nostram pervenit, quod tam venerabilis frater Magnus, Episcopus Aboensis, quam predecessores sui Episcopi Aboenses qui fuerunt pro tempore, decimas, census, redditus, terras, domos, possessiones, præta, pascua, nemora, grangias, molendina, iura, iurisdictiones & nonnulla alia bona ad mensam suam Episcopalem spectantia, datis super hoc litteris, confectis exinde publicis instrumentis, interpositis iura-

Totam denique Diocesim Clerumque suam quanta cura complexus sit, non modo parva huic privilegia (420), acquisita Ecclesie Cathedrali nova pradia (421),
con.

"mentis, factis renunciacionibus & penis adiectis, in gravem ipsorum
"episcopi & mensē lesionem, nonnullis clericis & laicis, aliquibus co-
"rum ad vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus, & aliis per-
"petuo ad firmam vel sub censu annuo concesserunt &c." Hæc itaque
omnia rescindi, gravibus verbis jubentur. Posterioris hoc initium est:
"Martinus Episcopus --- venerabilibus fratribus *Scarensi* & *Strengia-*
"*rensi* (Strengnesensi) Episcopis salutem &c. Ad audienciam nostram
"pervenit, quod tam venerabilis frater noster episcopus Aboensis, quam
"predecessores sui, --- decimas, terras, domos, vineas --- concesserunt,"
&c. De quorum deinde omnium honorum revocatione grave manda-
tum subjicitur. Legi possunt in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 36.

(420) Privilegium R. *Erici*, a. 1417 Ecclesie Cathedrali, Episco-
po, Prelatis, Ecclesiis, Altaribus & Clericis omnibus Finlandensibus da-
tum, legi potest in *Fol. Hebdom. Aboënsibus* (Edn. utg. af et Säll-
stap i Åbo) a. 1785 Append. p. 73; & Regis *Christophori*, ejusdem ge-
neris, lb. p. 60; utrumque descriptum e *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 26.
Sed R. *Christophorus* aliis etiam literis, Latine scriptis, (eodem anno
1441, Regni sui Svecici I, die exaltationis S. Crucis datis) multo u-
berioribus & accuratioribus, totam Ecclesiam Svecanam in tutelam re-
cepit, libertatibusque & immunitatibus maximis ornavit; quarum e-
xemplum legitur ibid. Fol. 28 sq. Cfr. LAGERBRING *Svea Rikes*
Hist. 4 Del, 7 C. 5 §. p. 365. Porro Privilegium R. *Caroli* Ecclesie
Fennicæ datum, habetur in commemoratis nuper *Foliis hebd. Ab.* l. c.
p. 79 (ex *Reg. Eccl. Ab.* Fol. 29). Pertinent hæc etiam ejusdem Re-
gis literæ, quibus *Presbyteriis* (Prestaborden) in *Alandia* immunita-
tem ab omnibus tributis publicis, monente atque postulante Episcopo
Magno, concessit; legendæ in iisdem *Fol. Hebd.* l. c. p. 81, (ex *Reg.*
Eccl. Ab. Fol. 112); ut hujusmodi libertates singulis prædiis ecclesia-
sticis a Regibus subinde concessas, taceamus, quales sunt R. *Erici*
in citatis sæpe *Foliis hebd.*; legendæ a. 1785; N.º 21, p. 161; Cfr.
etiam quæ infra Adnot. ccc) porro monebuntur.

(421) Quæ non attinet enumerare. Altaribus quoque olim jam
conditis, ut *Parrocchiali* & S. *Laurentii* novos redditus accessisse, Do-
mos ubi Præbendati habitarent, fuisse acquisitas &c. reperimus.



)

459

(



conditæ novæ ecclesiæ (422), Domus Hospitales per Di-
 o o o œce-

(422) Exemplum memorabile habemus in ecclesia *Jockas* Savola-
 xiæ, de cujus initiis, atque simul de ratione curiarum presbyterialium (*Præ-
 stebord*) in universum, his temporibus, literæ Episcopi nostri nosmet
 egregie edocent, legendæ in citatis sæpe *Foliis Hebd. Ab.* a. 1784, N:o 49, p.
 385 sqq. Quin literis Indulgentialibus plures Diœceseos suæ ecclesiæ, ad ea-
 rum ædificationem adjuvandam, damna reparanda &c. munierit, dubi-
 tandum non est; licet memoria aliarum hodie non supersit, quam quas
 Ecclesiæ *Ulfzby* eum concessisse, ex fragmento epistolæ discimus a Præ-
 pos. *Biörneburgensi Gabr. Arctopolitano* ad Præpos. *Hvittisensem And.
 Keckonium* a. 1667 datarum, quod conservavit nobis *Pet. Fortelius* in
Diss. de primis initiis Biörneburgi p. 11 sq. Ostendit illa Epistola,
 quanta mellis monumentorum vetustorum in antiquioribus patriæ no-
 stræ Templis medio adhuc seculi superioris superesset; si majores no-
 stri vel mediocri rerum nostrarum illustrandarum atque memoriæ illa-
 rum conservandæ tacti cura fuissent, præclaram antiquitatibus nostris
 lucem fœneratura! Sed interveniens crudelis Russorum irruptio atque
 dominatio istas divitias dissipavit & exterminavit. Inter literas veteres
 in dicta Epistola enumeratas, atque ad ecclesiam *Biörneburgensem* per-
 tinentes, nullo quidem dubio nobis obnoxia videntur Episcoporum A-
 boënsium *Ragvaldi* a. 1311 de fundatione templi in *Liikis* seu *Ulfzby*,
Benedicti a. 1332 de templo lapideo in *Liikis* extruendo, *Hemmingi*
 a. 1347 de cimiterii in *Ulfzby* consecratione, & 1350 de 40 dierum
 indulgentiis, *Johannis* ejusdem argumenti (quarum tamen datarum an-
 nus non editur), & *Magni* nostri a. 1440 aut 1450, (nam 1540, si
 fuit in autographo, de quo dubitamus, sphalma fuisse manifestum, cui-
 que apparet); & *Johannis* Ep. Ab. a:o 1509. Paulo majorem excitare
 debere mirationem videantur literæ Episcoporum peregrinorum, *Jo-
 hannis* Ep. N. anno 1429 (nostri *Magni* tempore Episcopi), datæ *Haf-
 niæ* proxima quinta feria post festum b. Bartholomæi, de templo *Ulfz-
 by*, casuali incendio deleto reædificando, cum indulgentiis 40 dierum;
Brudderi Episc. Libaviensis ejusdem argumenti, datæ *Calmaria* a. 1429;
Petri Archiep. Lundensis, *Sveciæ* Primatis & Apostolicæ Sedis Legati,
 a. 1429, quas ex apographo exscriptas ibidem integras legere licet. Sed
 neque hujusmodi exempla alia non occurrunt, casu aliquo enata. Quod
 vero in eadem *Dissert.* p. 15 de *Loculo (oblatzaff)* narratur argenteo,
 adhuc tum superstiti, hujusmodi inscriptionem præferente, "Denne a:
 Hssen år giord af silfver, som år sumit uti de Sögwålborne Herrar

oecesi instituta (423), Wiburgensis ecclesia Præbendis
novis aucta (424), Cenotaphium S. Henrici in Nouffis
ma-

"nas Salig Herr Finkarnas graf, hwilka äro begrafne år 1139 och
"med Barons Högwälb. Herr Carl Horns omfostnad efter des försåder
"å nyio försårdigat, år 1684," id, quantum ad editum annum sepulorum
veterum illorum *Finkiorum* (1139), adeo absurdum est, ut defendi o-
mnino haud debuisset; nec ad assertionem stabiliendam manifestæ adeo
falsitatis, sufficit testium fidem adferre, inscriptionis verba sic legi
confirmantium, sed doceri debuit auctorem inscriptionis aut turpi er-
rore, aut studio fallendi ductum, rem falsam non asseruisse, aut sphal-
ma adeo in anni notas (1139 pro 1439 vel 1539) non irrepisisse. De
Finckiorum hac gente dabitur fortasse nobis occasio posthac quædam
monendi.

(423) In *singulis suis residentiis* (in *Korois* putamus, in *Kustö*
Aboæ &c.) *pauperes & debiles, cæcos & claudos; Christi fidelium de-*
cimis & suis propriis redditibus enutrivisse, Auctor noster affirmat. La-
tius hanc Episcopi beneficentiam extendit RHYZELIUS, primum scri-
bens (p. 335): år 1423 uprettade han et Hospital eller siuse- och fat-
sigstuga i alla the söfnar i Stichtet, i hwilka han ågde några gårdar
them han monga och mongastades hade; ac deinde addens, at han wid
hwarje Hårad's Lings-stuga, lät spisa et wist antal fattiga. Ducem si-
ne dubio secutus fuit MESSENIUM, qui "circa a. MCDXIII, inquit,
"Magnus Abogensis Episcopus, juxta quamlibet ferme diæcesis suæ ec-
"clesiam, instituit & alit nosocomium." (Schond. T. X p. 19); & in
Chronico Rhythm. Finland. canit: och at han wid Probst-Ryrda hwar
3 sit Sticht et Spetal bygt har (p. 34). Variantes inter se aliquan-
tum singulæ assertiones, quam certo nitantur fundamento, & ænon
ex verbis Auctoris nostri liberalius explicatis omnes enatæ snt? haud
dixerim. Mirum sane videatur, vastioris illius liberaliorisque instituti,
in singulis (fere) parrochiis, vel ecclesiis præposituralibus, vel ædibus de-
nique territoriorum judicialibus, ab Episcopo facti, Auctorem nihil
omnino meminisse!

(424) *Tres R. CAROLUM*, ad ejus suggestionem, in Ecclesia Wi-
burgensi fundasse præbendas, S. *Johannis, Catharinæ & Annæ*, Au-
ctor noster asserit. Literæ autem quarum exemplum exhibuit Ill, LA-

magnifice ornatum (425), atque Cœnobium Nådenda-
lenſe magno ſtudio conditum & auctum (426), demon-
ſtrant.

Privatam ſuam pietatem, (a ſuperſtitione licet ſeculi
haud immunem) quam impenſe Auctor celebrat, ſince-
ram fuiſſe, merito nos quoque credimus; nec dubitamus,
quin ad famam ſibi atque venerationem inſignem con-
ſtantemque comparandam vehementer contulerit: ita ut
haud difficulter etiam ad ſententiam Rev. RHYZELII ac-
cedamus, qui non minus *Magnum* noſtrum quam ante-
ceſſorem ſuum *Hemmingum* meruiſſe iudicat, ut in album
ſanctorum referretur (227). Quod futurum fuiſſe, niſi
interveniẽs ſacrorum apud nos emendatio maleſanis hu-
jus-

O C O 2

GERBRING (Saml. af Handlingar i Sw. Historien, II Del. p. 187
ſq.) docere videntur, Avum R. CAROLI, *Thordonem Bonde*, (*Thord
Bonde Rådriſſon*) Præbendam S. *Johannis & Mariæ Magdalene* in
illa Eccleſia jam pridem inſtituiſſe; cui locupletandæ præbendæ, nepos
ſuus, *Carolus Canuti*, una cum cognatis ſuis, prædium *Dighernås* Ny-
landiæ, poſtea (a. 1422) addebant. Cfr. *Ejuſd. LAGERBRINGII Sw. N.
Hiſt. III Del C. 10, §. 5. p. 811.* Sed fortalliſ deinde Rex *Carolus* hanc
(ut & reliquas?) liberaliſ dotando, auctor dici cunctarum meruit?

(425) De qua re nihil ab Auctore noſtro prodi, miramur. Inſigne
Epiſcopi gentilitium, huic monumento inſculptum, operis perfecti glo-
riam illi haud dubie vindicat; quo autem tempore illud fieri curaverit,
prorſus ignoramus, Cfr. quæ ſupra monuimus p. 349 ſq. & not. 296,
A: 1429 RHYZELIUS confectum aſſerit.

(426) De quibus ejus conſiliis atque curis infra ex inſtituto age-
mus, Adnot. vv).

(427) L. c. Quod iudicium Epiſcopi proteſtantis inexpectatum videri
alicui queat? Sed nihil aliud ſignificare voluit, niſi laudes meritaque
Magni noſtri, quocunq; nomiæ cenſeantur, *Hemmingi* illis inferio-
ra haberi minime debere,

jusmodi Apotheosis finem imposuisset, non improbabili conjectura existimamus: quo facto, nec Miraculorum ab eo, inprimis post mortem, patratorum copiam, vel juratis testibus confirmatorum, defuturam fuisse, certi sumus!

In his privatae suae vitae laudibus celebrandis Auctor occupatus (428), quam perfectae instar virtutis Monachalis proponit, *Peregrinationis* quoque religiosae ad terram sanctam a *Magno* nostro susceptae haud obliviscitur: quod unicum exemplum nobis notum est Episcopi Finlandensis, ad vanum hoc non minus quam periculosum iter, maximosque sumtus postulans, perficiendum superstitiosa temporis pietate impulsus. Laude tamen ei tribui poterit, quod opportunitate per illud sibi oblata, ad Ecclesiam suam variis ornamentis decorandam usus sit; licet superstitio aevi sui hic etiam non parum illum deluserit; ut infra videbimus (429). Hanc peregrinationem a. 1420 & 1421 factam ab illo fuisse, MESSENIUS ait (430): quod quibus
ni-

(428) Quo pertinent, quae de Missa ab eo quotidie dicta, de sacello proprio comparato in quo ipse horas cecinit, &c. p. 18 sq., de vita honesta, casta & temperata, nec non de variis virtutum operibus & in *Ecclesia Finlandensi* & in *Regno Sveciae* ab eo peractis, p. 23 habentur,

(429) Adnot. 22) & aaa).

(430) *Schond.* T. X p. 18, ubi legitur: "*Circa MCDXX Magnus* Finlandiae praeful, votivam ingreditur peregrinationem ad sepulchrum "*Hierosolymae Dominicum*"; & "*Circa MCDXXI inde Magnus* Venetias "*reversus, insignia suae comparat Ecclesiae ornamenta, non modico constantia pretio.*" Per *Venetias* rediisse, ibique pretiosiora Ecclesiae suae indumenta fieri fecisse, etiam Auctor noster asserit; de reliquis autem ornamentis non idem expresse habet. Sed quaedam de his adhuc infra monebimus, Adnot. 22) & aaa).

nixus argumentis faciat, ignoramus, nisi quod primis suscepti muneris annis, dum etate adhuc esset vegeta, peractum fuisse, probabile videatur (431).

u*) *Choralium* officium erat in Choro cantare. Hos in Upsaliensi Ecclesia certos & negotio huic peculiariter destinatos non fuisse, putat SCHEFFERUS (Not. ad *Chronicon Archiep. Upsal.* p. 40 sq.), antequam Archiep. *Jacobus Erlandi* a. 1280 novam præbendam in illa ordinaret Ecclesia, in qua instituit sex parvulos pro servitio Chori (l. c. p. 36), qui scil. ministrarent sacerdoti missas celebranti cantuque juvarent sacra. Cfr. Eundem SCHEFFERUM, de instituta (a. 1316) ab *Andrea* Præposito Upsaliensi ibidem *Societate Scholarium* s. *Choralium* disputantem, l. c. p. 126, 127, 128. Quo tempore apud nos certi Chorales instituti primum sint (quos hic etiam, ut Upsaliæ quondam, primitus non nisi VI fuisse, ab Auctore nostro discimus), ignoramus; anno tamen jam 1355 mentionem eorum fieri reperimus (432). Quale officium illorum fuerit, & quomodo illud ad certum ministerium certis Prælati præstandum illos obligaverit, velex literis *Nicolai Lydikeson* supra

O o o 3

(431) Superfuit vero monumenta, quæ docent Ep. *Magnum* a. 1420 die *S. Cecilia* (22 Nov.) præsentem fuisse in Judicio Territoriali (*Härads Ting*) in Parœcia Eura habito (*Reg. Eccl. Ab.* Fol. 159); & rursus Aboæ fuisse a. 1421 die *S. Martini* (11 aut 12 Nov.). lb. Fol. 211; cfr. supra p. 429 not. 388. Ita ut spatium peregrinationem adeo longam interim perficiendi ei suppetuisse non videatur? Reliquorum Monumentorum annos & dies inter se comparandi, ex quibus quo tempore in his locis præfens fuerit Episcopus vel minus, colligere liceat, omnium nobis non superfuit.

(432) Scil. Dn. *Henricus Tempill* in Testamento suo (hoc anno scripto, cfr. supra p. 281 not. 188) legavit cuilibet *Chorali in exequiis funeris sui presencialiter existenti* 11 *Horas* (libros Horarum s. precum).

pra (p. 452 sq. not. 401) allatis, intelligere licet (433). Ex libro rationum R. *Gustavo I.*, (a. 1542) de redditibus cum Ecclesiae Cathedralis, tum Praelatorum ejus atque Praebendatorum singulorum, ipso jubente oblato (cujus jam aliquoties mentionem injecimus, quemque infra ex instituto describemus) discimus, hosce Chorales (qui *Chor, Präster, Sacerdotes Chorales*, ibi appellantur) tum nonnisi VIII fuisse (numero eorum sine dubio per Reformationem Ecclesiae sensim imminuto), quibus singulis X marcarum stipendium annuum, & alimentis loco (til kost och föräringh) XX marcae pecuniarum, IX modii (Span) Secalis (N gh), & XIV Modii (434) Hordei ad cerevisiam inde conficiendam praeparati (Malt), assignatum fuisse ibidem prodicitur.

u***) *Fraternitas*, sive sodalitas sacra, (*Bröderskap, Gilden*) quid illis temporibus significaverit, & hodieque apud Pontificios significet, ignotum esse nequit. Magnus earum in Svecia quoque olim exstitit numerus (435). In honorem inprimis Sancti alicujus instituebantur regulisque & legi-

(433) Ubi sciscit (p. 453 init.) ut ad Missas a se institutas celebrandas Praebendatus Sacelli Divae Virginis (*Wårfrü Chor*) adjumento habeat, ex Episcopi atque Capituli praescripto, *Tres Chorales* (*Coors Klärka*, quasi *Clericos Chorales*; non ergo *pueri* videntur fuisse, ut Upsaliae erant illi de quibus l. c. SCHEFFERUS?) scil. *Præpositi, Archidiaconi & Canonici ætate maximi, qui eas missas celebrabunt, & Praebendatus cum eorum aliquo Vigiliis canet, idemque Praebendatus æquam iis mercedem præbebit.* Sacerdotes igitur fuisse, apparet.

(434) Mensura hæc (*Span*) quantum frumenti, ad hodiernas nostras mensuras relata comprehenderit, in tam vario & temporum & provinciarum usu, difficile fuerit constituere. Inter 24 & 32 minores modiolos (*fäppar vel wassar*) æquasse, credas?

(435) Cfr. Dissert. geminam *De Convitiis Sacris, Svec. Gilden in Svecia*, Præside Cel. ERICO M. FANT Upsaliae 1782 & 1785 editam.

legibus quæque suis muniebantur: obligabant se locii ad Sacra quædam officia præstanda, ad certas Missas condecendas, alendas & audiendas, ad certas Processiones religiosas faciendas, ad certa convivia celebranda, interdum etiam ad opera charitatis exercenda &c. Quibus omnibus rebus peragendis necessarios sumtus Socii subministrabant. Membri constabant partim Clericis, partim Laicis.

De instituta *Fraternitate S. Annæ*, nihil omnino, nisi quæ pauca Auctoris nostri verba exhibent, ex nostris monumentis discimus. Institutionem vero *Fraternitatis Trium Regum* sequens Annotatio illustrat, in *Registro Eccles. Ab.* (Fol. 189 init.) occurrens: "Areno epther Gudz "byrdh MCDXLIX (436) stiktadhe thetta brödhericapet "virdhelighen Fadher met Gudi *biscop Magnus* i Abo, "Herre *Oloff Magni Domproasther*, Herre *Sigurd Iwans-son Archiedegne*, Mesther *Jónis Magni*, Herre *Hannus Lánepá* ok Herre *Haquon Jónisson*, Canikka ther sama "stadz, a Clerkanna vâghna; *Jacob Fresen*, *Albert Nyen- dorp*, *Henric Buskman*, *Borgmesthara* i Abo, *Fredric Frees*, *Hannus Kurizhaghen*, oc *Berni Grotte*, *Borgara* "ther sama stadz, *Leekmân*, i *Gudz bedber*, *Jomffru Ma- rie* ok j the *belgba tre Komungba ära*, ok them tiil siâla "gangn ok andhelighen hugnet, som sigh j thetta bro- "dericapet giffua; huilkit haldas skall j swa mottha, som "hâr âpter scrituit staar." Ipsa tamen statuta quæ promit- tuntur, adscripta non sunt. Porro ibid. (Fol. 193 sequ.) exhibentur *Nomina Fratrum Confraternitatis trium Regum* (sensim sc. adscripta), hoc ordine. "*Primo Episcoporum*:"
"Do-

(436) Apographon habet MCDXLX; sed res ipsa, ætas Episcopi nostri, & adscripti in margine (manu cœva) numeri Arabici 1449, vitium irrepsisse, facile emendandum, docent.

"Dominus Magnus Olavi, primus fundator, Dominus
 "Olavus, D:nus Conradus Bidz, D:nus Magnus Nicolai
 "de Serkilax (437). — *Præpositi*: Magister Henricus Freese,
 "Magr. Magnus Nicolai, Magr. Laurentius Swrepå, Magr.
 "Henricus Wenne, Magr. Paulus Skeel. — *Archidiaconi*: Ma-
 "gister Benedictus Holt, Magr. Johannes Magni, D:nus
 "Nicolaus Mølle, D:nus Siffridus Olavi, D:nus Magnus
 "Griffotb. — *Canonici*: Dominus Johannes Flåmingb, D:nus
 "Johannes Lenåpå, D:nus Haquinus Johannis, D:nus Jo-
 "hannes Tavast, Magister Petrus Benedicti, Magr. Olavus
 "Petri, D:nus Petrus Petri, Magr. Laurentius Nicolai,
 "Magr. Magnus Johannis, D:nus Magnus Laurentii, D:nus
 "Martinus Skyttbe (438). — *Sacerdotes*: Magister Lauren-
 "cius Swrinpå (Suuripå), D:nus Johannes Sweder, D:nus
 "Martinus Olavi, D:nus Benedictus Johannis, D:nus Mar-
 "cus Olavi. — *Milites & Militares*: Dominus Henricus
 "Clauusson in Koskis Miles; D:nus Henricus Bidz, Miles
 "in Wiik; D:nus Magnus Gren, Miles; D:nus Ericus Ab-
 "solonis (Eric Årelsson), Miles; D:nus Aruidus Clauusson,
 "Miles; D:nus Nicolaus Ericsson de Fogleviik, Miles. —
 "Militares & Armigeri: Benedictus Lidikisson; Ericus
 "Bidz

(437) Difficile fuerit, quam rationem Auctor hujus indicis secutus sit, constituere. Laurentium enim Suuripå, (qui a. 1500 cathedram ascendit Episcopalem) inter Episcopos non recenset; sed M. Paulum Skeel, qui a. demum 1513 ad dignitatem admotus fuit Præpositi, inter Præpositos enumerat: quosdam e primis fundatoribus omittit (ex, g. Sigurdum Johannis Archidiaconum) &c.

(438) Quanto studio nostri homines literis his temporibus incubuerint, ex magno numero Magistrorum inter Prælatos Ecclesiæ Fennicæ occurrentium, colligi potest; ad quem honoris titulum æquirendum Academiis externas adire, & non levem pro more seculi, artibus impendere industriam, necesse habebant; ut sumtum ad literarias has peregrinationes necessariorum jam non faciam mentionem,

“*Bidz* Legifer Suderindie; *Johannes Olaffson* de *Karis-
kylä*; *Jacobus Persson* de *Pickala*, Legifer; *Johan Kyle*
“*Advocatus castr*; *Canutus Bidz* (438).—*Proconsules*, *Con-
sules*, *Cives & Burgenses*: *Jacobus Freese* *ProConsul*, *Al-
bertus Nyendorp* *ProConsul*, *Henricus Buskeman* *ProConsul*,
“*Fredericus Freje* *civis*, *Johannes Kortzbagen* *Consul*, *Ber-
nardus Grothe* *Consul*, *Branderus Lampen* *Consul*, *Gerla-
cius Flicke* *civis*, *Andreas Munck* *ProConsul*.”

Licet autem negare haud velimus, a.º demum 1449
hanc Fraternitatem fuisse solenniter constitutam; tamen
prius de illa instituenda fuisse consilia agitata, saltem Alta-
re ejus antea jam existisse, ex donatis huic, anno præ-
cedente 1448, prædiis elucet; quarum rerum fidem mo-
numenta faciunt supra (p. 456, not. 402) allata (439).

*** De illustri viro *Nicolao Lydekini*, quem *Capitaneum*
Castr *Aboënsis* Auctor noster appellat (440), alias quidem
diximus (441); sed ob sua familiarque suæ merita in Ecclesiam
Aboënsis singularia, præeunte Auctore, quædam hoc et-
iam loco addenda putavimus. *Clavius Lydekeson* in mo-
numentis Svecica exaratis lingua vocatur; quod nomen
suum cum Latine *Nicolaus* & hic & alibi a veteribus (cf.

P. p

su-

(438) De plerisque horum infra quædam adferentur:

(439) In Fragmento *Palmiskédiano* doceri quidem videtur, *Frater-
nitatem* quoque *Clericorum* fuisse ab *Episcopo Magno* institutam (ver-
ba habent: “*Hic fraternitatem trium regum & Clericorum instituit*”);
sed ejus nullam licuit aliam reperire memoriam. Fortasse vocabulum
aliquod (chorum l. altare?) excidit ante voc. *trium* aut *clericorum*?

(440) RHYZELIUS minus commode vertit *Slottslofwen* i *Åbo*.

(441) Vid. *Tidn. utg. af et Sällsp.* i *Åbo* a. 1785 Bih. p. 191 sq.
uli inter *Præfectos Castro Aboënsi* (ejusque ditioni) commemoratur.

supra p. 419 not. 373) efferatur, patet falsos esse qui (ex ignorantia veteris moris) & hunc & Flemingianæ gentis in Finlandia fatorem (*Clavus Fleming*) *Claudium* vocant (*Claes* pro *Nils* vel *Niclas*): cfr. supra p. 414 not. 370. Qui error, leviuscululus ille quidem, late serpsit (442). Filium fuisse *Lyderi de Kyrn*, Præfecti olim Finlandensis, (de quo vid. *Folia Hebdom. Aboënsia* citata, p. 180) nonnulli Genealogi nostri autumant (443); nescio quibus fulti argumentis? (444). **MESSENIUS** Germanum fuisse asserit, natum

(442) Sic filios nostri, *Henricum & Arvidum Claudii* (*Henric Claesfon & Arvid Claesfon*) vocat Nobiliss. UGGLA (*Swea Rikes Råds-Längd*, 3 Afdeln. p. 57 N.º 557 & 559); Nob. tamen v. STIERNMAN (*Höfd. Minne*, II Del. V B. 3. C.) de nostro recte habet: "*Nicolaus Lydikson eller Clavus Lydhekeson Diekn*". Vid. *Tidn. utg. af et Sällskap i Åbo*, l. c.

(443) v. STIERNMAN l. c. & Schema Geneal. ab Anonymo conditum MS. cuius supra mentionem fecimus (p. 221 not. 97). De *Lydero* autem illo (utrum idem nomen sit ac *Lydheke*, nec ne? haud dixerim) quod ibidem affirmat v. STIERNMAN, regnante demum *Erico* Pomerano cum in Sveciam venisse, falsum esse, debuerat ipse videre, qui l. c. C. 2 (*Tidn. utg. af et Sällskap i Åbo* l. c. p. 180) affirmaverat, eundem *Lyderum* sese *Advocatum Finlandiæ* appellasse in literis, quibus a. 1315 (toto seculo ante *Ericum* Regem!) *Örebrogie prædium suum Ekeby* Abbatissæ monasterii *Riseberga* permutationis jure concessit! Probabilius disputatur, eum tempore Ducis *Erici* de regno cum fratre *R. Birgero* contendente, in Sveciam venisse; a cujus Ducis stetit partibus, atque inter XII Equites fuisse, qui a. 1307 pro *passionis Motorpensis* servanda fide, cum eodem Duce ac fratre suo *Waldemaro* sponderent, docet Nobil. LAGERBRING (*Swea Rikes Hist.* III. D. I C. 20 §.). Cfr. supra p. 221, not. 97.

(444) Ad insignium gentilitiorum similitudinem, quibus *Lyderus* ille & noster *Nicolaus Lydechini* usi sunt, si argumenti loco (non illius semper Armissimi!) provocas, nec illa forsitan maxima fuit? *Lyderi* autem insignia quomodo describat v. STIERNMAN, supra audivimus (p. 221 not. 97). De *Nicolao* nostro idem dicit: (l. c. p. 191) "*Öbrde i wapen en röd Engel med et svart Drnhufvud i hvitt fält*". In

tum apud Westphalos in ditione Monasteriensi (445). Omnes cognomine Diekne (l. Diekn, Diagn, Diegn, Degne) fuisse appellatum, idque ad posteros quoque suos propagasse, testantur: (446), (quibus tamen an solis adhaerit, haud dicam?) (447), magna olim auctoritate & splen-

P p 2

splen-

que, qui conferendi opportunitatem habent, accuratius inquireant. Sed cum post a. 1322 *Lyderi* illius (qui a. 1307 jam vir fuit maturae aetatis) mentio nulla in praeiis monumentis sit reperta, noster autem *Nicolaus* a. 1334 adhuc *Capitaneus* vocetur *Casiri Aboënsis*, fraterque *Benedictus Lydechini* etiam a. 1460 in vivis esset; hos illius fuisse filios, non facile credas! Probabile tamen est, eos non advenas fuisse, sed hic in Finlandia natos? quod magis etiam probabitur, si generi (mina maga) quos in adductis supra (p. 453 not.) literis noster enumerat, *affines* sui (*Smågrar*), quomodo iis temporibus hoc vocabulum saepe usurpatur (cfr. supra p. 429 not.) fuisse putandi sint? De qua re nos nihil affirmamus.

(445) *Theatr. Nobilit. Svec.* p. 58. Quod si verum est, diu ante a. 1390 huc venerit oportet; quo anno iudex jam fuisse reperitur Territorialis Tavastiæ: vid. supra p. 416 not. (371).

(446) Causam nominis, ut antea fassi sumus, ignoramus; quo noster saepe, sed frater suus aut filii nunquam, in vetustis monumentis, appellantur.

(447) Nimis multi sunt, qui hoc eodem cognomine olim conspici fuerunt, quam ut ad eandem omnes pertinuisse stirpem, credere liceat: quorum alios alia quoque insignia gentilitia haud raro gestasse, reperimus. Cfr. v. STIERNMAN *Höfd. Minne* I D. p. 78, 126, 128, 159, 162, 170, 211, 224, 357: in cuius operis P. II MS. praeterea nominantur *Henr. Diekn* Underlagman i Medelpad 1374; *Jöns Diekn* Konungsfogde öfver Helplingland 1343; *Nils Diekn* Lagman i Wästerbotten 1489, & alius Underlagman i Medelpad 1628; *Olof Diekn* Lagman å Bo Jönsons vågnar öfver Norre Finland och Åland 1381 (de quo supra p. 413 sq. not. 370, quemque eundem putes de quo loquitur Nob. LAGERBRING *Sw. R. Hist.* III Del. 10 C. 4 S. p. 784); *Petar Diäkn* Underlagman i Westergöthland 1399 (som var död 1406, och efterlämnade en son *Nilis Petärsön*), & alius *Peter Diäkn* Foghot oppa Wordberg 1403, 33, 37. Quibus addere ex nostris monumentis possumus *Nicolaum Diägn*

splendore magnisque opibus in Finlandia nostra cla-

105

de *Måskyalum* a. 1329 inter testes emtionis-venditionis in Tava-
ria comparentem (Registr. Eccles. Ab. Fol. 150); *Jacobus Diäkn*, qui
prædia a. 1343-48 Ecclesie Aboënsi donavit (ib. Fol. 123 & 23); *Lau-
ris Dyäkn* 1385, *Lauris Dighne* 1410 (ib. F. 129 & 110); *Jeppe
Diäkn*, (hederlik man), cui Johannes Petri, Canonicus Aboënsis præ-
dium suum Heinis, a Capitulo Aboënsi emtum, a. 1375 vendidit (ib.
Fol. 107), & de quo supra p. 415 quædam diximus. Hunc eundem
fuisse, qui in literis sequentibus *Jacobum Abrahami Mikitem* se vo-
cat, verisimile videatur? quas quia breves sunt, subjungimus: "Thet see
"allom mannom witherlikit, at iak *Jacob Abramson*, Rydder, kån-
"nes vppenbarlika, at iak for manghom aröm vplot ok gaff Olaff An-
"dersson ok hans arffwom myth godz Heynis j Rymitte fokn met till-
"aghum till äverdeliko ägho, thet iak rättlika ok rådhelika köpte aff
"Domherromen ok aff Capitulo (vid) Domkirkione j Abo for myn
"redha pningha, ther iak redhelika thöm betthaladhe epther thera vil-
"ia, thöm till vilia ok til nöghä: huilket godz Heynis ther Biscop
"Hannus Gudh hans siäll haßui, ok Capitulam j Abo, rättlika met
"rättho köpe wnno ok forwarßuo, thet är miäk vtherliikt, epter thy the
"bress vthwisa therpa giffuin ära, ther iak Olaff Andersson ther opa
"antvardat haßuer. Scriffuit j Råflom, areno epther Gudz byrdh MCDV,
"Sunnadaghen näst epter Pingxdaga dagh, vnder myth incigle till stadz
"festilse ok till rättthä beuisning, ther iak fore thetta bress hengih haß-
"uer &c." (Ib. Fol. 101). Nempe cum sese pradium illud a Capitulo
Aboënsi emisse testetur, quod Capitulares *Johanni Petri* vendiderant,
qui jus suum mox in honorabilem virum *Jeppe Diekn* transtulit; de
eodem viro litteras utrasque agere existimes? Neque nomen, *Jeppe*
vel *Jacobus*, abnuat. Posteriora viri fata, & quid Revalix egerit, pla-
ne ignoramus. Si autem hæc adoptetur conjectura, illum *Jeppe Diäkn*,
Vicar. Legiferum Olandia &c. de quo Nob. v. STIERNMAN F. öfd. Minne
P. I p. 139 loquitur, alium a nostro fuisse, statuendum forte erit? Sed
pergimus viros enumerare, cognomento *Diekn*, in nostris monumentis
insignitos. Tales igitur porro sunt: *Jonas Diekn*, qui a. 1410 loco
Legiferi *Nicolai (Claus) Fleming* jus dixit (cfr. supra p. 416 not. 370),
atque sive idem sive alius *Jons Degn (Jons Degn aff Berna)* & *Jo-
nis Diekn aff Bamboðka*, nec non *Olaff Degn aff Bramboðka*, qui, ille
a. 1464 inter *Judicii Territorialis*, hic a. 1472 inter *Judicii Regii* As-
sessores comparent (Ib. Fol. 125, 232 & 138); *Magnus Diäkn* qui a. 1407
inter Assessores *Judicii Regii*, & a. 1416 ut vir majoris auctoritatis

ros (448); quorum jam stirps interiit. Noster, ut ex

P p 3

mo-

commemoratur (Ib. Fol. 140 & 337), quique a. 1410 Maudix præfuit (Ib. Fol. 273, cfr. supra p. 417 sq. not. 371); *Biörn Diegn* qui a. 1422 ut vir non levis dignitatis nominatur (Ib. Fol. 147); *Waldemar Diegn*, quem Judicis Territorialis in Tavastia munus a. 1415 & 1423 administrasse, a. 1411 (cfr. supra p. 420) & 1420 Castro Tavasteburgensi Præfectum fuisse, reperimus (Ib. Fol. 166, 233, & 134); *Haquon Diegn* Ib. Fol. 131; *Martinus Diekn* Armiger (a Vapn), qui a. 1423, una cum uxore sua *Christina Eskilli* (Christina Eskilsdotter) partem suam prædii Rungo in Pihis Episcopo *Magno Tavast* vendidit, inter ejus facti testes comparet etiam *Magnus Diekn*, (Ib. Fol. 230; sive illum sive alium *Martinum Diekn* adhuc a. 1445 vixisse, alibi discimus (Ib. Fol. 158.) Quæ collegimus, ut Genealogis nostris aliquam fortassis opem subministrarent.

(448) Schema Geneal. (de quo commemoravimus) familiae hujus, non modo duos, ut supra (p. 221 not. 97) significavimus, *Nicolao* nostro fratres tribuit natu majores, *Biörn Diegne* (eundem forte quem nuper nominavimus) & *Bo Diegne* (de quo nihil rescire nobis licuit), sed fratri etiam suo natu minori *Benedicto* filium, *Lydike Bengtsjon* (itidem nobis prorsus ignotum) assignat. Præter filios autem *Nicolai* nostri fama illustres *Arvidum* (quem natu majorem facit) & *Henricum*, inter Regni Senatores cooptatos, tertium eidem idem Schema addit *Tynnus* (Dionysium?) *Clasfon* (*Nilsfon*), nobis omnino ignotum, ac sorores duas, *Annam* nuptam *Erico* (Henrico) *Bisse* majori, (gamula Herr *Eric Bisse*) cui filium *Conradum*, postea Episcopum [cum suis fratribus *Erico* (Henrico) minore, (nunc *Eric Bisse til Wif*) & *Claudio*] peperit, & *Catharinam* nuptam *Henrico Olai Horn* de Aminne; quam etiam MESSENIUS l. c. (p. 58) *Nicolai* nostri (quem *Claudium* vocat) fuisse filium dicit, sed postea (p. 102) eandem fuisse uxorem *Jacobi Kurck* matremque Episcopi *Arvidi*, significat, sive in nomine errans, sive sororem nostri cum filia confundens? Ex litteris quidem supra (p. 453) allatis patet, *Nicolaium* nostrum nomine vel generi vel affinis (milna maga) utrumque, & *Henricum Olai* & *Jacobum Kurck* (*Jeppe Korke*) simul appellare, æque ac *Henricum Bitz*, ac præterea *Henricum Sverdh* (Armigerum, quem inter Regni Senatores recenset Nobil. UGGLA l. c. p. 41 N:o 493, a. 1435, 1436) nec non *Jonis Olafsson* (fratrem Episcopi *Olai Tavast*, cfr. supra p. 423 not. 379, p. 429 not. 388, & p. 431 not. 390), ejus uxoris nomen *Martha* proditur in lite-

monumentis vetustis discimus, anno jam 1390. *Judex*
fuit

ris *Benedicti Lydekeson & Henrici Clausson* communibus (quibus *so-*
rorum suam appellant,) in *Reg. Eccles. Ab.* Fól. 218 servatis (cfr. su-
pra p. 423 not. 379 & p. 431 not. 390). Affirmat præterea Nob. v.
STIERNMAN, Legiferum Finl. *Nicolaum Fleming* filiam *Nicolai* nostri
Ceciliam in matrimonio habuisse (vid. supra p. 416 not. 370); quibus
nixus rationibus, haud dicim? Familiam itaque hanc *Dicknorum* cum
illustrissimis Finlandiæ proceribus cognatione & affinitate conjunctam
fuisse, ex his fatis patet.

De *Benedicto Lydikini*, *Nicolai* nostri fratre, natu (ut videtur) mi-
nore, alibi egimus (Lidn. utg. af et Sålst. i Åbo 1785 Bih. p. 220);
cfr. supra p. 416 sq. not. 371: & p. 453 not. 401: ex quibus patet,
cum a. 1411 Judicem fuisse Territorii *Pikisensis* (*Häradsbörding* i *Vills*
Härad), sed tandem ad idem munus in superiore Satakundia admini-
strandum transiisse; a. 1437 & sequentibus (1438 & 1439) Præfectum
fuisse *Arei* (& Provincie) *Tavasteburgensi*, cui quamdiu præfuerit nesci-
mus. Utrum idem sit, quem inter Regni Senatores a. 1435-1438 re-
censet Nobil. UGGLA (l. c. p. 52 N:o 502), quemque primo illo
anno (1435) Decreto Senatus de pace Halmstadiensi rata habenda
subscripsisse docet Nob. LAGERBRING Sw. N. Hist. 2 Del. 4 C. 28
§. dubium videri queat, si hujus insignis gentilitium (sicut l. c. not.
(x) dicit Nob. UGGLA) fuit *Anchora deorsum pendens, cum stella sex*
cuspidis ostentante? Arma enim nostrum eadem quæ patrem suum, aut non
multum diversa gestasse, vel ex cognomine in adjecta parti STIERNMAN-
NIANI operis ineditæ annotatione, ei tributo, *Örn*, colligas? vid. *Append.*
ad Folia Hebdom. Aboën. 1785, l. c. Nihil affirmo. Uxorem suam fuisse
Walburgem Johannis (*Walborg Jönissa dotter*), cujus gentem indicare
non possumus, ibidem docuimus. Animum suum in Ecclesiam Aboën-
sem benignum, cujus jam supra documenta dedimus (p. 445 not. p.
455 not. 402), etiam sequentes produnt literæ, quæ eundem & fratris
sui filiis supervixisse, & anno adhuc 1460 in vivis fuisse, & liberos re-
liquisse, simul docent: "For allom tetta breff höra eller see, kennis
"ok kungör iach *Bengt Lydikkeson a Vapn*, at nw fore naghrom aa-
"rom, then tidh mine kere brodher syner, *Hår Henrik Olaff* (vitiose hoc
irrepisse credas?) "*Clausson och Hår Aruidh Clausson, leffda*, tha gaff
"iach them badhom tillsamans och jamskiptis, fore then stora kerligh
"och venikap the mik opta och idkäligha beuiste, Gud theris siäll nadhe, eth
"mith aslingha gotz liggandes i Byrkala fokn ok kallås vidh nampn

fruit (*Territorialis*) *Tavastie* (supra p. 416 not. 371); unde ad idem munus in *Territorio Mascoënsi*, Fennia Bore-

"*Kuliu*, meth swadana breff och vilkor, ath haffde the badhe eller na-
 "ghor there liffuad mine liffue lenger, tha skule the och theris ret-
 "the ärfvingiä epter them beholda for:de godz *Kuliu* til ävinnelika ä-
 "gho; haffde och bade forre aff thesse värld aff fallit än jach, tha
 "skulde jach haffua mith godz friit oc wmbewarat jgen och göra ther-
 "aff beggis theris siell orh myna eghna hvad Gudh vilde mik werdighas
 "j hoghen skiwta. Nu epter thet ath the bodhe äre aff daghom ledne
 "och *liggie badhe jordadhe j Helge Licame Koor j Abo Domkirkio*, j huil-
 "ken Koor ävinnelichen aminnelle görs fore them som tiil thens Korens
 "bestand oc wpehelde holpit haffua, och jach ostundar wara lott ta-
 "gande meth them (i) thet goda j forscriffne helge licame koor görs:
 "Tha haffuer jach giffuit, *meth myna käre barna jaa, fulbordh och samtyk-*
 "*kio*, for:de *Kullio* gotz vnder [til] for:de helge licame koor j Abo Dom-
 "kirkio til ävinnelika ägho, ok sköter ok skäler for:de gotz *Kulio* vn-
 "der for:de helge licame koor här aa fatte Laghmantz tinghe, j när-
 "varu ärligx mantz, Her *Christiern Benktsfons, Riddare, Höfuitzman*
 "*pa Abo sloth och Satagwuna, Hartik Jopfons*, Lagman j Norrfin-
 "nä laghlaghu, meth tessle tollf fastom och skötningha vithnoum här ep-
 "ter nämpnäs: *Jonis Oyriainen, Niclis Westta, Peder Laynen, Peder*
 "*Kakariu, Olaff Körningh, Olaff Henrikson, Olaff Lewku, Peder*
 "*Kurinen, Wilken Olafson, Jusse Parpan poyca, Olaff Kyrälainen, och*
 "*Olaff Tyrvompoyca*. Till mere visso ok wtnisbyrd later jach ten-
 "gia mith Incigie fore thetta breff: bider jach ärlige m n Herr Cri-
 "stiern Benktsfons, Riddare, och velborens mantz *Hartik Jopfons* in-
 "cigle hengiandes vnder thetta breff. Datum Abo Anno Domini
 "MCDLX." *Registr. Eccles. Ab. Fol. 238.*

Filios igitur *Nicolai Lydikefon, Henricum & Avidum Nicolai, & Milites* (Riddare) fuisse, & ante a. 1460 decessisse, cum illæ literæ si-
 dem faciunt, tum alia supra (p. 453 not. p. 455 sq. not. 402 & p. 476)
 allata monumenta demonstrant; add. *Nobil. UGGLA* l. c. p. 57 N:o
 557 & 559, cujus addubitatio (not. r.) de utriusque cognatione, simul
 hinc facile evanescit. De *Avidio Nicolai* nihil præterea scimus, si libe-
 ralitatem suam in *Ecclesiam Aboënsē*, de qua supra, exceperis, nisi
 quod uxorem suam *Ingeburgem, Domini Avidi Benedicti (Herr Avid*
Bengtsons dotter) ipse nominat (supra p. 456 not.). De *Henrico* au-
 tem *Nicolai*, ad ea quæ alibi dicta sunt *Lidn. utg. af et Sällst. i Åbo*

realis, administrandum transiit, cui ab a:o 1407 ad exitum usque vitæ præfuisse, vetera monumenta testantur. Interim Arcis quoque Aboënsis eique subjectæ Provinciæ Præfecturam, Rex *Ericus* (Pomeranus) illi commiserat; quam

I, c. p. 192 sqq. ubi p. 193 pro *Kaskis* apud Dn. v. STIERNMAN legi debet *Koskis*, uti & alia quædam iisdem in literis emendatione opus habent) addere adhuc licet 1:o Eundem non fuisse sepultum in Templo Nådendalensi, ut literæ ibid. adductæ significant, sed in Choro Corporis Christi Aboënsi, sicut ex testimonio patris sui nuper vidimus. Cfr. Testamentum ejus a DIJKMANNO allatum (*Antiquitt. Ecclesiast.* p. 267 sq.), ubi anni notam 1421 erroneam esse, vel ex mentione facta *Olavi Episcopi* (qui anno demum 1450 Cathedram Episcopalem ascendit), manifestum sit. Unde autem Auctor Diss. de *Cornobio Nådhenadahl* habuerit, quæ dicit (P. I p. 126) *Henricum* nostrum, Episcopo *Magno* mortuo, mutasse consilium, & cum conjugæ suæ in cryptis Monasterii illius sepeliri voluisse, nescio: id quod ex *actis* quidem, quæ sequentis ævi sunt, satis constare affirmat; sed vereor ne easdem spectet literas quas STIERNMANNUS adducit, a. 1453 datas, quas allato a nobis nuper testimonio patris ac fratris sui posteriori cedere oportere, diximus. Cæterum alio errore Auctor ejusdem Dissertationis illustrem virum ibidem vocat Dominum de *Kankas* (pro *Koskis*), idque nomen detorqueri vult, satis insulse, in *Kanjkas* (quasi *Canonicorum sedem*, ad quos tamen nunquam pertinuit), cum aperte sit *Fennicum* (*Kangas*, *Kaukas*, campus arenosus in collem leniter assurgens, *Sveticæ Malm*), ex situ loci desumptum. 2:o Uxorem suam *Luciam Olavi*, sororem fuisse Episcopi *Magni Tavast*, quod vulgo asseritur, nullo hætenus argumento idoneo fuisse demonstratum, notavimus (cf. supra p. 424 not. 379 & p. 456 not.). 3:o *Judicem Territorialem* (*Härades hōfdinge*) fuisse *Territorii Satacundiæ Inferioris*, literæ Judiciales ab eo annis 1445, 46 & 47 datæ, atque in *Registro Eccles. Ab.* Fol. 162, 164 servatæ, docent. 4:o *Lagiferum Fennicæ Borealis* annis 1449-1458 fuisse, datæ ab eo his annis literæ Judiciales, in eodem *Registro* servatæ plures videntur. Quo autem argumento ductus Nob. UGGLA I, c. vitam ejus ad a. usque 1462 produxerit, nescimus; anno enim jam 1450 fuisse mortuum (nisi error in numeris lateat) literæ Patris sui *Benedicti* nuper allatæ ostendunt: nec igitur a. demum 1440 Senatoriam dignitatem adeptus est; *Miles* autem (*Riddare*) ab a. usque 1441 vocatur.

quam dignitatem ab a. 1411 ad 1434 nostra ei monu-
 menta tribuunt: ex quibus simul videmus, eam Judicis
 munus interim per alios, more illis temporibus recepto,
 administrasse (449). Quam gravis de cultura terrarum
 Finlandensium in majus provehenda, a Rege ei a. 1411
 mandata fuerit cura, supra significavimus (p. 418 sq.).
 Uxorem suam, *Christinam Johannis* (*Christina Jonise dotter*),
 in literis a nobis supra (p. 452 not. 401) allatis, ipse no-
 minat; quæ cujus gentis fuerit, ignoramus (450). Ipsum
 anno jam 1437 de vita migrasse, e literis discimus *Olai*
Andrisson Tolk supra allatis (p. 454 not); unde errorem
 in numerorum nota inesse credas, cum eundem a. 1442
Capitaneum Castri Aboënsis vocari, Nobil. v. STIERNMAN re-
 fert (451). Sed plus satis de hoc viro diximus.

u u) Aut mendo textum nostrum hoc loco laborare,
 quod supra suspicati sumus (p. 20 not.), aut quod nunc
 magis placet, Auctorem minus commode mentem expres-
 sisse, manifestum est. Nihil certe aliud docere voluit, quam
nullam domum publicam (*Episcopium* i. *Curiam Episcopalem*) vocat

Q q

MES.

(449) Anno jam 1405 inter Assessores Judicii Regii (*Råfste Ting*)
 in Borea Fennia comparet *Clauus Diåkn* (*Reg. Eccles. Ab. Fol. 105,*
106, 161); a. 1407 vocatur *Clauus Lydikason, Judex Territorialis in*
Borea Fennia (*Ib. Fol. 119*, cfr. *Åbo Nya Tidn. 1789 N:o 40*); a. 1414,
 1418, 1432 ejus nomine primum *Benedictus Michaëlis*, deinde *Jonis*
Ingonis (s. *Ingonen*) in *Territorio Maskuensis* judicia habuerunt. (*Ib.*
Fol. 169, 220, 221, 228); anno 1434 ejus loco *Hannus Hamborgh*
 Judicis munus ibidem gessit (*Ibid. F. 220, 223*), in cujus literis ju-
 dicialibus Præfectus Arcis Aboënsis (*Höfuitzman pa Abo*) simul audit;
 qua dignitate a. jam 1411 ornatum fuisse, supra vidimus (p. 419,
 not. 373).

(450) Sororem conjicias fuisse *Walburgis Jönissa dotter*, quæ fra-
 tri *Nicolai* nostri *Benedictö* nupserrat?

(451) Vid. *Tidn. utg. af et Sällsp. i Åbo l. c. p. 191.*

MESSENIUS, ante *Magni* nostri tempora, Episcopus in urbe Aboënsi habuisse, sed extra urbem (in *Korois* & *Kairis*) habitasse. Hanc ædificationem a. 1417 a *Magno* facte susceptam, MESSENIUS (nescio unde?) tradit, *Schönd* T. X p. 18. Inter domos illas privatas (*Curias*, ut tum loquebantur) in urbe nostra sitas, quas Ecclesiæ Cathedrali fuisse donatas, supra passim docuimus, nullas hactenus fuisse nisi *lignas*, vix credas? Certe illam quam a. 1426 eidem Ecclesiæ concessit *Laurentius Wammal* (l. *Wadmal*), Civis Aboënsis, his verbis ipse describit: -- "Kungör jak --- mik haffua vplatith --- Domkirkionne j Abo min "gard vidh ana liggjande, ganskan som han staar, met "Stenbws ok träwirke, ok eenne gathubodh offwan ga- "tuna, för 11 C. Englisca nobla met fulle wicth oc CXXX "mark peningar i Abooskt mynth, som nw gaar, fyra "marc swa godha som en nobil", &c. (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 186.).

Veterum narrationem de exstructa Aboæ a *Magno* nostro *Curia Episcopali* lapidea, ita auget RHYZELIUS (in *vita* nostri, p. 334), ut etiam domum novam *Consistorio* habendo dicatam ædificasse asserat, (Han lät giöra ett nytt *Consistorii-Hus* och bygga Biskopshuset af sten): quod unde didicerit, nescio.

Cum Castrum *Kuusto* pro majori parte crevisse, Auctor adjicit; non male MESSENIUS (l. c. T. X p. 19, ad a. 1431, quem ex conjectura huic operi assignat) hanc *Magni* nostri laudem ita explicat, ut doceat illum *pluribus & elatioribus elegantioribusque* castrum ædificiis adauxisse. (Cfr. quæ diximus supra p. 465).

v v) De primis Coenobii *Nådendalensis* initiis, supra jam disputavimus (p. 450 sqq.), Auctoresque unde petere plura liceret,

ceret, simul indicavimus. Quibus adde DILL. M. PETRI EIM-
 GREN (Præf. Cæl. BILMARK hic Aboæ a. 1775 ed.) *Anale-
 Etæ quædam Historiæ Coenobii Nådendalensis in Finglandia
 exhibentem*. Quod autem, cum Monialium Wadstenensium
 primam ad has oras translationem, tum Monasterii iis
 in Valle Gratix exstructi laudem, *Magno* nostro totam
 Auctor tribuit, licet & alios Regni Proceres & Regem
 Christophorum ad illud adjuvandum consilium haud pa-
 rum contulisse constet; ita explicari debet, ut noster ejus &
 præcipuus auctor & effector merito habeatur, qui sua diligen-
 tia, auctoritate, opibus, atque etiam pecunia, maxime
 illud promoverit. Cui sententiæ, & Literæ Regiæ favent, a-
 pud Dn. RANCKEN l. c. legendæ, & ordo beneficiorum ab
 hoc Episcopo in idem Coenobium collatorum (quorum
 seriem Auctor noster persequitur) confirmandæ copiose
 inservit. His igitur diligentius explicandis ut immore-
 mur, minus esse necessarium existimamus.

~~22~~^{XX}) Hujus rei nulla alia, quantum scimus, præter
 hanc Auctoris nostri narrationem, superest memoria.
 Neque igitur consilium Coenobitarum, neque causas con-
 tumaciæ suæ, neque materiam litis præcipuam, nos co-
 gnoscere, fatemur. Immunitatem quandam ab auctoriga-
 te Episcopi, affectasse videntur? Quam late vero exten-
 dere jura sua voluerint, definire non licet. Audaces au-
 tem fuisse jurium suorum, non modo verorum sed et-
 iam prætensorum assertores, ex literis etiam quodammo-
 do colligas subjunctis (452), quæ docent, controversiam
 illis cum eodem Episcopo *Olavo*, cum Præpositus adhuc
 Q q 2 esset

(452) ”For alle the thetta breff höra eller see, kennis och kwn-
 ”gör jak *Henrich Clausson*, Riddare, Lagman j Nor-Fynne Lagfagw,
 ”at then tiid jag Lagmanz ting hiolt met almogen j Refo fokn, Bir-
 ”gela by, närvarandom beskedeligom mannom, *Peder Karpalainen Hä-*

esset Aboënsis, de limitibus prædiorum suorum, a Coenobii parte iniquam, intercessisse.

y y) De concessio a R. *Magno Erici*, Monasterio *Paridis* jure Patronatus in Ecclesiam Borgo (cum suis Capellis Sib.

”radshöfdinge j Masko Häredhe, *Johan Flåming* och flerom godhom
 ”mannom, kerde hederligen herre *Mester Olaff Magni*, Domprouast j
 ”Abo, til *Nisse Hannusson*, *Nadendals Closters* systeman, ath for:de clo-
 ”sters landboo i Montiskala oc thom gozom ther omkring haffde for-
 ”auggit hans timberskoogh och met valde affört takadh timber oc
 ”brandvidh aff hans skoghom i Lolala och Kaupila. Til huilket Nisse
 ”Hannusson swaradhe, at for:de Montiskala gardh och the closterena
 ”godz ther omkring skuldhe vara lohtagande j thöm skoghom; och epter
 ”thet han ther til enghin beuifning haffde, hwaske breff eller lifuandes
 ”vitne, tha sköth jak thetta ärendeth til the tollf i nempdena satbo, --
 ”The vitnadhe, ransakade och skulu epter swäria tha edzbert vardher,
 ”om noghon vil aff them edh haffua, at for:da skogha Domprouasten
 ”omtalar, liggia innan Lolala och Kaupila boolstadha, skel och raar;
 ”och kunde Nisse Hannusson ey beuifa eller noghorannar, at *Jons Inghonen*,
 ”som for:da *Montiskala gard* oc the androm gooz saaldhe vnder clostret,
 ”haffde nokot fangit met noghra lagliga fångo, innan for:da Domproa-
 ”stens boolstadha, skel oc raar; och inghen moth nempdena vedhia vil-
 ”dhe: Thy dömpde jak for:de Domproastenom sina skoga frii oc the
 ”Closterens landboo, honum völdbith giort haffdo saka til XL marker
 ”och skadhan ather, met sãmio eller soornom eedhe, jnnan VII vikur,
 ”vidh VI marker for myn dom. -- Giffuit och scriffuit j Reso Lögerdaghen
 ”nest fore *Dominicam* Invocavit, Aarom epter Gudz byrdh MCDXLIX, un-
 ”dher mith Incigle”. *Registr. Eccles. Ab. Fol. 262*. Hæfse literas, diligen-
 ”tius a nobis nondum perlectas cum de primis Claustri *Nadendalensis* conden-
 ”di moliminibus supra disputaremus (p. 449 sq.), vel ideo hic afferendas
 ”putavimus, quod contra ac tum videbatur, prædium ab *Johanne In-*
 ”genis, Episcopo Capituloque Aboënsi in usum Claustri S. Annæ in Reso
 ”venditum (hac conditione, ut nisi illud claustrum incolume stabileque
 ”mansurum esset, prædium Altari S. Annæ in Ecclesia Aboënsi cederet)
 ”revera *Monasterio Nadendalensi* acquisitum fuerit (sc. de *Montiskala*, non
 ”de *Mettelå*, agebatur!); unde sequi putes, idem Monasterium quod de-
 ”inde *Nadendal* appellabatur, primum S. *Annæ* dicatum, aut hoc cum
 ”illo conjunctum fuisse? cfr. RHYZELII *Monasteriol.* p. 291 sq. Valde

Sibbo & Perno), quod jus tam longam atque acrem inter Episcopos Aboënses & Fratres Padisenses litem peperit, ex professo alibi (453) egimus; cfr. etiam dicta supra p. 305-311: ad quæ igitur Lectorem remisisse, hoc loco sufficiat. Præcipua autem ad hanc causam pertinentia monumenta, infra in *Sylloge* dabimus.

Quomodo ex dictarum *Ecclesiarum censibus Missa Auroræ in Ecclesia Aboënsi perpetuata* ab Episcopo nostro fuerit, supra explicuimus (p. 404 not. 358); licet non clarissime tamen pateat, quinam *census* (reditus ex istis ecclesiis) imprimis hic intelligantur? Partem credas eorum fuisse, qui ad Curatum loci pertinebant?

Cæterum Monachos *Padisenses* cum incolis littoris oppositi *Nylandensis* alias quoque commercium habuisse, vel prædia indicant, quæ in Parœciis *Kyrkflätt & Ingo* possedisse, atque a. 1407 Equiti (s. Militi) *Thordoni Bonde* 80 Marcis Rigensis monetæ vendidisse, leguntur (454).

Q q 3

z z) Quot

est hæc res obscura atque turbida; ut ex collata RHYZELII cum nostra disputatione (supra p. 439 sq.) satis patet! Num non nisi idem claustrum fuit, quod primum Ordini *Prædicatorum* consecrare Procere Finlandiæ optaverant, sed quod deinde *Brigittino* illi potius offerre, placuit quodque initio S. *Annæ* appellabatur, variisque prædiis dotabatur, loco interim suo primum in *Karinkylä* parœciæ *Masku*, deinde in *Refo*, tum in *Stenberg*, porro in *Helgä*, ac tandem in *Aylos* delecto atque varie mutato? Cfr. RHYZELIUS l. c. p. 201-214, MESSENIUS *Schond.* T. X. p. 18, 19; & *Chron. Rhythmic. Finl.* p. 34, 35, 36; RANCKEN l. c. p. 11-17, 22 sq. *Cænobium* certe *Nådendalense*, S. Johanni Baptistæ, S. *Annæ* & S. *Birgittæ* præcipue dicatum fuisse, constat.

(453) *Tidningar utgifne af et Sällskap i Åbo* a. 1785, *Bihang* p. 94 - III.

(454) Vid. Nobil. LAGERBRING *Sw. N. Hist.* III Del. X § 15 § p. 811; EJUSO. *Saml. af Handl. i Sw. Hist.* 2 Del. p. 185 sq.

77) Quot voluminibus, quibusque & quanti pretii libris, hæc constiterit collectio, definire non valeamus; a deo omnia ejus perierunt vestigia! Ex *Hemmingiani* tamen illius penus comparatione, usque temporis, conjectura de literaria hac gaza fieri quodammodo potest. Cfr. supra p. 257, & *Hist. nostra Bibliotheca R. Acad. Aboënsis* p. 15 sq. *Juris* libros, qui hic laudantur, ad *Jus Canonicum* pertinuisse, facile intelligitur. Caterum egregiam de religione & literis bene merendi propensionem, in utroque Episcopo hæc cura demonstrat; nec parvo vel usui vel ornamento Ecclesiæ Cathedralis eam inservivisse, existimandum est. Quod vero libros hosce *Venetis* Episcopum nostrum comparasse (una cum indumentis aliisque clenodiis Ecclesiæ) *MESSENIUS* dicit (*Chron. Episc.* in vita nostri), ex minus diligenter perlecto Auctoris nostri textu, factum esse patet: concinit pro more *REYZELIUS*, atque *sua pecunia* Episcopum omnia coëmisse, ex ingenio addit.

a a a) Hæc *Indumenta & Clenodia* Ecclesiæ, diversa ab his erant quæ capellæ Corporis Christi, a se condita, Episcopum nostrum donasse, Auctor supra docuerat (cfr. p. 436 not. 393); affluentioreque jam fortuna fuisse usam, luculenter demonstrant, quæ tam pretiosam ex *Auro & Argento* supellectilem sibi comparare valeret. Sed hæc omnia vis hostilis dudum abstulit! Quod *caput & brachia b. Henrici argentea facta* fuisse, Auctor noster narrat, id ita interpretatur *MESSENIUS*, ut argenteam ei fieri curasse *statuam*, Episcopum *Magnum* asserat (455); neicio quam vere

& v. *STIERNMAN* Höfd. *Minne 2 Del*, IX B. I C. (Tidningar utgifne af et Sällskap i Åbo 1. c. p. 232.).

(455) *Schond. T.* p. 19 ad a. 1427; in *Chron. Rhythmic. Finl.* suo modo canit: Sancte *Hindrichs* han (Ep, *Magnus*) göra lät *Rosteliga rätt*

vere? Cum enim nonnisi *Capitis & brachiorum* mentionem Auctor faciat, potius argento eadem inclusa tantum fuisse (infattade), significare voluisse, credas? Qua probata explicatione, dubium suboriri poterit, annon cum argenteis laminis quibus inclusa erant, ipsa etiam brachia ab hostibus ablata fuerint aut fracta atque abjecta, (a sacri legis enim his prædonibus, neque sanctis rebus venerationem exhibitam, nec feram avaritiam a superstitione temporis coercitam fuisse, constat); adeo ut quod hodieque servatur brachium Sancti, viridi colore inductum, alterius viri venerandi (fortassis b. *Hemmini*, una cum reliquiario cui impositum habetur?) sit existimandum? Cfr. supra dicta p. 159 sq. not. 12.

Euangeliare atque *Epistolare* hujusmodi, & singulari scripta diligentia, & argento, ut noster dicit ornata, quanti hoc tempore pretii fuerint, eruditos non latet. Supra vidimus (p. 432, not.), Ecclesiam Wirmoënsem pro uno exemplo *Legendarii* Episcopo nostro prædium *Kintickala* dedisse. In alio monumento de eodem Episcopo legimus: "Han; bereddhe Domkirkionne *twa messa böker meth no-
"rbom; en war soldh"* (nomine Ecclesie Cathedralis) "til
"Loymeioiki kirkio, ok Hår *Remar* som tha Yconomus
"var, bar op aff Loymeioiki Kirkio *LXXX marc redbe pe-
"ningar for bona*, ok the andra år j Domkirkionne, *sva godh
"som C marc"*. Habetur hoc testimonium, in Literis Capituli Aboënsis, ex *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 235 in *Fol. Hebbom. Ab.* (*Åbo Nya Tidningar*) a. 1789 N:o 42 exscriptis ac editis. Respondebant autem iis temporibus *Marca pecuniæ Aboënsis IV cum dimidia, Nobili Anglicano, & mar-*

förf. best. P. 34. In *Chronico* tamen *Episcoporum* ab Auctoris nostri verbis non discedit.

marcæ X uni Libræ argenti puri (en lödig mark silver); unde ingens talium librorum pretium satis apparet.

bb b) De auctoritate & meritis Episcopi nostri *Politicis*, non immerito Auctorem præclare sentire, & quæ attulit ejus rei argumenta, & communis monumentorum atque scriptorum veterum consensus, confirmant. Præter numeris igitur sui splendorem (quo nomine & locum in Senatu Regni præcipuum, & inter omnes Finlandiæ Proceres atque Magistratus primum, tuebatur), atque familiæ, cognationis & affinitatum opes ac præsidia, virtutum quoque & meritorum suorum commendatione plurimum potuit. Quæ auctoritate non abusum fuisse, sed ad pacem & salutem patriæ tutandam constanter usum, summæ justissimæque laudi tribui debere, merito censetur.

De fide sua in Regem *Ericum* supra commemoravimus (p. 406). Nec R. *Christophoro* displicuisse reperimus. A Rege etiam *Carolo* magni factum, non modo Auctor noster testatur, sed alia quoque rerum documenta fidem faciunt.

Non modo ejus Coronationi (adeoque sine dubio etiam in Regem electioni) a. 1448 adfuisse (456) constat, sed biennio quoque post consiliis eum impigre adjuvisse; unde Auctor noster scribit: *licet senio gravi confectus* (annum enim ætatis agebat 92 aut 93) *quasi (fere) invitatus extra diæcesim propter varia negotia expedienda - in*
Re-

(456) Vid. Nobil. LAGERBRING *Sw. N. Hist. IV D. 7 C. 23 S. & 8 C. 2. S.* Cum ad Comitia Regis eligendi causa præcipue convocata, omnes Episcopi cum reliquis proceribus convenissent, nosterque die 29 Junii Coronationi adfuisse reperitur; dubium non est, quin Electioni quoque, die ejusdem mensis 20 factæ, jure suo usus, interfuerit.



)

(



Regio (in Svecia) *apud R. Carolum* --- *tota hyeme occupatus* (457), *cujus gratia semper floruisse reperimus* (458). Ac licet in numero Senatorum, qui ad *Conventum Halmstadiensem* eodem hoc anno (1450) *missi fuerant* parumque bene rem gesserant, quique deinde (*pactioni Halmstadiensi* convenienter) *Arbogiae*, ut *Regno Norvegiae renuntiaret Regi* suaerunt, *nomen suum reperiatur* (459); hinc tamen, male eum *Regi consultum voluisse*, colligi nequit (460). Quin absurdum non erit, si quis ad nostrum trahere voluerit, quæ *Chronicon Rhythmicum* majus, (p. 402 sq.) de *Episcopi* cujusdam fide (*nomine ejus suppresso*) narrat, *perfida nonnullorum Senatorum* qui *Halmstadii fuerant consilia*, licet nonnisi *interposito juramento sibi concredita*, *Regi tamen aperientis* (461)? De ipsis autem

R r r

tem

(457) Si annum *Auctor* spectat 1450 (eundem quo *Episcopatum Magnus* deposuit), etiam *æstatis sequentis partem* in Svecia exegisse, constat: interfuit enim *Comitiis Arbogiensibus*, *mensè demum Junio celebratis*; Vid. LAGERBRING l. c. C. 8, §. 16: (*Festum Corporis Christi* hoc anno incidit in diem 4 Junii). Sed a. etiam proxime antecedente (1449) *Regem* invisisse; ex *libertate Presbyteriis Alandensibus*, eo *præfente* atque *postulante a Rege indulta* (*die proximo post diem S. Briggittæ*, h. e. die 8 Octob.) patet; cf. supra p. 468. not. 420. Mansisse in Svecia ad sequentis usque anni ætatem, probabile est?

(458) Vid. LAGERBRING l. c. C. 8 §. 12, p. 447 sq. *Benignum sese Regem* in *Episcopum nostrum* constanter exhibuisse, ex *Privilegio eidem Dominica infra octavas S. Johannis Baptistæ*, anno hoc *Episcopatus sui ultimo* (1450), adhuc *concesso*, patet; de quo supra p. 465 sq. (not. 416) commemoravimus. Cfr. *Tidn. utg. af et Sällskap i Åbo* a. 1785 Bih. p. 80 sq.

(459) Vid. LAGERBRING l. c. §. 12, p. 447, & §. 16 p. 455.

(460) Cfr. LAGERBRING l. l. c. c. In his enim viros fuisse videmus haud paucos *Regi* minime inimicos, (etiam *Generum suum Ericum Erici Gyllenstierna*), de quorum igitur fide nec ipsum dubitasse, reperimus.

(461) Cfr. LAGERBRING l. c. §. 17. Aut *noster oportet fuerit Magnus*, aut *Nicolaus Lincopiensis*, aut *Achatius (Åke) Arosiensis*, aut

em illis moliminibus, neque locus neque institutum nostrum pluribus disputare jam permittit (462).

Quam diligentem insignem atque honorificam de cetero in consiliis atque gestis sui temporis politicis moderandis, adjuvandisque præstiterit, ut Senator, operam; explicare nobis minus necesse est, quum consulere de his liceat Nobil. LAGERBRING, *Sw. R. Hist.* IV. del. passim; cfr. C. 2, §. 24, p. 94; §. 28, p. 104; §. 30, p. 109; C. 3 §. 3, p. 143 sq; §. 12, p. 168; §. 16, p. 180; C. 4, §. 5, p. 219; &c.

c c c). Ut hujus rei ratio accurate intelligatur, paullo plenius explicandam putamus. Inierat Rex *Ericus* consilium, (*Henrico Königsmarckio*, ut traditur, auctore), tributa quæ coloni Svecici fructibus terrarum suarum conferendis pendere hactenus consueverant, ita ab iis exigendi, ut fructuum illorum loco numeratam pecuniam, quæ æstimatum

Laurentius Wexionensis; reliqui Episcopi partibus Regi adversis addicti erant. *Laurentius* autem rebus hujus ævi politicis minus interfuisse reperitur. Quod *senectutis* suæ mentionem Episcopus laudatus facit, in nostrum haud male convenit, qui anno jam 1412 sedi Episcopali admotus fuit, quam reliqui tres ante a. 1440 non occupaverunt.

(462) Non omnes hos Legatos in eadem culpa fuisse, sive conpirationis contra dignitatem rationesque Regis factæ aut participes aut confcios, ipsa veterum narratio docet. Ducēs autem adversæ factionis, cum invidia tum dominandi cupiditate actos, Danorum partibus magis quam Patriæ salutis favisse, manifestum est; reliquosque partim corrupisse, partim decepisse, liquet. Neque obscurum est, multos Prælatorum atque Magnatum, de Unionis Calmariensis renovanda & continuanda ideo consilio agitate, ut in absentia Regis peregrini, privata suæ potentie tuendæ & augendæ liberior sibi campus pateret; quare de R. *Caroli* viribus (Regno Norvegiæ cum exuendo, aliisque juribus & ejus & patriæ labefactandis) inique frangendis vehementer sollicitos se præbuisse reperimus, atque spe pacis cum Danis obtinendæ firmandæque &c. objecta, reliquorum oculos præstirinxisse.



tum horum aquaret valorem, solvere deberent (463); quam tributorum pendendorum rationem etiam Fennis, cum a. 1407 has oras inviseret (464), obtrusisse reperimus. Magnitudinem vero eorum ita definivit, ut integri prædii (Bo) vectigal X *Marcis* æstimaretur, minoris (No) V *Marcis*, & adhuc minoris (Frof) II *Marcis* Svecicis (465); gravi hac adjecta conditione, ut, quo de summa vectigalis constituta Regi nihil decederet, pro ea integre solvenda Territorium quodque spondere deberet, atque hinc, si prædium aliquod vastum fuisset relictum & incultum, (colonis vel dilapsis, vel intereuntibus, vel in egestatem redactis), aut si tributo solvendo quacunq; de causa aliqui facti fuissent impares, ceteri pro his penderent: quæ res, prædiorum, ab incolis desertorum numero indies crescente, intolerabi-

R r r 2

le

(463) Cfr. De hoc consilio LAGERBRING l. c. Del. IV, C. V, §. 6, p. 239, & Literæ Regis mox commemorandæ.

(464) Cfr. supra p. 420. Instituisse hanc rationem atque ordinem vectigalium pendendorum cum ipse Finlandiam adisset, ex iis quæ de operis publicis præstandis sese eo tempore cum colonis Fennicis pepigisse (wi ware swa ower enâ met them tan thera årwede, tha wi ther stålffuâ i Sinland ware) expresse testatur (in Literis a. 1419 datis & mox expendendis), colligi potest. Factum autem hoc a. 1407 fuisse judicamus, quod de priori itinere R. *Erici* Fennico (de quo Nobill. v. DALIN *Sw. N. Hist.* 2 Del. §. 14, p. 608, & LAGERBRING l. c. C. 1, §. 9, p. 21 commemorant) a. 1403 suscepto, nihil nostra monumenta loquantur: de Privilegiis autem quæ Urbi Wiburgensi, hoc anno, ibidem præfens concessit dicitur, quæque unicum conservare hujus itineris vestigium putantur, infra quædam monebimus.

(465) Expresse in Literis a. 1414 datis (de quibus mox) testatur: *3 wihen wot, at tho wi stadga giordom met almoganoim i Osterlanden, tha stulde hwar Nof gære fân marc, och hwar frof 11 marc, of hwar boof X marc, oc ey mera. Marcæ* autem valor hoc tempore talis erat, sicut monumenta nostra docent, ut marcæ argenti puri (Iddig marf) 6 ad 8 Marcæ Svecicæ, Nobili vero Anglicano 4 Marcæ responderent. Cfr. LAGERBRING l. c. C. 5, §. 6, p. 229, & §. 15 p. 263. Antiqua autem colonorum Svecicorum onera plura, ad defendendam patriam &c. spectantia, præterea sine dubio ferenda illis erant.

le in reliquos onus devolvebat (456). Præter summam vero pecuniæ rustico cuique imperatam, operas quoque ædificandis arcibus & colendis prædiis Regalibus (*Rungsgårdar*) antiquo more impendendas, præstare debebat (467). Qui tamen re-
 rum ordo nec ille diu illæsus mansit, sed brevi turbatus, Rusticis Finlandensibus, nunc hoc nunc illo novo gravatis onere, justam querendi materiam præbuit; quam tollere, cum res ad eum delata fuisset, primis imperii sui annis, Rex diligenter studuit (468). Inprimis illos male habuit, quod pecuniæ

(456) Cfr. LAGERBRING l. c. §. 6, p. 239, & Litt. Senatus Regni a. 1436 datæ, mox recensendæ.

(467) Quam hæc essent onerosæ, inde patet, quod cum Regina *Margareta* a. 1403 nonnisi eas posthac exactum iri promississet, quæ tempore jam R. *Erici* Sancti præstandæ Rusticis incubuerant, 16 tamen dierum operæ quotannis cuique superessent faciendæ. Cfr. v. *Dalín* l. c. §. 14, p. 608, & LAGERBRING l. c. §. 1, §. 4, p. 9.

(468) Præter imperatum illis a Rege tributum, exigebant ab iis Præfecti, quibus terræ, loco stipendii, erant in feudum datæ, frumentum (dodrantem vel tres quartas partes Tonnæ, 1 $\frac{1}{2}$ Spann sâdh, ut nostrum habet exemplum; Nobb, VON DALIN l. c. §. 2, p. 625 & LAGERBRING l. c. §. 2 §. 3, p. 51, scribunt 2 Spann) & focum: quod improbens Rex, hoc nomine (vôcari solebat *Lånmands-gjeld*), aut nihil, aut certe non plus quam a quovis prædio sive familia rustica minore (*Rûf*) *Oeram* ($\frac{1}{8}$ Marcæ) exigendum esse judicavit. Vid. *Litteræ Regis ad Summum Judicium Finlandiæ* (*Lands-Råttén*) dat. in *Castro Vordingborg* a. 1414 in profesto b. *Clementis Papæ & Martiris*, ex *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 42 descriptæ & typis expressæ in *Foliis Hebdom. Aboëns.* a. 1784, N:o 25.

Deinde *Operæ* (*Arbete*, *Dagswårften*) plures ab iis exigebantur, quam Rex definiverat; *Commeatus* nomine (*Sengård*) minores etiam Magistratus atque Tributi Exactores ut cibaria sibi conferrentur postulabant, nec non ut sibi hospitia præterea libera, equi iter facientibus necessarii, ut & vesturæ, gratis præstarentur. De quibus omnibus ita Rex statuit, ut ab his exactiõibus Rusticos immunes declararet, nec tales *Commeatus* &c. præberi oportere, nisi ubi aut Ipse aut Conjux sua *Philippa* ad has oras advenisset, aut peculiariter hoc jus esse alicui impertitum tuis literis Rex prius significasset; Exactores autem tributum ita provin-

cuniarum valor instabilis valde esset; quo scilicet imminuto, cum summam tamen tributi eandem, ad argenti puri valorem aestimatum, pendere cogentur, ad quam explendam numero numerorum multo jam majori opus esset; ipsum tributum pro eadem ratione auctum existimabant, & vehementer querebantur (469).

R r r 3

Litterarum

ciarum peragrare iussit, ut nihil inde aut oneris aut damni Rusticis enasceretur. Vid. Litterarum Regis datarum Köpenhamni a. 1419 feria quinta proxima post festum decollationis b. Johannis Baptistae, in cit. Fol. Hebd. Ab. No. 48, ex Reg. Eccles. Ab. Fol. 41 typis descripta; quae licet datam ad querelas incolarum Ditionis Aboënsis (qui per delegatos eum Hafniae adierant) responsionem & sententiam Regis proxime contineant, quin tamen ad reliquos etiam Fenniae colonos, simili ex ratione spectaverint, dubitari nequit. Exhibent vero eadem alia quoque nonnulla momenta, ad conditionem terrarum atque incolarum Finlandensium, his temporibus, cognoscendam pertinentia, quae igitur hoc loco praeterire non debuimus. Primum Rex edixit, ut inquilini (Enlopesmän, quos nostris Inhyjesmän & Wastuguhion respondisse credas?) Rusticos in tributo pendendo (scilicet in definita ejus summa conferenda) pro suis quisque facultatibus (ac ita ut ad interitum tamen non redigerentur) adjuvant; quam eorum symbolam quatuor patresfamilias honesti (Dandemän), a Praefecto ditionis & rusticis in hanc rem delecti, definire debebant. Deinde statuit, ut deficiente numerata pecunia (cujus magna his temporibus inopia erat), fructus & merces Rusticorum, loco pecuniae ab iis recipiendae & mercatoribus postea, ad pecuniam consistendam vendendae (Wårdören), non pro arbitrio exactorum aestimarentur, (quae res gravissimo occasionem dederat abusui & vexationi), sed pretia earum ex sententia 8 Patrumfamilias honestorum (Dandemän), quorum 4 a Praefecto (aut Exactore), Fogoden, & 4 a Rusticis deligi debebant, definirentur. Tandem sanxit, ut remotioribus ab Arce incolis, quibus difficillimum esset (quod paucae adhuc in his terris viae apertae fuerant) tributa sua aestivo tempore pendenda, sequente demum hyeme solvere, nulla tamen neque Regis neque sua jactura liceret; quam ob rem hujus quoque rei arbitrium, (quibus scilicet hoc concedi deberet beneficium, vel minus,) Octo viris bonis, utriusque partis judicio legendis, permitti voluit.

(469). Quo tempore de tributi pendendi ratione inter Regem & rusticos Finlandiae convenit, *Namus* Aboënsis, thet förste (fortassis för-

Litteræ autem in *Registro Ecclesie Aboënsis* duplicis exempli servantur, quibus Senatum Regni a. 1436, post abrogatum R. *Erico* imperium, huic malo mederi (Episcopo nostro, ut probabile est, maxime urgente & permovente) studuisse reperimus, & ad quas Auctorem nostrum existimamus hic respexisse. Utrumque exemplum eodem die exaratum est (*Stockholmia die S. Johannis Baptistæ*), eosdemque Auctores præfert *Olavum* Archiep. Upsaliensem, *Christiernum Nicolai* Drotzetum, *Carolus Canuti* Marechallum, & omnes Senatores Regni Sveciæ, mense *Kilens* *Maad i Sverige*. Alteri exemplo (quod laudati *Registri* Folio 26 habetur, quodque typis expressum dedimus in *Fol. Hebdom. Ab.* a. 1784, N:o 26) hujusmodi inscriptio præmittitur: *Nådhenne breff, huru en tirding afflogx aff skatten her j Landheth som öffuer alt rikedh är* (cujus epigraphes sensum ab

ste? nam numi his *Örtugis* sive *Denariis* majores nondum cudebantur) *mynt* VI *Peningos* valuit; ita ut IV tales *Numi* (*Örtugi* s. *Denarii*) *Öram*, h. e. Octavam *Marcæ* partem, implerent. Eodem tempore VIII *penningi* respondebant *skillingo* *Prussico*, & 3 *penningi* *Revalico* (qui itaque dimidium valuit *Örtugum* *Aboënsium*). Anno vero 1414 de valore monetæ imminuto nostri jam querebantur; quem tum quidem a prima sua ratione recedere Rex vetuit. (Vid. Litt. Regis *Wordingborgi* hoc anno datas, quas nuper landavimus). Sed a. 1419 aliter jam definitum reperimus; nam ab eo circiter tempore *Numus Aboënsis* nonnisi IV *Peningos* valuit, ita ut VI tales *Numi* ad *Öram* implendam requirerentur: unde, cum numerus *Numorum* pro summa efficienda tributi stipulata expendendorum, triplaparte major jam exigeretur, tributum suum triente auctum esse, *Rustici* ratiocinabantur; non recordati, pretia quoque rerum omnium (adeoque etiam fructuum ex terris suis perceptionem) tantundem quantum *Numi* valor (propter materis corruptionem) diminutus fuerat, simul crevisse, ita ut numis licet pluribus numeratis, tributum tamen a se collatum magnitudo vere eadem maneret. Justam tamen hanc fuisse *Fennorum* querelam, Senatus etiam Regni, Literis mox commemorandis, agnovit. Sed tali fallacia, non ista tantum tempora, in hujusmodi calculis ponendis minus versata, deludi se passa sunt!

ab Auctore quoque nostro adoptatum & expressum esse apparet); sed Litteræ ipsæ nihil aliud continent, nisi generale promissum de vectigalibus, tributis & oneribus quibuscunque injustis, non harum minus terrarum colonis (Pén-derna et Almogen i Österlandem) quam aliis Regni rusticis remittendis (470), hac addita ratione, *quod Fenni fidem Senatui Reipublicæ & bucusque illasam servaverant, & post-hac sese servaturos spopondissent, neque ullum Ducem electuros aut recepturos, nisi quem Senatus constituisset.* Alteri exemplo, (quod priori illi addebatur, quodque ex eodem Reg. Eccles. Ab. Fol. 27. descriptum, loco supra citato, N:o 28, typis vulgavimus) hæc epigraphæ præmissa legitur: *Nadhenne Bress pa huar sempthe Riddt, som afflogt aff Statthen fore thet som frelsa och under Rirkian år komedh.* His Literis, Senatus non modo superiores illas confirmavit sed etiam causas oppressionis sub qua Fenni gemebant (ac unde Tributum illis imperatum, ut Auctor noster dicit, gravissimum et *importabile*, h. e. intolerabile, onus viribus suis majus, evaserat) exposuit, easdem de quibus Rustici questi fuerant, diminutionem scil. valoris monetæ, ac summam tamen tributi impositi neque hanc ob rem, neque numero licet prædiorum censuicorum vehementer imminuto, sibi remissam; qua acerbitate fere ad incitæ esent redacti. Verba ipsa Senatus, maxime illa notabilia, subjungimus (471); ex quibus simul discimus

(470) Verba ipsa habent: "Tha haffuom vj them taget oc annamat ,,j worth forswar ok enkanneliga hegn pa Rikesens vegna, lika vidh ,,annan Rikesens almogha; ok haffuom vi them sagdh ok stadliga ,,loffuadh, at the skulle alleledis haffua ok niwtha nadher ok lifsa um ,,ihere scath, olagha aalagningar oc allan tungha, som almogan her i ,,Rikeno faar ok niwter j allo motto." Hujus igitur rei veram accuratius explicare indolem non valemus; quod rationem remissi reliquis Regni colonis tributi hic commemoratam, ignoramus.

(471) "Oc the haffua nw kerdh for ofs, at there rettthe scatter oc ,,alla olagha aalagningar, som omille fogadha them met boon eller trang

mus, anno jam præcedente tertiam tributæ partem, illam videlicet, quam per tantundem imminutum pecuniæ valorem injuste accessisse contenderant, tuisse iis condonata. Medelana præterea his malis illam attulit, ut prædiis quæ vel Nobilitati (472) vel Ecclesiæ concessa fuerant, atque hinc immunitate a tributis fruebantur, primum deductis (una cum illa tributæ parte, quæ respectu ad ea habito constituta primitus fuerat), deinde summa reliqua prædiorum tributo subjectorum quinta parte minueretur, sed summa pecuniæ, prædiorum certo modo vel mensuræ, promagnitudine sua imperata, qualem supra retulimus, stabilis maneret (473); ac tum summa magnitudinis prædiorum inter Parœcias (ad idem Territorium pertinentes) justis parti-

„tillagdh haffdo, råknadis them j peningar, tha peninghstædgan met
 „them giordis, oc then samma stædgen år enw swa stoor epher penin-
 „ga tall oc werdh, som tha han först uppa lagdis, i swa matto, at A-
 „boescer Peningen then tha giik for sex smaa peninger oc fyre gior-
 „dhe fulth for en Öre, gar nu for fyre peninger, swa ath sex gidre
 „en öre. Thermet ötis stædgen enom tridhiungh högge, oc stooth swa i
 „sixton aar, til fiord han först afflagdis. Thy haffue the ther w m en-
 „ga liisa fangeth, utan åre fordårituade och forarmadha, swa oc marga
 „röka eller mantall åre ödhalagdh, och the göre tog (dock) scatten ful-
 „leliga wth fore them som fore sik hielffua.”

(472) Ad Nobiles enim referri, atque cum hæc sensim confundi ceperunt, quotquot prædia sua liberandi potestatem (equestri militiæ nomen dando armaturamque ad hanc necessariam præstando) acceperant, Græffis man. Unde etiam Auctor noster prædia libera describit talia quæ vel Ecclesia vel nobiles patriæ acquisiverant. Vid. supra p. 22.

(473). ”Ty haffuom wi there Keremaall offuervågat oc samdragteliga
 „stædgat och giort pa Rikescens wegna, them til mögeligen liisa: Först
 „at alth thet j frelse år komith, oc the lagfanget haffua till thenne dagh,
 „som ey förre afflagdh år, skall först affråknas, swa at engen tråtta
 „bliffuer ther w m mellan frelset oc scattbönderna, oc sidhan scall
 „afflaas met boondom huar fåmpte röök oc mantall, oc markataleth
 „bliffua stædende som thet nu år.

tibus, ex bonorum virorum æstimatione, examine ac iudicio æquaretur (474); operarum denique, tignorum ac reliquæ materiæ, arcibus ædificandis debitorum summa, (namque pecuniam æstimatam & horum loco præstare, injunctum sibi fuerat), de summa generali vectigalis, sive tributi sibi impositi deduceretur, prævia tamen æstimatione ab Episcopo, Senatoribus iis in oris degentibus, aliisque bonis viris definienda (475). Consilium harum literarum uberius explicandum duximus, quod & res exhibent per se memoria dignas, & non satis ab Historicis nostris diligenter consultas fuisse, reperimus (476).

S f s

Bene-

(474) "Och alla Röka oc Kroka oc Booll seuu jämpkas Sokna ,,j mellan, epter godha manna fågu oc ranzakan."

(475) "Item om Slotzins bygningh, huad som fogdana till huart ,,Sloth årfuode, tymber oc annat swadanth, som förre j peninger war ,,lagdh, at thet affloos j there peningestadga, epter ty Biscopen ther ,,j landit, Rikefens Raad oc andre godha män them j millan middlä thet epter skälighet."

(476) Attingit paucis, ita tamen ut bina hæc decreta non distinguat, Nobil. VON DALIN l. c. C. 16, §. 25, p. 668; nullam harum literarum apud Nobil. LAGERBRING f. etiam invenio mentionem. Non bene mentem earum percepisse videtur, qui epigraphen nuper commemoratam iis in *Registro Ecclesiæ Ab.* præposuit, quam Auctor noster ad verbum expressit, dicens *quintam partem tributi regii remissam colonis fuisse, propter prædia & terras Coronæ quæ vel Ecclesia vel Nobiles patriæ acquisiverant.* Aperte enim Senatus sanxit, ut *deductis primum prædiis illis liberis, deinde reliquorum prædiorum censiticorum summa quinta parte minueretur*, idque ob multitudinem prædiorum quæ interim a colonis deserta, ad vastitatem redacta fuerant.

Cæterum ad hanc rem diligentius attendentes, in textum etiam Auctoris nostri (supra p. 122) mendum irrepsisse, animadvertimus, quod corrigere, Codicum Manuscriptorum consensu decepti, negleximus; nempe lin. 19 post verba *Nobiles patriæ acquisiverant*, poni comina (.) non punctum (.) debet, atque totus locus hoc modo constitui: "Sed singulariter propter prædia & terras Coronæ, quæ vel Ecclesia vel Nobiles patriæ acquisiverant, quinta pars tributi regii ad jus petitionem remittebatur c c c); sed non diu post" &c.

Beneficii, prioris exempli literis concessi usum a R. Christophoro popularibus nostris confirmatum fuisse, reperimus 477; qui ab Avunculo suo R. Erico ejusque in Suecia Senatu illud profectum fuisse, asserit (478). Utrum levamenti posterioribus Literis a Senatu præstiti usuram illis illibatam permiserit, an minus, haud scimus; nisi quod verba Auctoris mox expendenda illud confirmare videntur.

d d d). Commemorabilis sane hujus rei nulla alia supersedit nisi quam hic locus exhibet, memoria; unde etiam Historicorum nostro um prorsus effugit, noticiam: qui de consilio quidem R. Caroli, turbatam pecuniæ rationem emendandi commemorant, edictumque ejus laudant, quo a. 1453 sanxit, ut portorium quod ex investis mercibus peregrinis Regi pendendum erat, nonnisi argento appenso solvereliceret (479); sed beneficium quod ante XVII. annos,

(477) Literis suis in Castro Stockholm, ipso die beati Kalixti a. 1441 datis, quas ex Reg. Eccles. Ab. Fol. 27 sq. descriptas inseruimus Appendici ad Fol. Hebdom. Ab. a. 1785, p. 62 sq. Data illæ quidem sunt nominatim incolis Ditionis Aboënsis (alla warq essfeliga undersata, bönder oc böfarla, i Abo lään liggande); sed nec reliquos Fennicæ agricolas ab eadem benignitate regia fuisse exclusos, putamus.

(478) Verba ejus sunt: "Nogre aff eder haffua nu warith fore, oss här i Stockholm, oc bidhet ödmunkeliga oppo allas idre wegna, at, ,,i motten wardha niwtande then stadga, nadher oc lüsa om ider skat, ,,oc andre aarlige wiskylder, som högburen Herra, waar Moderbroder, ,,Herra Konung Erich oc hans Raad i Sverige ider wnt oc giffuith, ,,haffde nw fore nager aar, tha andre [Rikfens] skattebönder här inne i, ,,riketh nader oc lüsa singo." Idem respexisse statutum videtur, quod in literis suis a. 1436 commemorat Senatus, annoque proxime præcedenti (1435) factum fuisse a statuto; quoque Rege hoc anno Stockholmiam invasente, Senatui efflagitanti illum concessisse, (quo tempore in alia quoque decreta res Fennicæ salutemque spectantia illum consensisse infra videbimus) non est improbable, adeoque ad querelas Svecorum non omnino surdas aures habuisse, vel habere videri voluisse? (Cfr. de rebus hujus temporis Nob. LAGERBRING I. c. C. 2, §. §. 29-32.

(479) Cfr. LAGERBRING I. c. C. 8, §. §. 31, p. 493.

annos, tributi acerbitate lenienda Rusticis Finlandensibus ipse, cum reliquis Regni Senatoribus concesserat, (quoque interim, regnante *Christophoro*, tranquille usos fuisse, hinc colligas) *moneta reparande* causa revocasse, ignorant. Rem Rennis gratam accidere non potuisse, facile intelligitur; utrum vero cum seditionibus quarum mox subiungit auctor mentionem, aliquo modo colligata fuerit, penitus nos latet.

e e e). Neque harum *seditionum* (quas valde periculosas fuisse Auctor prodicit) aliunde ullam habemus cognitionem; quare nec quibus ex causis, nec quibus auctoribus, neque quibus inprimis Saracundia locis, neque quo tempore eruperint, hodie scimus. Tangit *Hexionius* Descript. Sveciæ L. V, C. XI; sed sua sine dubio ex Chronico nostro hausit. Magni nostri auctoritate & prudentia restinctas fuisse cum Auctor doceat, armis ad eas reprimendas opus non fuisse, credas?

f f f). Causas hujus consilii, quas breviter Auctor tangit, plenius Literæ ipse explicant R. *Erici*, Stockholmia a. 1435 (die proximo post festum Apostolorum Simonis & Judæ) datæ; quas ex *Reg. Eccles. Ab.* (Fol. 39) descriptas, inferendas curavimus *Foliis Hebdom. Aboënsibus* a. 1783, N:o 43, p. 340 seq. Vastam terræ amplitudinem & viarum asperitatem impedivisse, inde discimus, quominus Legifer, ut Leges Patriæ jubebant, semel quotannis iudicia per omnem ditionem suam exercere possent; non enim incolas ad unum vel pauca quædam loca, jus persecutorum congregare illi licebat, sed, singula Territoria (*Härader*) adire debebat (Cfr. *Cod. Legg. Christophor. Tingmål-Balk. XI C*): quare *suasus Senatorum suorum, maxime eorum qui ex Österlandia aderant* (quorum præcipuus noster fuit Episcopus, qui terræ conditionem norant, se inter duos Legiferos eam provinciam divisisse, Rex testatur. lis-

dem Literis limites provinciæ, cuique Legifero attributæ, accurate definiuntur: ita ut *Legifero Fennicæ Australis*, Finlandia australis cum insulis ad eam pertinentibus, Nylandia, Karelia orientalis & occidentalis (quæ etiam Savolaxiam complectebatur) & Tavastia, assignarentur; *Legifero autem Fennicæ Borealis*, præter Finlandiam borealem cum suis insulis, Satacundia superior & inferior, Ostrobotnia atque Alandia, impertirentur.

Vacasse hoc tempore munus Legiferi Österlandensis (i. Finlandensis) credas; cui post *Nicolaum* (Clauus) *Fleming*, a. 1425 mortuum (480), præfuisse anno adhuc 1434 *Petrum Fleming* infra videbimus. Novos autem Legiferos constitutos fuisse *Matthiam Martini* (Mats Mårtensson) in Fennia Australi, & *Sunonem Sunonis* (Sone Sonesson) in Fennia Boreali, observat Nobil. VON DALIN l. c. C. 16, §. 21 not. (u): de quibus infra dicemus.

Eodem die, iisque sine dubio Consiliariis suadentibus Rex aliud quoque institutum perfecit sapiens ac Fennicæ valde salutare, *Judicio* videlicet constituto *Supremo* (*Judicium Provinciale*, Lands Rätt appellari voluit), Aboæ semel quotannis habendo (481), quod nomine ipsius Regis

(480) Ut docet Nobil. UGGLA l. c. N:o 403, p. 43, *Claudium* (*Claes*) communi appellans errore. Cfr. supra p. 414 sqq. not. (370); ubi munus Legiferi diu ante indicatum a Nobiliss. Viro annum 1420 administrasse, simul demonstratur.

(481) Circa festum *S. Henrici æstivum* (neste um daga for Sancte Henrics dagh um Somaren). Mendum irrepsit in textum *Fol. Hebdom. Ab. l. c. p. 330* lin. 13, ubi pro *Henrics* male legitur *Johannis*, quod igitur corrigi debet. Festum autem indigitatur. *Translationis b. Henrici*, die 18 Junii magna solemnitate a Fennis olim celebratum; cfr. supra p. 159 not. (12), & p. 161 not. (15). Disputationem autem Nobiliss. LAGERBRING l. c. C. 2, §. 32, p. 114 not. (*), fateor me

Regis auctoritateque summa inter harum terrarum incolas lites dirimere ac jus dicere deberet. Literæ Regiæ rationes consilii sui exhibentes (482), & Supremi hujus Tribunalis formam ac potestatem describentes, membra designantes, causasque definiendas examini eorum subjiciendas, in *Registro Ecclesiæ Aboënsis* (Fol. 38) servantur; unde typis expressas legere licet in *Fol. Hebdom. Aboëns.* a. 1783, N:o 42, p. 329 seqq. Quarum summam cum diligenter exhibeat Nobil. LAGERBRING (*Sw. N. Hist.* 4. Vol. 2 C. 32 §, p. 113 sq.), hoc loco eandem explicare, minus necesse est. Observare autem debemus, hoc consilium atque institutum plane novum haud fuisse, aut nunc demum excogitatum; a Rege enim in Finlandia præsentem, anno jam 1407 tentatum esse, reperimus. Testantur hoc Literæ Regis supra laudatæ, scriptæ in *Castro Helsingborg* a. 1411, quas ad incolas Fennicæ mittens, ita orditur: *Wi Eric met Gud; naadh = = helsa alla the ther biggia oc boe under then Landz-Rätt war naadh hassuer skapat i Abo, &c.* (483); & aliæ illæ datæ in *Castro Wordingborg* a. 1414, hanc inscriptionem præferentes: *Wi Erik = = hylsä edher ware älsfeliga gode men, ther wy hassua besolth sitia ossuer Landzrättin i Österlind i A-*
S I S 3 bo

(quod *Officia propria Patronor. R. Sveciæ* oculis usurpare non licet?) haud intelligere. Caterum tempus hoc, *Judicio Finlandiæ Summo* habendo præstitutum, plerumque adeo sollicitè observatum fuisse reperimus, ut inter *Sententias* ejusdem *Judicii VII* integras, post a. 1435 perscriptas, quæ in *Reg. Eccles. Ab.* servantur, nonnisi binæ (eodem utraque anno, 1446) datæ leguntur die Veneris proximo ante festum *Philippi & Jacobi* (d. 29 Aprilis), reliquæ omnes inter diem *XI & XVIII Junii*.

(482) Verba huc spectantia talia sunt: *Wi = = sinnom oc wiselika merkum, at med iber ther i landhet, som fierran ligger fran Riket, är stor wanskilse um rätt of lagh, enfannelica aff thy at wi fore Rikenes ärende skuld sellen kunnom thiidh i landhet koma, of almoghanom är aff tungth thadan sölia of swa fierran med thera ärende of färemotom.*

(483) Vid. supra p. 419, not. 373.



bo &c. (484), adeoque ad ipsum hoc Tribunal missa; cui minus diligenter peractas muneris sibi demandati partes exprobrat (485). Confirmat eandem rem Sententia Judicialis ab eodem Tribunalia. 1415 lata, cujus exemplum iam laudato sæpe *Registro Eccles. Aboënsis* habetur (486). Non dum

(484) Vid. *Folia Hebdom. Aboënsia* a. 1784 N:o 25, p. 193 sqq. Cfr. supra p. 419 sq. not. (373) & p. 456 not. (488).

(485) Verba ipsa hujusmodi sunt: *Wy undra storlifa, at the fatighe män aff Esterlandh söfe of swa fierran met there's keremäl, epter thet wi haffua ider yterlike (iterum, post demandatam illis olim provinciam!) befelth at höra oc rätta all ärende ther i landet, oc slipta allom rätth, fatighom oc rikom, swa wel ynbirds mellan ider, som andre. Ty bedie wi idher of byuda, at I fly theme swa, at the fatighe män aff landhet ey tarffua at löpa til of med theris keremol. Sigbin rätten mellan alla, bede fatighe of rife, som I wille for Gud ansvara. Wil nogher sit amothe rätth werria, tha umbiuder of thet, wi wille ther wider göra som of bör a rätth wegna. Nullam aliam sibi reservatam Rex voluit potestatem, quam illos coercendi, qui Summi Tribunalis spernere auctoritatem auderent. Caterum ex perlatis ad Regem querelis atque caulis, Tribunalis nostri vel negligentiam ve injuriam mox colligere non licet: vetat & multorum hominum pertinacia, & multarum caularum insoles, & nostræ plebis de Regum suorum non modo justitia & sapientia, sed etiam paterna benignitate persuasio hæreditaria, a quibus nihil non beneficii sese sperare posse pie existimant; quamobrem, ubi injuriam sibi fieri vel suspicabantur, (qualis suspicio in sua re non semper vera aut idonea niti solet ratione), nulla facile difficultate a summo hoc suo tutore adeundo sese deterreri passi sunt.*

(486) Fol. 166 sq. Typis expressum legi potest in *Fol. Hebd. Ab.* a. 1785, Append. p. 56 sq. & jam antea descriptum habebatur in *Christ. Linnell Disp. de Tavastia* C. I p. 8 sq. Cfr. supra p. 420, not. 373. Initium tale est: *”Wii Magnus met Gudz nadh Biscop j Abo, Nicles Olaffson Riddare, j thetta sin Konungx dom innechaffuandhe, Olaff Olaffson i Lagmandz stadh sitian-dhe, a årligs manz vegna Herre Clavus Flåmingx Riddars, Clavus Lydiksön, Waldemar Diagn, Jon Ralamb, Olaff Matsön, Haquön Knutsön, Hartika Dyker, Haquön Frilla, Sone Senasön, och Tuwe*

dum tamen aut æque perfecte instructum, aut æque solen-
 niter institutum fuisse, credas? Alia præterea curanda ne-
 gotia publica (præter juris reddendi summam potestatem)
 eidem initio fuisse commissa, putes (487)? Cerrum vero
 est, constitutum hoc Tribunal fuisse loco *Judicii Regii*
 & *Inquisitorii* & *Correctorii* (Råste Ting & Rättare Ting),
 quod utrumque aut a Rege ipso, aut ejus nomine, haberi,
 ad præscriptum Legibus tenorem olim luevit; sententiam pro-
 nuntiandi munere, hoc tempore, non facile viris mino-
 ris dignitatis quam Regni Senatoribus (qui tum judicandi
 potestate Regia gaudere, innehafva Konungs Dom, dice-
 bantur), mandato (488): unde quamdiu hocce Tribunal
 apud

„Nicleson, Kennomps met thetta vora opna breffue, at then tiid vii
 „Lanzrätten hultom j Abo, a lögborens förste wegna, vars nadugs
 „herra, Konungh Erichz, anno Domini MCDXV, daghen näst epter
 „sancti Johannis Baptiste dagh,” &c. Unde patet, formam hujus Judi-
 cii jam tum eandem fuisse, quam literis suis Rex a. 1435 describit.
 Et nec hoc anno posterior habeatur, atque anni nota vixit laborare
 credatur, observamus Rhodgerum Præpositum Aboënses (qui ante a.
 1422 e vita discessit), & Johannem Amundi Archidiaconum (quem an-
 te a. 1427 mortuum fuisse constat), præsentibus fuisse.

(487) In literis quas nuper laudavimus, a. 1411 & 1414 datis, Rex
 huic Tribunali sententiam suam de negotiis variis significat Oeconomi-
 cis: in prioribus, de sylvis vastis publicis cultorum industrie conceden-
 dis, in posterioribus de tributi magnitudine non augenda, & de pecunie
 ratione conservanda; rogans tandem, ut in rebus omnibus administran-
 dis utilitatem & Regis & Provinciæ diligenter spectent, qua de re neque-
 fesse dubitare, blanditer addit (S at ärände pröwer worth oc landzens
 besta of bestandh, som wy iber wæl tiltro oc wæl withe at S gerna gdrin).
 Quæ omnia, ad solam potestatem judicariam, hujus Tribunalis officia
 primum restricta haud fuisse, prodere videntur.

(488). Vid. Nobil. STIERNHÖÖK de Jure Sveonum Es Gæthor.
 vetusto L. I, C. II, p. 36 - 42. Cfr. Celeb. HALLENBERG Svea Rikes
 Hist. under K. Gustaf Adolfs Reger, III B. XVI C. p. 117 sqq. Non

apud majores nostros viguit (439), non nisi rarissime alia illa *Judicia Regia* (*Råfste- & Råttare-Ting*) habita in his oris fuisse, reperimus (490). ggg).

tamen nullam adhuc superesse materiam Juris nostri veteris Studioſo putamus, utriusque hujus *Judicii* rationem atque hiftoriam ex instituto perfequendi, & de veris illorum limitibus, nunc diftinctis nunc confufis, nunc definitis nunc prolatis &c. difputandi. Caterum *Tribunal*, de quo loquimur *Provinciale Finlandiæ* ad ſuperiorum illorum *Judiciorum* formam, atque morem cauſas cognofcendi & dijudicandi ſoleannem, ſtudioſe fuiſſe adornatum, conferenti facile patet: quamobrem nec ullum, novo hoc inſtituto adoptando, a veteri jure legibusque patriæ factum fuiſſe diſceſſum, apparet.

(489) Poſt a. 1446 *Tribunaliſ* hujus nulla amplius occurrit mentio, ſed priſtina *Judicia Regia* (*Råfste-Ting*) veteri more habita, (neque tamen horum ſolenni forma ſemper accuratiſſime ſervata) in monumentis noſtris commemorantur. Quorum *Judiciorum* Præſides, aut *Judices Regios*, cum hoc ævo nullos facile conſtitutos eſſe exiſtimemus, niſi *Regni Senatores*; horum indicem a *Nobil. UGGLA* editum, ex talibus monumentis augeri poſſe, credimus. Sic eorum qui his rebus diligentius examinandis operam tribuere voluerint, *judicium* eſto, annon *Steno Boſon* (*Natt och Dag*) æque ac *Jonis Andersſon & Ivar Nicliſſon* (*Råde*) (Vid. *Nobil. UGGLA* l. c. N:o 395 & 366), hoc argumento *Regni Senatoribus* adjungi debeat? Cfr. ſupra p. 418 not. 372. Certe nomen ſuum in *Sententiis Judicialibus* annorum 1405 & 1407, nomini *Nicolai Fleming*, *Legiferi* (& *Senatoris*) præponitur. Cumque iisdem in *Literis* non ſine ſingulari honoris præfatione nominetur *Fuſſe Duſſva*, *Konungens Hofmeſtare*, neſcio annon cum illo quoque munere dignitas *Senatoria* fuerit conjuncta? Præterea, cum *Legiferorum Finlandenſium* aliquot ad *Senatorium* pertinuiſſe ordinem ſit indubium; definiendum erit, annon etiam reliquis eodem munere ornatis, *Senatoria dignitas* competierit, quamvis ob locorum longinquitatem publicis intereſſe *Regni negotiis*, rarius iis licuerit? Sed hæc obiter.

(490) Exiſtit ſententia *Judicii Regii Inquiſitorii* (*Råfste-Tings Dom*) anno 1420 lata, ex *Reg. Eccleſ. Ab.* Fol. 134, typis deſcripta in *Fol. Hebdom. Ab.* a. 1789, N:o 40) hujus generis, unica qua inter a. 1407 & 1447 ſcripta ſuperſit, cujus tale eſt initium: *Wi Carl Öra, Knuth Udſſon, Nicliſſ Gſtaffſon, Nicliſſ Årengiſſaſon, Riddare, Konungſ Dom haſuande i thetta ſin, &c.* Horum duo primi cum quarto, a *Nobil. UGGLA* inter *Senatores Regni* recensentur (l. c. N:o 435, 416, 401); quare non dubitamus, quin etiam tertius iis debeat annumerari,

ggg) Errasse hoc loco Auctorem nostrum, & quod jam tempore Episcopi *Hemmingi* contigit, atque favori admodum potentis in his oris viri, *Nicolai Thuronis* (Bielke), qui Legiferi Finlandensis tum fungebatur munere, a Rege *Haquino* datum fuit, ad *Magni* Episcopi tempora traxisse ejusque laudibus temere adjunxisse, apertum est (491). In quem errorem incidisse eo magis miramur, quo certius ex multis locis elucet, eum *Vetus Registrum Ecclesie Aboënsis*, in quo *Literarum* a R. *Haquino* hac ipsa de re publicatarum exemplum servatur, oculis usurpasse & haud indiligenter consuluisse. Cum de re ipsa, tum de *Litteris Regiis* illam spectantibus, egimus, locaque ubi hæ legi possint indicavimus supra (p. 326 sq. not. 260—263).

hhh) Ad dignitatem Archiepiscopalem, nostrum fuisse primo loco inter tres Candidatos, a Capitulo Upsaliensi a. 1421 commendatum, *Diarii Vatzstenensis* auctoritate discimus (492). Sed suffragium Regis non obtinuit. Cfr. LAGERBRING I. c IV D. C. VI, §. 21; & quæ supra monuimus p. 426 not. 384.

iii) De comparatione Episcopi nostri cum b. *Hemmingo*, supra quædam monuimus p. 293 not. 215, & p. 422 not. 377. Indignum vero elogio, quo hic ab Auctore ornatur, haud fuisse, quæ de factis vitæque sua hætenus attulimus, satis evincunt. *Rhythmi* autem quos dixit

T t t Fen-

(491) Docuit jam PERINGSKJÖLDIUS *Monum. Upl. T. I, p. 26* sq. & post eum reliqui nostri Historici, v. DALIN *Sv. R. Hist. II D. C. 13, §. 18*; v. STIERNMAN *Höfd. M. II D. (vid. Fol. Hebd. Ab. a. 1785 Append. p. 186)*; LAGERBRING *Sv. R. Hist. III D. C. VI, §. 53, &c.*

(492) Ad a. 1421 p. 63 sq.

Fennos sua lingua in laudem ejus cecinisse tradit RHYZELIUS (in vita Nostri) versus sunt satis inepti, circa medium seculi proxime superioris a *Laurentio Petri (Tammelino)* compositi; e cujus *Synopsi Chronologiae Finnonicae Rhythmica*, Fennice contexta & a. 1658 Aboæ edita, desumpti sunt, nec minus vitiose Latine conversi (493), quam Fennice expressi, atque ad majorum nostrorum (qui tales rhythmos plane ignorabant) de *Magno* judicia illustranda omnino nihil pertinentes.

De sepulchro nostri, innexa cancellis ferreis illud (rectius *Chorum Corporis Christi*) munientibus inscriptione, deque fatis quibus idem superiori seculo læsum fuit, recte & diligenter l. c. scribit Rev. RHYZELIUS; cum quo cfr. *Disf. de Sacellis Sepulchralibus in Templo Cathedrali Aboënsi obviis* (quam Præf. Cel. BILMARK a. 1778 hic edidit Clar. ALEX. LAURÆUS) p. 20. Qui autem dies mortis suæ in lapide sepulchrali, a BRENNERO delineato proditur, eo die sepultum demum fuisse, *Fragmentum Palmsköldiazum*, (vitiose sine dubio) tradit (494). Iplum autem Elogium sepulchrale Nostri, quod l. c. exhibet Rev. RHYZELIUS, ex *Dissertatione* Clar. HALLENI nuper laudata desumptum, tabulæ æneæ fuisse insculptum recte hic autumat, quam supra sepulchra antecessorum suorum *Magni & Olavi* collocasse Episcopum *Magnum Nicolai de Sär-*

(493) Opera GREG. HALLENI; ex cujus *Disf. (Wirmoënsis in Finlandia territorii memorabilia continentis)* Part. Pr. sub moderamine Cel. *Scarin* a. 1738 Aboæ edita, versus hosce (quorum tamen Auctorem, haud veterem, ille non reticuit) Rev. RHYZELIUS hausit, sed ita, ut textum Fennicum vitiis typographicis fœdari pateretur.

(494) Ubi n. legitur: *Abo in choro corporis Christi sepelitur, anno MCDLII:º IX die mensis Martii*. Fortassis ante notam dici, vocabulum *obiit*, aut tale aliquod, excidit?

Särkilax Auctor noster deinceps (p. 28) narrat, (qua de re nos infra), quæque a. 1681 incendio Templi Aboënsis fatali interiit, postquam titulum ejus, cum pluribus veteribus monumentis laudatissimus antiquitatum nostrarum investigator Nobiliss. BRENNERUS non diu ante descripsisset. Superest autem adhuc lapis, ad alienum licet locum post infelix illud cujus nuper meminimus incendium translatus (495), qui cum prisca arma Tavastianæ Familiæ gentilitia (qualia fere Ståalarmiana gens adhibuit) anaglyptico opere (quamvis rudiori) cælata, mitræque subjecta Episcopali, spectanda exhibeat, ad sepulcralia *Magni* nostri ornamenta pertinuisse, dubio caret.

Quam læte res Ecclesiæ (si ex seculi sui sensu judices) *Magno* sedente Episcopo floruerint, ex iis quæ supra commemoravimus, satis apparet. Quibus seriem præcipuorum, sua ætate, hominum Ecclesiasticorum qui in his oris eminuerunt, (qualem ex superstitibus contexere monumentis licet), adjungemus.

T t t 2

Præ-

(495) Nempe muro jam affixus est qui summum chorum a reliquo separat templo, (ita, ut chorum intraturis ad latus dextrum conspiciatur). Valde quidem læsus est; sed mitra tamen Episcopalis clypeo imposita, crux aream sive quadratum superius dextrum & inferius sinistrum occupans, atque brachium armatum aream superiorem sinistram ornans, clare adhuc conspiciuntur; alterius brachii, quod aream inferiorem dextram occupavit, figura valde mutilata est. Brachium autem, non ut in armis Comitiss Ståalarmii videmus, (CARLSKJÖLDS *Vapen-Bok* Tab. II, N:o 33) dextrorsum, sed versus sinistram clypei partem porrigitur; quali situ etiam cancellis ferreis *chorum Corporis Christi* (sepulcrumque Episcopi nostri) munitibus innexum habetur: quo loco *Gryphi* quoque imago supra *brachium* illud collocata exstat, nescio quid significatura? Cfr. de lapide illo sepulchrali Bång *Tavastiska slåkiens Åttaretal* Not. A, ubi recte descriptus habetur.

Præpositi igitur *Aboënsis* (Archipræpositi) munus administrasse reperimus *Rhodgerum* annis 1415—1420 (496); Magistrum *Fridericum Trast* annis 1422—1430 (497); Magistrum *Olaum Magni* (eundem qui Avunculo suo deinde in Cathedra Episcopali successit) annis 1438—1450, de quo mox plura (498).

Archi-

(496) Cfr. Sententias Iudicii Regii his annis latis ex *Reg. Eccles. Ab.* (Fol. 166 & 134) typis editas in *Foliis Hebdom. Ab.* a. 1785 Append. p. 56, & a. 1789 p. 321. Utrum idem existimari debeat, qui a. 1366 dicitur *Magister Rotcherus Pastor in Kangasala*, definire haud audeamus.

(497) A. 1407 Canonicus Aboënsis, ut procurator Episc. Magni missus Wadstenum ad exigendum testimonium fratris *Thorneri Andrsæ* in causa celebri contra *Padifenses*, (supra p. 486 sq.); a. 1414 simul Pastor in Wemo fuit (cfr. *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 75 & 111). An idem fuerit qui a. 1405 audit *Dn. Fridericus* (Curatus) in *Hattula* (ib. Fol. 278), non dicam.

(498) Notare hoc loco credulitatem liceat: *Hallenii*, Dissert. cit. p. 16 not. (*), ubi templum *Wirmoënsis* a. 1260 jam fuisse fundatum asserturus, ad vetus nescio quod ejusdem ecclesie Inventarium provocat, in cuius initio (nobis parum aperto, ac neque satis, ut videtur, accurate descripto, neque omnino ad illud ævum pertinente) mentio fit *Remari Giflonis*; qui vel ipse vel alius salutarum *primus Præpositus Aboënsis* (non enim cohæret series verborum); præter quem laudantur *Sigismundus Johannis Canonicus Ab.* & *Remigius Giflonis*, Canonicus *Holmiensis*, *Magister Magnus Woldemari* Canonicus *Upsaliensis*, ac *Magister Nicolaus Carhu* Præpositus ruralis in Parochia *Wirmo*, &c. Quis concoquere hæc omnia poterit? *Elavus* primus Præpositus Aboënsis a. demum 1340 constitutus fuit (supra p. 252 sq.); *Canonici Holmienses* quinam fuerunt? *Remarus* (*Reymarus* s. *Remigius*) *Giflonis*, (*Remar Giflason*), a. 1422—1430 Canonicus fuit Aboënsis, simulque Pastor *Wirmoënsis*, ejus sigillum in medio sculptum clypeum exhibuisse legimus, quasi stipitem arboris continentem per transversum, cum ramis quasi prescis, in cuius vero circumferentia legebantur hæc literæ: *S. reymigii giflonis p[re]sbi. Cf. Reg. Eccles. Ab.* Fol. 263 & 242. Reliqua expendere piget.

Archidiaconatui præfuisse legimus *Johannem Anundi* annis 1415 — 1422 (499), *Magnum Laurentii* annis 1429 — 1434 (500), *Magistrum Sigurdum Johannis* a. 1439 — 1448 (501), *Johannem Magni* a. 1448, & proxime sequentibus (502). Viros minoris dignitatis silentio præterimus (503).

T t t 3

Ut

(499) De quo & suo in Ecclesiam Aboensem affectu cfr. supra p. 437 sq. & p. 458 sq. Munus *Oeconomi* Ecclesie Cathedralis a. 1405 & 1407 administrasse videtur. *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 123, 140, 142.

(500) *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 232, 243. Idem videtur fuisse a. 1417 *Oeconomus* Ecclesie Cathedralis Aboensis. *Ib.* Fol. FFF.

(501) *Sigurd* (*Siwrgd*, & alicubi *Sigfrid*, vitiose?) *Jönisson* vel *Swansson*; Qui a. 1448 die b. *Ignacii Episcopi* (17 Dec.) prædium suum *Gestrikaby* (parocchie *Jomala* in *Alandia*) mensæ Archidiaconi Ab. donavit, conditione adjecta quam his verbis expressit: "At then aff "bördinne, oc håltz Margareta Gregorsdotter, thet besithia scal, giffui "ther aff aarligha III mark Swenska peninga och I half tunna ööl met "kost ther tiil hörer, swa lengi hon lifuer." *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 272. Idem hic Archidiaconus *Sigurdus Johannis* inter institutores *Fraternitatis Trium Regum* recensetur (cf. supra p. 475); quæ institutio, s. a. demum 1449, ut loco ibid. allegato docetur, facta fuit, etiam tum in vivis adhuc fuisse, necesse est. Sed ætas successoris sui, de qua mox, repugnat?

(502) Ætas hujus viri quo minus definiri certo possit, plures obstant difficultates; annorum numeros monumentis adscriptos res suas aut antecessoris sui tangentibus, corrupte in apographis superstitibus (ipsæ enim autographa periere) hodie legi, satis demonstrantes. Nam cum nostri hujus nomen litteræ mox adferendæ præferant, quæ a. 1448 die *Saturni proximo post diem S. Marci Evangeliste* (die 27 Aprilis) data esse dicuntur; antecessor tamen in munere suus *Sigurdus Johannis* mense ejusdem anni Decembri eidem adhuc muneri præfuisse, in literis suis proxime allatis, asseritur? Ita ut si institutio *Fraternitatis trium Regum*, cui ille adfuisse docetur, vel ad a. 1440 (pro 1449) retrahatur, (in quo nihil fortassis absoni fuerit cf. supra p. 475, p. 477); tamen neque sic expediri res possit. Accedit, quod in ferie Fratrum celeberris illius *Fraternitatis* (vid. supra p. 476) inter *Archidiaconos* qui nomen eidem dederunt, præterito plane *Sigurdo Johannis*, qui paul-

Ut Ecclesiarum numerus per regiones Finlandiæ ma-
riti-

Io ante inter institutores ejus fodalitatis recensitus fuerat, nostro *Johanni* præmittitur Magister *Benedictus Holt*, ut ætate superior, cujus nulla caterum in monumentis nostris alia occurrit memoria. Ita ut hic aqua nobis omnino hæreat. Literarum autem, quas nosmet apposituros promissimus, tale habetur exemplum: "Wij *Magnus* met Gudz nadh biscop, *Olaff Magni* Domproast, *Jons Magni* Archedegn oc Capitulum j Abo, kënnoms oc kwngörum met thetta warth närwarande opno breff, ofs hæffua anamath och wntfangit aff beskedelighom manne Beakt Pedherfson, borgare j Abo, oc hans hustru Appolonia (Pedersdotter), theres gardh j Abo stædh, som the hæffua wnt oc giffuit wndher ware *Erw altare*, som kallas *Jokua-altare*, j varo Domkirchio, til Kirchioherrens bordh oc wphælde ther samma stadz, j swa maatto oc met tuilkom forordom her epter följa: at hoo som hälst Kirchioherre är eller varda kan j tilkomande tiidh tiil sammu altarit, skal vara pliktoger tiil two äwigha vigilijs oc siåle messor j hvario viku fore theris siåle, epter thet Gud hawer them bodhe eller noghot there hädhan kallat, ok lyfa fore them, vprånmande theres namn, som seedher är: the vigilie skulu börjas, och skal for:de Kirchioherre holda saka liws tiil the for:de vigilijs oc messor, X ar epter the liws som the sielffua eller nogot thera latha epter sikh göra, eller skepe epter sikh ath göras j theres wifardh, årw vprnöth och for:årdhe: och skal for:de Kirchioherre gonga vpa thera graffuer epter vigilijs ok messor, som sidher är, och fornöya ok löna Klockarenom åarligha fore siit årffwode aff sama godzens rånthom. Thetta leyffwim (loffwom) vi fornempde Biscop, Domproast, Archedegn oc Capitulum med sannindh, ath swa fullleligha höllas skal; ok formanum verduge Herrer epter ofs komende, ath the sikh herom vorda lotte, och bepliktom alla the Kirkeherre tiil sama altari tilkoma sculande, tiil thesa messor och vigilijs j swa motto, som forseriffuat är, obrytåliga at uppeholda. Tiil mere viffo oc vitnisbyrd lathom vi *Magnus*, met Gudz nadh biscop, vort egit Secret, och vi Domproast, Archidegn oc Capitulum vort Capituli Secret hengia nedanfore thetta breff, som scriffuit är j Abo anno Dni MCDXLVIII: o Lögherdaghen nåit epter sancti Marci evangelistæ dagh &c." *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 246.

(503) Tales sunt Magister *Johannes* (Jónis) *Ólintu* (*Ölindus* h. e. *Avis Nocturna*) Canonicus & Curatus Aboensis (s. qui præfuit altari b. Mariæ vel Parrochiali) a. 1410, sed Canonicus & Altarista S. Bartholo-

ritimas atque cæteras cultiores, insigniter crevit (504); ita dubium non est, quin simul opes cleri certiores sensim majoresque factæ fuerint (505).

De

mxii a. 1434 (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 247, 242); Magister *Petrus Magnus* a. 1446 *Canonicus Ab. & Curatus* in Kimito (ib. Fol. 234); & Magister *Conradus* (Henrici?) a. 1437-1444 *Curatus* in Tenala (ib. Fol. 176, 184 & 158); quem supra (p. 330 not. 270), annorum notis fallacibus decepti, ad superius seculum male retulimus: quales nonnullos quoque alios, numerorum præcipue, errores in sine operis notabimus correctosque dabimus.

(504) Cfr. supra p. 469. Ita in ditione Aboensi occurrit a. 1418 mentio ecclesiæ Nykyrka, a. 1448 *Nagu &c.* In Satacundia a. 1439 *Loimijoki & a.* 1445 *Eura*. In Nylandia a. 1423 *Ingo*. In Tavastia a. 1442 *Sysmä*. In Carelia a. 1418 *Jäästis*, a. 1422 *Pyttis*, a. 1427 *Wekelax*, a. 1442 *Lappvesi & Jockas* (quæ hætenus ad ecclesiam S. *Michaelis* pertinuerat, jam vero suum accepit Pastorem). Etc.

(505) Ad rationem illustrandam redituum ecclesiasticorum, a majoribus nostris olim exactorum, sequentes annotationes ex MS. vetuste, cujus nobis copiam benigne fecit Cel. NORDIN, exscriptas adjungemus, idque tanto lubentius, quod licet mendis haud carentes, tamen aliis quoque nonnullis rebus Fennix antiquis lucem afferunt:

"Anno D:ni tractata sunt hæc infra scripta inter Clerum & Communitatem in Alandia MCDXXIII.

Preste retter i Aland han haffuer i så mätto varit hårtill,

"Först i [then] lijksfool at taga ena mark epter alla them som vare tälffara gamla och öfwer tälff, och aff them sum mindre ware II öre, aff smoom barnom I öre, och aff them all som drunknade, eller uthlendes döo, tage ther och ena mark. Item biseops rettin och preste rettin i smyri giordes med gamble bismane, och med biseops nebskatter foremarken eller löxer. Item hwar bonde III marker smyri för kalfva tionde, och hvad honom kommer til kalfwa flere,

"Um thenna schripna åranden haffua almogen stoor kåramåll mothe Klerikaw, så att aff tälga tråto och kåramåll kom stoort rop, blygd och siåla våda, huilka tråto och missemio biseop *Magnus*, verdoge fader med sine Capitulo, närvarande *Henrich Gioreshager*, *Fogte*

De rebus ad statum civilem Fenniae hoc tempore per-

"och Lagman j Aland, haffuer mild och til samio dragit, både aff
 "Clerikanaa vegna och almogens; i så mätto at Preste rettin schall så
 "göras, som her epter schriffuit står.

"Först at bonde schall göra sit maskot VII marker smör med the
 "wicht som the aff ålder haffua giordt (IX mkr secundum pi:sum mo-
 "dernum).

"Item om thera quicke tionde aff hvariom kalffui II p:ga, om
 "honom icke tiende kalffue tilkom om åredt. Item aff lamb I pg.
 "aff Kydh I pg. om han ej tiende får.

"Item om brudhe vigning I öre, före thera inledning II öre. I-
 "tem för inledning efter barn II örtuger.

"Item testament schall håldas i så mätto; giffuer någor Kyrkiene
 "fårdelis och fårdelis Presten, vare mer eller minne, lathi hvar sig
 "nöya ått thy som giffuit år. Giffuer kyrkiene, och prestenom inthe,
 "thå tagi Prester halff med kyrkiene, och vari plichtog them dödba i
 "böna håld haffua.

"Item thera likstool schal håldas i så mätto: döör någor XV år
 "gamall, och ther öffuer, giffues epter honom V öra penga; epter XII
 "åra gamblan och til XV, giffues II öra; för VII åra gamla giffues
 "en öre; för the barn tala kunna, två örtuger, för the som minne åra
 "I öre (örtug?); (har) thet barn varit til arffs kommit, så giffui
 "fulla likstool.

"Item epter (them) som drunkna och ej finnes, och effter them
 "som uthlendz döo, haffuer ej presten rett något kräffua, uthan aff
 "them som välia sig legerstadd utfoknes.

"Item biseops nåbskatter schall så göras her epter som her till
 "giordt år med gamble vifdene, och feremarkene, och aff allom bon-
 "dans hionom och lighionom prestenom sin rett.

"Item om fiske tiend och allan andra smö tiend, schall almogen
 "göre som förre år giordt, och annorstedz i biseops döme göres.

Kyrw rätt som Prestenom bör göras.

"Först II karpa korn aff Presti krokin, II las höo, II mkr.
 "humbla, I böste, II mkr hampo, I mk smör aff huar koo, I karp

pertinentibus, quædam nuper attulimus (506). Superiores
U u u ter-

”rogh för maskott, item itt pund ferske fisk om hösten, aff them som
”efter sika fara, item II öre pro sepultura, item II huit skin aff
”kroken.

Krokrätt eller Andavero (?)

”Preste kroken i Tavafland, aff hvarie Preste krok II karpa
”korn struckna, I karp hafra strukin, III spruutfang hêô, itt kroskin
”(Gråskinn),

Boskatt eller Talovero.

”Item Boskatten, dictus Talovero, I mk. geddor eller en karp
”rogh, II triding karp rogh för Maskot, itt griipelag hampa, I mk.
”humbla, eller för huar them I öre, I bôte, med thet beste om flere
”slachtas svin, om II thett bettere, I öre aff them som inthe slachta,
”item en bog af en biörn, och theflikes aff elg.

”Item kyrkiene rätt aff huar Konungx krook IIII huit skin eller
”III öre pgr. *Nebbeskatter* solvitur pro tertia parte Decimarum, &
”*Foremark* pro expensis collectorum.

”I Tavefland äru två Preste kroker udi en Konungx krok, och
”theraff bör uthgöras effter kroken it hvitskin eller I öre pgr.

”Quando pater & filius insimul habitant in die natalis D:ni, tunc
”non tenentur solvere nisi unum mascot; sed quum ante separant se
”ab invicem, solvere tenentur duo mascot.

”Parochiani nominati ad laborem ecclesie si non veniunt, solve-
”re debent III oras, & supplere labores denuo; sed si fuerit conque-
”stum in placito, solvant III mrc. cum labore diei.

”Omne quod offertur sub missa, Curati est; sed illud quod ante
”vel post, dividatur in duas partes, inter ecclesiam & guratum.

”Pro sepultura in ecclesia cathedrali solvuntur X marcæ. In ec-
”clesia rurali lapidea V marcas, in lignea vero III marcas dabunt.

”Retter Maskâtz karp är V ferdingar strukne, eller een fr, och
”een retter landz karp, eller en strukin span (?).

”Item ubi habitaverit qui moritur, illic sepultura detur; pro lo-
”co funeris vel cæmeterii III oras Curato.”

terræ nostræ partes adhuc parum fuisse habitatas, vias
pau-

Nescio quod aliud monumentum MESSENIUS in manibus habuit, cum scriberet (*Scand. T. X p. 19*: Circa 1445 Magnus præscribit Alandis decimas Clero solvendas. In *Chronico vero Finlandiæ Rhythmico p. 36* (ubi in exemplo typis edito *Öland*, pro *Oland* vel *Åland*, vitiose legitur) ad a. 1452 hæc eadem refert, atque ab *Olavo*, Magni successore, hoc tamen adhuc vivo, perfecta dicit: male sine dubio. *Magnum* tamen anno etiam 1444 Alandiam adiisse, idem quod nuper laudavimus vetus MS. testatur, habens: "Anno D:ni 1444 decrevit venerabilis pater D. *Magnus* Dei gratia Episcopus Aboensis in placito parochia Sundo, sabatho infra octavas Sanctoꝝ omnium, quod ecclesia per territorium Alandie emat picem pro usu suo, & parochiani tenentur picatores in expensis & labore." Ubi aut excidit verbum, aut *teneant* legendum pro *tenentur*?

(505) P. 494-508; Ad illustranda autem ea, quæ p. 495 (coll. p. 500) de consilio *Königsmarckiano* tributa Regia exigendi diximus, sequentes apprime facere literæ cum videantur, eas hoc loco adjiciendas esse duximus: "Fore allom thöm thetta breff hõra eller see, kännomps vi, Haquon Frilla oc Jõnis Torkillon, os haffua ther widher varit, tha fokna mennena aff Kymito, aff alla foknenna vegna, nw fore fåmpton aar (circa a. 1417) taladhe til verdegan fadher, biscop Magnus j Abo, aa fatto biscopstinge, om ena penings summa, som foknen sagde sik haffua utlagt fore aatherfiadher, som reknedis oppa Domkirkione godz j Brusaby, ok sagde at Lagmannen haffde thöm godzet dömt til thes the fingo sina peninga. Til huilkit Biscop Magnus svarade, at all Domkirkionne godz äru fräls, ok ther uppa vare Drötningh Margareta breff j Domkirkionne. Framdeles til Lagmans doom svarade han swa, at tha thet kãrdis och dömpdis, tha var ther inghen til swars kalladher aa Domkirkionne vegna, oc i swa mattha menthe han at foknen ingen räth hafde til the Domkirkionne godz. Togh uppa yttersta bad for:de biscop Magnus foknen, at om the noghon rättighet j nogra mattha haffde til the forseriffne Domkirkionna godz j Brusaby, at the vilde thet öwersee for Gudz ok sancta Henrics skuld met henne. Theruppa togh foknen et beradh, ok gingo alle uth aff tingsstufwona, ok vi badhe gingham ther i målan; oc sidhan komo the jgeen met eet beradit swar, swa ludhande: at the fore Gudz oc sancta Henrics skuld wilde offwerse met Domkirkionne, hvad [thet] hälft rättighet the hafde til henne godz j Brusaby,

paucas munitas, pontes paucissimos exstructos, deprehendimus (507).

U u u 2

Pace

"fore the atherstadher the vtlagt hafds, j swa mattha, at wem Domkirkion kundhe ey nywota thet frälset, tha skulde hon själf skattin göra, ok the godzen skulde ey vara soknenne til tungna. At swa var sampt ok all ledis öfuerthalat, som forscriffuit är, thet vihtnom vi met vara godha turo oc lanninda, äpther thet vi gingom ther j mellan; ok til mere visso hengiom vi vaar incigle fore thetta breff, som scriffuit är j Kymitto anno Dni MCDXXXII:o, ipso die circumcissionis Domini nostri Jesu Christi." *Reg. Eccles. Ab. Fol. 156.* Patet hinc, exactores tributü regii, ne libertatis quidem prædiorum ecclesiasticorum (saltem non semper) rationem habuisse; sed pecuniam pro summa omnium prædiorum paræciæ cujusque, ex paræciâ exegisse.

Ad ea porro quæ p. 505, & laudatø ibidem loco Illust. LAGERBRINGII, de constituto a Rege *Erico* Judicio Finlandiæ supremo dicuntur, confirmanda pertinet, quod *Protocollum*, ut hodie loquimur, illius Judicii (s. rectius librum sententiarum ab illo latorum), juxta præscriptum Regium, non modo diligenter conscriptum fuisse, sed etiam post hoc Tribunal abrogatum, a. 1472 adhuc existisse atque in medium allatum legatur, in sententia Judiciali *Thomæ Oluffson de Torkila* eo anno pronuntiatâ, ubi dicitur: "Ok kom ther for retthe en gamla Lantzretthens Doom-bek, then Sone Sonasfon, foordhum Lagman j Norfinnæ haffde aath; ther fantz utinnan, at Gregerfs Andersfon -- var en man närmare en the andra ärfvingena epter Benkt Michelsfon" &c. *Reg. Eccles. Aboöns. Fol. 214 fin.*

(507) Septentrionales Savolaxiæ partes, regio Ostrobotniæ superior (sive a mari remotior), Tavastia borealior, inprimis totum territorium Rautalambense, partesque Satakundiæ borealiores (paræciæ Ikalis, Ruoyesi & Keuru) nondum alios habebant incolas, quam Lappones passim errantes. Eidem huic rei illustrandæ apprime inserviunt literæ R. *Christophori*, quibus a. 1442 immunitatem a tributo Regio novo prædio impertit ab Episcopo *Magno* juxta lacum *Wahvajärvi* (hodie in ecclesiâ *Hirvensalmi* situm) condito; ex quibus discimus, inter templum *Sysmä* in Tavastia & templum *Savtax* in Carelia (hodie *S. Michaelis* in Savolaxia inferiori) nulla hominum domicilia hæcenus existisse, sed cum Episcopo, Ecclesias Carelicas visitaturum, tum alios illuc profecturos vel inde redituros, coactos fuisse sub dio, vel in glacie vel in terra nive obducta, pernoctari; qui tamen tractus colonis nunc minime

Pace constanti majores nostros neque hac ætate beatos fuisse, putes, licet turbarum rationem quæ illos affixerunt, Historici nostri haud attingant (508). Quam con-

caret, Ecclesias *Gustavi Adolphi (Hardola) & Hirvensalmi* (Ecclesiæ S. Michaelis annexam) complectens. Literas ipsas (ex *Reg. Eccles. Ab. Fol. 458* descriptas) inferendas curavimus *Fol. Hebdom. Aboens.* a. 1785 *Append. p. 57* sq. Vias publicas, æstivo tempore iter facientibus ingrediendas, per Finlandiam paucissimas adhuc fuisse (semitas illas quoque fere invias potius dicendas), monumenta produnt; itinera itaque æstiva partim pedibus facere, partim per lacus atque flumina (navigiis subinde mutatis, vel præter cataractas & super isthmus transvehendis) suscipere, necesse fuit; plerumque autem non nisi hiberno tempore, trabibus utentes, cum gelu nixque aquas, paludes terrasque asperas coæquaret, majores nostri itinera instituere solebant. Anno adhuc 1414 controversia de Ponte Aboënsi ædificando, (utrum illud onus civibus urbicis an circumjacentis ditionis rusticis suscipiendum esset), controversia ad R. *E. ricum* deferretur: quod proderet videtur, non multo antea illius faciendi consilium captum fuisse? Verba Literarum Regiarum (ex *Reg. Eccles. Ab. Fol. 42. in Foliis Hebd. Aboens.* a. 1784 N:o 25 typis descriptarum) talia sunt: "Item um Abo bro, huru hon skal biggias, thet "legger mellan stadhen och almoghen, som ider tükker rätteth vara &c." In literis Episc. *Hemmingi* supra (p. 252 not. 149 allatis) quibus prædium Kairis mensæ attribuit Episcopali, hanc consilii sui causam ipse assert, quod Episcopi Aboenses antecessores sui (qui in villa *Korois* habitaverant, ad ripam amnis borealem sita, quem transire illis necesse fuit templum Cathedralis visitaturis) hæcenus ad ecclesiam accesserant nimis raro, quia prope ecclesiam ubi diverterent ad morandum non erat eis locus: nonne hinc colligas, difficultatem amnis, quoties liberet superandi, haud levem iis temporibus visam? quare prædium ad ripam oppositam, ubi commorari quoties opus esset Episcopo liceret, comparandum duxit? Quæ significare videntur, amnem ponte junctum nondum fuisse?

(508) Cfr. supra p. 410 seq. Ibi vero disputatis (vid. inprimis not. 366) addendum est, Russorum scriptores hujus temporis gesta bellica paullo diligentius tangere. Sic ex Chronico Nowgorodensi. III. MÜLLER (*Sammlung Russischer Geschichte V Band p. 437: Die Schweden eroberten Oreschel (Nöteborg) im Jahre 411.* (De hac quidem re nullum apud nostros verbum; & dubia videri queat?) Dafür Verheerete



conjecturam nostram confirmant quæ de Illustri viro *Henrico Nicolai* (cf. supra p. 483 sq. not.) habet Nob. v. STIERNMAN (*Höfd. Minne* II Del, in Append. ad *Fol. Hebdom. Ab. a. 1785*, p. 192): *Han stbt vef 14 = = med Olof Tavaft en nio-årig fred med de Rongårdste* (509).

Inter alia instituta publica quæ hoc tempore in Finlandia facta sunt, etiam conditum reperitur in his oris *Leprosorium*, sive domus & consilium, ad miseros illos homines qui Lepra laborarent (510) custodiendos & rebus maxime necessariis juvandos, pertinens. Quo de negotio literæ supersunt a. 1440 (*in Regia Curia Svartsjö, die b. Calixti Papæ*) a Pro-Rege *Carolo Canuti* & Senatu Regni ad incolæ Finlandiæ datæ, quas (ex *Reg. Eccles. Ab. Fol. 19*) typis expressas legere licet in *Foliis Hebdom. Aboëns. a. 1783*, N:o 47: unde discimus, idem institutum quod per-

U u u 3

reli-

Lugweney mit den Nowgorodischen Bisttern alles Land bis vor Wiburg. Quod cum annotatione ex Actis Palmstöldianis l. c. adducta, non male concinit.

(509) Neque harum induciarum ulla apud Historicos nostros alia occurrit mentio, neque omnino ullam post R. *Magni* tempora, interim constitutam cum molestis his Fenniæ vicinis pacem solidam reperimus: ita ut in perpetuo vixisse majores nostros periculo, tranquillitate & securitate non nisi admodum precaria usos, existimes? *Olavum Tavaft* a. 1455 obiisse, docet v. STIERNMAN apud Cel. GÖRWELL *Sv. Mercurius* 1757, Sept. p. 27c.

(510) Sive *Lepra* Arabum, sive *Lepra* Judæorum, sive aliis quoque morbis exanthematicis; quos accurate distinguere illis temporibus nostri homines parum valebant. Notum autem est, medio quod vocamus ævo, illud malum per famosas illas expeditiones cruci tas, ac alias forte causas, propagatum, vehementer Europam afflixisse; unde nec mirum, si ad nostrum quoque penetravit septentrionem. Fennos autem magis aut frequentius quam alios Sveciæ cives invasisse, non reperimus; nec Judæos ipsos æcrius quam Europæos indigenas vexasse, constat. Cfr. *Fol. Hebd. Aboëns. a. 1783*, N:o 46 & 47.

reliquam Sveciam ab antiquis inde temporibus obtinuit, (ut contagionis cavendæ causa, haud facile evitandæ nisi tales ægroti a reliquorum hominum consortio secluderentur, illis seorsim sustentandis, singula paria conjugum, hwart hjonelag, per totum regnum quovis anno summam 4 penningorum conferrent), etiam per Finlandiam aliquamdiu viguisse, sed ob causas quasdam intervenientes (abusus sine dubio, quorum ratio apertius non indicatur) quæ populum ab illa pecunia conferenda alieniorem reddiderant, obsolevisse. Quod autem infelices hujusmodi homines haud paucos per Fenniam vagari Senatus compererat, ideo salubre illud consilium ut renovaretur decrevisse, sese significat, atque serio jubere; pecuniæ vero in hunc usum collectæ nec non totius rei administrationem, duobus honestis & prudentibus civibus Aboënsibus quos Episcopus & Arcis Aboënsis Præfectus delegissent (his iidem atque Capitulo rationes administrationis suæ reddituros) esse mandandam docet, cæterum spondens fore, ut talia nulla posthac inciderent impedimenta, quæ laudabile hoc institutum antea exstinxerant. Quamvis parum jam sciamus, quis his consiliis successus responderit, aut quamdiu ipsum institutum floruerit; paullo tamen plenius exponere visum fuit, ne hypothesi Rudbeckianæ, de ortu gentis Fennicæ ex Israëlitis in exilium ab Assyriis olim abductis, aliquid hinc peti posse præsidii, aliquando putaretur (511).

Pe.

(511) Nempe inter argumenta quibus miram hanc hypothesin, ingenio suo plene dignam, RUDBECKIUS stabilire annis fuit, etiam hoc attulit, quod morbo Israëlitarum hæreditario, Fenni vehementer affligerentur; in qua assertionem quæ multa insunt peruræ expensæ. Cfr. *Fol. Hebdom. Ab J. c.* Eodem tamen hæc somnia in recentissima editione *Geographiæ Tuneldianæ* (Stockh. 1792, 8:9, Vol. IV p. 26 sq.) adhuc repeti videas!

Pestem vehementem a. 1413 fuisse per Sveciam grassatam, rerum Svecicarum Auctores produunt; quam ex terris australioribus, ut assolet, propagatam fuisse, recte colligit Nobil LAGERBRING (512). Verum, non Russorum modo annales eam annis 1391, 1417, 1425 & 1427 Novgardiam produunt (513) afflixisse, (per commercium cum Mongolis & Tataris, quibus Russia tum paruit, si ne dubio advectam), unde probabile est, ad vicinos porro Scandinavios eam transiisse; sed nostra quoque monumenta, Fenniam postremo illo anno attigisse, docent (514).

Viros nobiles atque illustres, qui per hæc tempora Arcibus regionibusque Finlandiæ præfuerunt, alibi enumeratos (515), hoc loco diligentius ordine persequi non

li-

(512) *Sv. R. Hist. IV. D. p. 48 (C. 2, §. 2).*

(513) MÜLLER *Samml. Ruß. Gesch. V. B. p. 435 & 442.*

(514) In literis Capituli Aboënsis, a. 1439 (*octava Augustini*) datis, quas typis expressas (ex *Reg. Eccles. Ab. F. 235*) legere licet in *Foliis Hebd. Ab. a. 1789, N:o 42*, verba hæc occurrunt; "*Ok j them jama thymanom vart pestilencia, i h:ka doo for:de Olaff Olaffs:son*". Erat autem hic *Olavus Olavi* vir nobilis (*Armiger f. a Vapn*); quem a. 1427 aut paullo ante obiisse, ex literis civium quorundam Aboënsium (*Christopher Guldmedh Radhman j Abo, Hemingh Skråddare, borgare ther sama stadz, ok Olaff Skrifsvare*) hoc anno datis (*die Mariæ Magdalene*) ac *Ibid.* servatis, (Fol. 234 sq.), discimus.

(515) Nob. v. STIERNMAN *Höfd. Minne II Del, MS. cujus L. V, C. 2, C. 4, C. 5, L. VI, C. I, C. 3, L. IX C. I* partim typis expressis supplementisque aucta & illustrata leguntur in *Foliis Hebd. Ab. a. 1785 Append. (vid. pro hac ætate p. 191-196, 211-214, 220-223, 252-234; Cfr. Cel. GJÖRWELL Sv. Mercurius a. 1757 Sept. p. 270. & Fol. Hebd. Ab. a. 1773 p. 30)*. Quibus nonnisi pauca, supplementi atque illustrationis causa adjiciemus.

licet: *Legiferorum* autem hujus ævi seriem subjungimus

De *Nicolao Olavi* in Särkilax (*Stiernkors*) & *Henrico Bitz* infra ad vitam filiorum suorum, Episcoporum *Conradi & Magni III* dicemus. *Nicolaum Lydikini* (*Diekn*) cum fratre *Benedicto* & filio *Henrico*, supra p. 416 sq. nott. & p. 477-483 laudavimus.

De *Henrico Görishagen*, quem inter Præfectos, cum Arcis Aboënsis tum Castellholmenfis, habet l. c. v. STIERNMAN (p. 194 sq. & p. 212), in veteri quodam libro annotatum legimus, eum *Alamanum* (Germanum) fuisse; cumque non suo sed *Johannis Kröpelini* nomine his muneribus præfuerit, ex horum Præfectorum serie excludi fortassis debet? Quævis enim interdum simpliciter vocetur *Fogete uppa Abo* (ut in sententia Judicii Supremi, *Landstråttens*, a. 1458 pronunciata, quæ ex *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 148, typis edita legitur in *Fol. Hebd. Ab. a. 1785 Append.* p. 63 sq.); in literis tamen anni cum præcedentis 1437, tum sequentis 1439, adjecta legitur formula *uppa velbyrdogæ* (vel *aa årlika och velborens*) *manz Hans* (vel *Hannus*) *Cröplins* (l. *Kröplins*) *vegna*: vid. *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 163 & 184. (in Literis judicialibus *Matthiæ Mårtensson*, datis in parœcia S. Catharinæ a. 1437, die veneris proximo post diem Translationis S. Henrici). Magna in his oris auctoritate floruisse reperimus; quare etiam a. 1446, cum nullo munere publico fungeretur, inter Supremi tamen Judicii Assessores comparet. Filium reliquit *Albertum Henrici*, qui tempore Regis *Gustavi I*, prole nulla (ex uxore sua *Brigitta Gunnari* de Lokalax) relicta decessit; ut ex veteri Rationario prædiorum (*Jordbok*) Flemingianæ Familiæ in *Sundholm*, (prædio nobili Parœciæ *Nykyrka*), adhuc servato, didicimus.

Matthiæ Ödgifleson (*Lilie*), cui proximum post *Henricum Görishagen* inter Arcis Aboënsis Præfectos locum tribuit v. STIERNMAN (l. c. p. 195, ubi pro a. 1433 legi debet 1443, cf. etiam p. 241 sq.) antecessorem in hoc munere fuisse *Johannem Carlsfon* (*Ferla*), monumenta nostra docent: vid. l. c. p. 195, 242. De utroque cfr. *Nob. UGGLA Svea Rikes Råds Längd III Afdeln*, p. 48, N:o 463, & p. 59, N:o 477.

His quæ de *Henrico Jyrieshagen*, inter Præfectos Alandicæ l. c. p. 212 enumerato, notavimus, addi potest observatio Ampliff. HELIN, qui literis a. 1431 in quibus ille vocatur *Fogeth på Castellholm*, sigillum appensum esse docet *Pogvischii*, hæc verba ostentans: *Herr Otto Pogvisch Hennekassun*: quæ aliis disceptanda relinquimus.

Cum ad res illius porro illustrandas, tum ad seriem Praefectorum Tavastensium supplendum quam dedit Nob. V. STIERNMAN (vid. *Sv. Mercurius* loco nuper laudato) has literas apponere placet: "For alla the godhe men thetta breff fore koma kan kennoms vij *Henricus Gårdshagens*" (varie admodum nomen suum scribi invenimus) "*bar-na formyndare*, som här epher nämnes, Herr *Henrich Clawesson* Lagman j Norfinne Lagfagu, Herr *Henric Bidz* Häredzhöfdinge (an scribi debet Lagman?) j Sudherfinne, Mester *Magnus*" (Nicolai, postea Episcopus?) "Canonicus Aboensis, och *Pedher Karpalayn* aff vapn, (och) kungörom met thetta vorth öpna breff, at ofs vel vitherligit år, ath *beskedelighen man Henricus Gårdshagen*, Gudh hans syel nadhe, folde ok vploth ärlige manne *Engelbrict Japson*, Fogde pa *Tavestehus*, eth godz liggiendis i Kalola (Kalvola?) fokn j Keykala by, met allom tillaghom, som han for;de godz fick noghon tyma tilförende aff Hans Malos hustru, hustru Cristin, bode met skyph ok köp, ok for;de Engelbrict gaff *Henrich* fore thet for;de godz LX marker redhe peninga, hvilke peninga ofs vitherligit år at for;de *Henrich* til fwlle nöghia upburit haffuer j hans liffs tyma: ty lathom vii for;de Engelbrict ok hans arffwa qvith ok frij for alla ytermera maningh, ok tilegnom honom ok hans arffuom for;de godz til äverdelige ägo. Til mere visso ok vithnisbyrdh, tha henghiom vij vorth incigle vid thetta breff, scriffuith j Abo Anno D;ni MCDXLIX Tiisdagen nest epter *nativitatis Marie Virginis*." (*Registr. Eccles. Aboens.* Fol. 277). Virum alium, quam eum quem laudavimus Arcis Aboensis quondam Praefectum vicarium, significari vix credas; cum liberorum ejus tutelam tantae dignitatis viri gesserint? Quo probato, ante a. 1449 decessisse, colligas.

Praefectis *Arcis Wiburgensis* l. c. enumeratis addi monumenta nostra jubent *Iwarum Nicolai*, (Militem, e qua gente?) cujus Minister (*Herre Iwar Niclissons Fogethe*) *Bothe Benktsson* (qui armiger, a vapn, a. 1442 vocatur) a. 1438 ejus auctoritatem in ea provincia exercuit. Vid. sententia summi Tribunakis nuper commemorata (*Fol. Hebd. Ab. a. 1785* App. p. 63 sq.). Deinde huic provinciae circa a. 1450 praefuisse reperimus *Johannem Olavi*, ut sequentes literae ostendunt: "Alle the godhæ män thetta breff förekomma kan, helsom vij bröderna ok conventet i svarta bröder kloster i *Wiborgh* kerligha medh Gudh, ok gorum viterlight med tessä varæ närvarandis opna breffue, ofs haffua saalt ok uplatit med alle conventine ville (ok) fullburdh eth godz som hetter *Hayka* liggiändes i *Borga* fokn *velbornom manne Jonis Olaffson*



mus (516). Præter quos, *Judicum quoque Territorialium*
nu-

”*Höfswitzman på Wiborgh* foere LXX mark *ryfkå*, med allom tilla-
”ghom, &c. Scriptum Wijborgh a:o D:ni 1450 prima (primo,) Do-
”minica ante festum pentecostes in testimonium premisorum.” Cujus
apographon habetur in Archivo Palmsköldiano T. 61 *Karelen*, p. 361
(& 411).

(516) Post *Nicolaum (Clauus) Fleming*, quem a. 1402-1424 huic
muneri præfuisse, nostra monumenta docent (vid. supra p. 414-416),
ac a. 1425 obiisse dicit Nob. UGGLA l. c. p. 43 N:o 403, nullus suus
in monumentis nostris successor occurrit ante *Petrum Fleming (Pedher*
Flåmingh) a. 1434, quem filium fuisse antecessoris sui credas? Hic &
Nobilissimo v. STIERNMAN ignotus fuit & a Nob. UGGLA fletur,
(cf. supra p. 504). Neque nobis mentio ejus nisi bis facta innotuit:
primum in Literis Judicialibus summi Tribunalis (Eandërätten) datis
a. 1434 *Torsdagen nåst epter sancti Ericis dagh* (quo tempore &
Legiferum Österlandiæ fuisse, & simul potestatem judicalem regiam
exercuisse reperitur, cf. supra p. 507), quarum apographon servatur in
Reg. Eccl. Ab. Fol. 97; deinde in Literis judicialibus in causa priva-
ta datis, quarum ipsum exemplum autographon, in membrana scriptum,
Bibliotheca nostra Acad. nuper acquisivit, quarumque hujusmodi est ini-
tium; ”Thet see allom witherlikit som thetta breff hõra eller see, ath
”thet sin jak *Pedher Flåmingh* Laghman j Östirlandh laghmanz tingh
”hiolt medh almoghen af Kymittå wid Strõm, aron epter Gudz byrdh
”MCDXXXIII lögherdaghen nest epter sancti Johannis dagh &c.”
Quamdiu antea huic præfuerit muneri, nescimus; sed a. sequente 1435,
quo tempore inter duos Legiferos Finlandia divideretur, mortuum jam
fuisse, quoniam ejus nulla ratio habita reperiatur, credas; cf. supra
p. 504. In veteri illo Libro Sundholmensi, cujus nuper mentionem
fecimus, cum duo nominantur filii *veteris Claudii Fleming* (idem ille,
putamus, spectatur *Clauus Fleming*, Legifer Österlandiæ, de quo su-
pra?), *Henricus & Magnus*, quorum ille prædium Sundholm, hic præ-
dium Willnås, connubii jure acquisivit, hujus *Petri* nomen non occur-
rit; fortassis prolem nullam reliquit?

Cum a. 1433 *Henricum Görishagen Legiferum* appellari *Femtiæ*
Borealis atque Alandiæ, Dn. v. STIERNMAN asserit (l. c. p. 194 sq.);
facile intelligitur, non nisi *vicariam* potestatem illum exercuisse; quod



numerum insigniter auctum jam fuisse, deprehendimus' (517). X x x 2 De

neque illam postea retinuisse reperimus, neque inter duos Legiferos Fennia adhuc esset divisa. (Atque idem valere putamus de *Magno Tofteson*, qui a. 14 -- & 1418 vocatur *Legifer* simulque *Advocatus Alandiae*, *Fol. Hebd. Ab. l. c. p. 211*, cf. supra p. 414). Nomine *Petri Fleming*, illam partem muneris Legiferi Österlandensis, fortassis administravit?

Divisione vero provinciae Finlandensis a. 1435 facta, (supra p. 503 sq.) *Fenniae Borealis* Legiferum constitutum fuisse *Sunonem Sunonis*, supra jam significavimus; quem ex *Stålarriorum* gente fuisse, arma sua gentilitia, indicante Nob. v. STIERNMAN produunt; qui, filius fuisse *Sunonis Haquini* (male *Sunonem Nicolai* appellat) Praefecti Wiburgenfis (*Fol. Hebd. Ab. a. 1785 App. p. 226*), videtur. Idem a. jam 1402 Judicem Territorialem in Töflala, & a. 1418 Territorii Wemoensis (ad quod illa etiam parccia pertinuit) fuisse testatur. Nostra monumenta, hoc quidem munus ibidem a. 1417 (sive suo sive alterius nomine?) administrasse, ac a. jam 1415 inter Judices Territoriales commemorari, ostendunt; ab anno autem 1437 ad a. 1446 Legiferi dignitate floruisse, docent; quo temporis intervallo pronuntiarum ab eo sententiarum non pauca supersunt exempla. Cfr. Nob. UGGLA l. c. N:o 494. Successorem habuit *Henricum Clauusson* (*Diekn*), de quo supra egimus; cujus nec paucæ adhuc servantur pronuntiatæ inter a. 1449 & 1458 in Judiciis Provincialibus sententiæ. Cum vero *Sunonem Sunonis* a. 1455 Legiferum fuisse Alandiae, Ampl. HELIN adnotat, eumque *Tavasticæ* gentis insignia gestasse addat; anni nota erronea deceptum fuisse, suspicamur?

Legiferi in *Fennia Australi* munus, per idem tempus gessit *Matthias Martini* (*Mattis Märtenson*), quo in *Fennia Boreali* jus dixit *Suno Sunonis*. Superfunt ejus quoque sententiæ judiciales plures, annis 1437-1446 pronuntiatæ. E qua gente oriundus fuerit, nes latet; cf. tamen p. 423 not. 379, coll. p. 429 not. & p. 431 not. 390. Ante dignitatem Legiferi susceptam, ipse sese a. 1433 vocat *Amigerum* (a vapn). Inter Regni Senatores a Nob. UGGLA non recensetur. De successore suo *Henrico Bitz*, infra agemus.

(517) *Judices Territoriales* hac ætate jam comparent nominatim in *Fennia Borealis* Territoriis *Masku*, *Wemo*, *Satacundiae* inferioris & superioris, *Alandiae*; nec non in *Fennia Australis* Territoriis *Pikis*, *Häliko*, *Nyländiae* occidentalis & orientalis, *Säxmäki* &c. Quæ munera præcipuis fere harum regionum viris fuisse demandata, reperimus.

De Agriculturæ, Opificiorum Commerciorumque Fennicorum conditione sub hac periodo (prima dimidia parte seculi XV) quod dicamus, parum habemus; nec dispersa diligenter colligere vestigia, jam vacat. Inter Urbes tamen Fennicas Wiburgum (518) & inprimis Aboam alte caput extulisse, apparet; quare huic etiam cum exteris libere facere commercia semper licuit, cum reliquæ urbes Fennicæ, servitio cuidam addictæ, merces suas Stockholmiam mittere cogerentur (519). Civitatum tamen Hanseaticarum jugo Aboenses, ut cæteros Sveciæ mercatores, hoc ævo vexatos fuisse, dubio caret (520).

OLAVUS.

Nepotem Episcopi Magni Prædecessoris sui Auctor noster (concinnante *Fragmento Palmisköldiano*) expresse vocat. Unde *Sororis filium* fuisse recentiores omnes, recte, ut putamus, colligunt. Singulare autem est, quod in monumentis nostris, quorum major ad vitam *Magni* quam ad

(518) De ejus urbis incrementis & flore, situi suo maxime debito, infra in vita Episcopi *Conradi* diligentius agemus.

(519) Apud Nob. LAGERBRING Sw. N. Hist. IV D. 5 C. 14 S. legimus: De nu måst betydande Handelsstäder woro Stockholm, Åbo, Ödberköping, Galtmar och Lådese. = = = Jbland de nämnda Städerna hade Stockholm en slags Stapelrätt, ty alla Finsta Fartyg, utom Åbo, där samt Ryland, Roden eller Roslagen, Helsingeland och Westrikelands farare woro pliktige at resa til Stockholm och där affätta sina warer. In quæ curatius inquirere nunc non vacat.

(520) Inter Consules, Senatores & Mercatores Aboenses ævi hujus, nomina hominesque Germanici generis passim occurrunt; Senatusque urbici dimidiam partem ex peregrinis his constitisse, reperimus. Quare mercatores præcipuos Fenni sua lingua Særat, *Saxones* (s. *Germanos*, qui ex Urbibus Germaniæ vel Saxonici inferioris Hanseaticis huc migraverant) etiamnum vocant. Sed dabitur infra locus de hac re paullo diligentius disputandi,

ad cujusquam alius Episcopi Fennici illustrandam pertinentium copia superest, nulla neque sororis suæ quæ *Olavum* nostrum genuerit, neque mariti cui illum pepererit, certa mentio occurrat (521). Quare, cum sorores *Magni* alias ignorarent, *Luciam* autem *Olavi*, viro nuptam nobilissimo *Henrico Clausson* (*Dickne*), MESSENIOPRÆEUNTE (SCOND. T. X p. 19) sororem laudati illius fuisse Episcopi non dubitarent (522); hanc nostri fuisse matrem, *Olavumque* ex *Dicknorum* gente ortum traxisse, sine hæsitatione affirmarunt. Unde *Olavum Henrici* Episcopum huncce confidenter appellari videas (523); quod temere fieri, & literæ docent plures in *Registro veteri*

X x x 3 Eccle-

(521) In literis, quibus beneficia fratribus sororibusque suis, nec non harum liberis exhibita, ipse persequitur, *Olavi* nostri patrisve sui nomen non comparat; nec vestigium ullum habetur, unde matrem suam agnoscere liceat. Cfr. supra p. 423 not. 379, p. 429 not. p. 431 sqq. not. 390.

(522) Sororis *Luciæ* Episcopus *Magnus* nullibi meminit, nec aliam puto MESSENIUS rationem habuit hanc nobilis matronæ cum Episcopo cognationem comminiscendi, quam quod patri utriusque commune nomen *Olavi* tribui invenisset; cuius conjecturæ quam incertum sit fundamentum, quisque videt. Sed neque res ipsa ei favet. Præterquam enim quod patri *Olavi* Episcopi, *Magno* non *Henrico* nomen fuisse, mox docebimus, nec *Luciam*, uxorem *Henrici Clausson*, aliam nuptam marito fuisse, antequam illi jungeretur, novimus. Ætas quoque ejus repugnare videtur. Credi vix possit, *Olavum* ante annum ætatis L ad sedem Episcopalem fuisse admotum; quare, si post a. 1400 natus ille non fuit, matremque hinc suam inter a. 1380 & 1390 lucem primam aspexisse statuamus, hæc ætatem CX prope avorum attigerit necesse est, (si quidem *Luciam Olavi* fuisse credamus), cum a. 1490 prædium suum *Saustila Stenou Sture* Regni Administratori venderet (vid. RANCKEN *Hist. Cænobii Nakhendal* P. Pr. p. 25 not. h.); & tamen XXX fere annis post a. *Magnum* fratrem susceptam fuisse, summus! Quæ non admodum probabilia videntur.

(523) Vid. RHYZELIUS in ejus vita; qui ducem sequitur HALLENLUM *Memorab. Territorii Wirmoënsis* P. Pr. p. 70, ubi simul



Ecclesie Aboënsis servatæ, ubi Olavus Magni constanter nominatur (524), & arma gentilitia nomini suo in Templo Töföälensi adpicta, quæ a Dieknorum illis prorsus abeunt (525). Magnus autem pater suus quis fuerit, aut ex qua gente oriundus, nos omnino latet. In parœcia urbi vicina Piickis, ac prædio ibidem Rungo natum fuisse, Auctor noster testatur; sororumque suarum Helenæ & Brigit-

Olavo nostro jus hæreditarium in Kankas, prædium vetus familie Hornianæ, liberaliter tribuitur. Cfr. supra p. 482 not. In auctoritate DIJKMANNI (non illa maximi ponderis) ad quam provocat, parum habet præsidii; testamentum enim Henrici Clauson cuius fragmentum hic exhibet (Antiquitt. Ecclesiast. p. 207 sq.) Luciam neque matrem Olavi neque sororem Magni, Episcoporum fuisse, vel verbulo significat, neque votum suum oð s s o beðer jag ðmjuðelig oð figger i Gud; namn, af vörðigom Fæder, min Þiðraste (si recte hæc lecta sunt?) Her Bisþop Olof i Abo &c. talem interpretationem necessariam reddit.

(524) Loca supra attulimus, p. 475, ubi inter institutores Fraternitatis trium regum enumeratus noster vocatur Serre Olaff Magni Domproast; & p. 514, not. 502, ubi literis Capituli Aboënsis nomen suum præmittens, similiter sese appellat Olaff Magni Domproast. Aliis literis (datis a. 1442 Tisdagin nåst åpter Janði Henrics dagh) quibus idem Capitulum Magno Episcopo prædium Heickild parœciæ Wirmo sese vendidisse testatur, hoc modo nomen suum noster præscripsit: "For allom them - - - - kwngröm vij Olaff Magnusson, Proast" &c. (Reg. Eccles. Ab. Fol. 221 sq.); quo modo etiam sese vocat in literis Capituli a. 1439 datis, quas (indidem Fol. 235 init. descriptas) inseri curavimus Foliis Hebdom. Ab. a. 1789, N:o 42.

(525) Illa, dum conspicere adhuc licuit (jam enim deletas esse comperimus) descripsit attentus & diligens rerum quarumlibet patriarum observator Maxime Rev. Præpositus & Pastor in Orivesi Dn. D:r ERICUS LENCQUIST, docens ea representasse *Brachium cum manu compressa, pugno rosam tenente* (En Arm med en fruten hand oð en rös i nåfven); vid. Fol. Hebd. Ab. a. 1793, N:o 4. De insignibus autem Dieknorum cfr. supra p. 478 not. 444, & p. 482.

gitta, monumenta vetera mentionem faciunt (526). *Præpositi Aboënsis* (Archi-Præpositi) munus, proxime, ante acceptam dignitatem Episcopalem administrasse, atque hinc ad altiorem illum locum fuisse euectum, & Auctor noster indicat, & aliis monumentis extra dubium collocari, mox videbimus.

kkk) Ab

(526) *Henricum Clausson* in prædio *Rungo* habitasse, nullibi proditum invenimus. *Olavum* vero nostrum fundum ibi hæreditarium possedisse, quem Episcopo *Magno* vendidit, verba demonstrant ex literis hujus, a. 1439 datis, supra (p. 432 not.) allata: "Item i *Pike sokn* j *Runga* köptom vi aff *Mester Olaff Domproasten och hans systrom* "Elin och *Brigitta IX* stenger kringom allan byn" &c. Sed ipsæ etiam supersunt literæ, quibus & ille & sorores suæ, singulatim partes materni hujus prædii Episcopo (avunculo suo?) tradiderunt: ex quibus simul apparet, cum, matrem eorum anno jam 1433 vita excessisse, adeoque *Luciam Olavi*, uxorem *Henrici Clausson*, (quæ anno adhuc 1490 in vivis fuit), esse non potuisse! tum sorores illas *Olavi* nostri uterinas fuisse, ex alio patre n. tas, adeoque matrem suam primum *Magno*, Patri *Olavi*, deinde vero *Ervasto* vel *Arvesto* cuidam fuisse nuptam. Quæ ut dilucidius cognoscantur, ipsarum literarum prima extremaque verba adponemus: "Wetherligit see allom thetta breff höra eller see, ath jach *Olaff Magnusson*, *Kirkioprester i Kirkiöseeth*, haffuer salt (ok) meth allom reth vplatit, meth godum villia ok berohdina modhe, vyrdelicom fader meth Gud, Biscop *Magnus j Abo*, allan min ärfvädaluth i *Rungaby j Pike sokn* liggiande, swa som är helfthena aff ihet min moder, Gud henne ställ nadhe, atthe j *Runga*, --- Scrip tum Abo anno Domini MCDXXXIII in crastino beati *Erici regis & Martiris &c.*" (*Reg. Eccles. Ab. Fol. 240 fin.*). Item: "Wyerligit see allom thetta breff höra eller see, att jach *Nisse Rödh, a vapn*, och min hustru *Elin Arvestesdotter*, haffuom salt ok j lagliga köpe vplatit, met godan villia ok berodhno modhe, vyrdeligom fader met Gud, Biscop *Magnus j Abo*, alt henne möderne j *Rungaby i Pike sokn*, --- Til huilkis mere visso ok vitnisbyrdh bidiom vy hedherligen man, *Mester Olaff Domproast j Abo*, ok *Tuwa Niclisson*, Hæredzhöfdinge j *Pike*, hengia sich incigle meth mino incigle fore thetta breff. Datum Abo anno D:ni MCDXXXVIII, in crastino beate *Margarete Virginis & Martiris.*" (*ib. Fol. 231*). Item: "For allom them thetta breff &c, kennis jach *Birgitte Arvestesdotter* met thesso myno

kkk) Ab Episcopo *Magno* ab infantia enutritum (527), & magnis expensis Lutetiæ Parisiorum, studiorum suorum urgendorum causa, sustentatum fuisse, Auctori nostro credendum eo libentius est, quod non solum institutum ibidem in commodum juventutis ex diocesi Upsaliensi confluentis Gymnasium, diu jam floruisse constat, sed
illana

"närvarande opno bressue, mik haffua salt meth godhan vilia oc be-
"rodhna modhe, (ok) j lagliga köpe vplaitt vyrdelicom Fadhher meth
"Gud, Biscop *Magnus* j Abo, alt *mith möderne j Rungha j Pike* foku
"liggiandhe - - - - . Tiil huilkis mere visso, medhan jach ekki sälf
"incigle hauer, bider jach ärlige men, som är *Mester Olaff, Domproast*
"j *Abo min broder*, Tuwa Niclisson Häredzhöfdinge, ok Niclis *Ma-*
"gnusson a vapn, hengia theris incigle &c. Datum Abo anno Domini
"MCDXXXVIII in crastino b. Margarete virginis & martiris &c." (ib.)
Ex quibus simul patet, neque probabile esse quod supra (p. 42; 1q; not. 379) suspicati sumus, *Olavum* nostrum ex *Ragnhilda* sorore Episcopi *Magni* natum fortassis fuisse: quam matrem credimus *Matthiæ Martinsson* (ejusdem qui primus Legifer factus est Finlandiæ Australis?); sororis enim filium hoc nomine inter hæredes suos enumerat Episcopus a. 1439 (matre igitur jam tum orbatam, supra p. 431 not. 390); *Martinum Abramsson* inter affines suos (sororum maritos, mogha) a. 1421 recenset (supra p. 429 not. 388), & biennio post (1423) *Martinus Abramsson*, Armiger, cum uxore sua *Ragnida Olavi filia* prædium in *Rungo* Paroeciæ *Pikis*, quod illa a parentibus suis hæreditate nacta fuerat, pro suis parentumque suorum animis altari Corporis Christi donarunt (cfr. supra p. 434 not. 391), in quo eodem pago matrem quoque *Olavi* Episcopi prædium possedisse nuper vidimus; quam igitur ter nuptam fuisse, & singulis suis maritis liberos peperisse existimandum erit, si eadem *Ragnida* putabitur?

(527) Patrem præmature decessisse credas? Quum & ministerio Ecclesiæ sese devovisset, & ab Avunculo munifice educatus beneficiisque insignibus mactatus fuisset, minus videri mirum queat, *Olavi* nostri nullam a *Magno* Episcopo, fieri mentionem, cum bona enumerat quæ reliquis suis hæredibus in prædiorum suorum patrimonialium, Ecclesiæ Cathedrali attributorum, compensationem distribuerat. Sed cur neque sororum nostri ullibi meminit? Quarum tamen mater decesserat, antequam literas illas *Magnus* consignavit?

illam Academiam haud segniter a nostris quoque hominibus frequentatam fuisse, vidimus (528).

III) *Rektoris in Universitate Parisensi* dignitatem, (quæ temporibus illis nonnisi trimestris erat, & ad quam alios etiam septentrionis alumnos pervenisse scimus (529)), nostrum obtinuisse, a vero non abhorret. Ac eruditione, pro ratione temporis, insigni claruisse, non modo illa dignitas honoresque *Magistri & Theologiae Baccalauræi* ab eo reportati testantur, sed etiam munus *Lectoris* (idem quod postea *Professoris* nuncupari suevit) *Ethicorum*, atque simul *Pædagogicæ*, ibidem ei delatum demonstrant: in quibus omnibus quominus Auctori nostro, simul doctrinam ejus, experientiam, prudentiam & eloquentiam impense laudanti, fidem habeamus, ratio nulla impedit. *Pædagogicæ* autem explicat Dn. CREVIER (530) *maitres des pensions*, quorum non exigua olim in illa universitate erat dignitas atque auctoritas. Namque hi singulos *Docentes* (*les Regens*) in Scholis suis eligebant, & nonnisi

Y y y

(528) Cfr. supra p. 330 not. 270; p. 347; p. 476 not. 438; p. 514 sq. not. 503. De *Gymnasio* autem sive *Collegio* illo Suevico Parisiis instituto, vid. LAGERBRING *Sv. R. Hist.* 2 Del C. 20, §. 9; SCHEFFERUS in *Notis ad Chron. de Archiepisc. Upsal.* p. 120-126, & 129-137; cf. PERINGSKJÖLD *Monum. Upl. T. II* p. 139 & 190. Meminit ejusdem etiam CREVIER, *Hist. de l'Université de Paris T. II* p. 282. Ut omnis *Juventutis Suevicæ* usui dicatum, laudari passim videas; sed alumnos tantum *Dicæseos Upsaliensis* spectasse institutores, ipsæ literæ eorum docent.

(529) Vid. LAGERBRING l. c. III Del, II C. II §, & I2 C. I §; cf. supra p. 347. Munus autem hoc *Rektoris*, ut & *Professoris* ibidem, a. 1439 ab eo gestum fuisse, quod asserit MESSENIUS (*Schond. T. X* p. 19, & *Chron. Finl. Rhythm.* p. 35); cum veris temporum rationibus conciliari ægre possit, mox videbimus.

(530) L. c. T. IV p. 123.

nisi permissu *Facultatis Artium* ejusque sub auctoritate novum licuit Pædagogium condere (531). Quamdiu quibusve annis noster Parisiis vixerit, difficile est definire. Annis enim 1438, 39, 40, 41, 42, 43, 48 & 1449 *Archipræpositum* Aboënsem, & in his præsentem oris fuisse, *Magistri* nomine jam tum ornatum, adeoque e Gallia reversum, monumenta nostra docent (532): ex quibus etiam discimus, eundem a. 1433, ante dignitatem *Archipræpositi* sibi collatam, Pastorem fuisse Ecclesiæ *Kyrkslätt* in Nylandia; cui igitur tempori itidem superiorem, suam in Gallia commemorationem fuisse, credas? (533)

Legitimo atque solito modo *Olavum* nostrum in *Magni* abdicantis locum fuisse a Capitulo *electum*, recte Auctor significat. Non igitur premenda nimis sunt verba MESSENII, qui *Magnum Olao, sororis filio, assignasse cathedram dicit* (534).

Romæ a. 1450 *consecratum* fuisse, recte Auctor adjicit: qua occasione quos facere sumtus necesse haburit, annotatio vetus docet, apud Nob. LAGERBRING (535) legenda.

Con-

(531) CREVIER l. c. p. 185 & 250. Quod BULÆI *Historiam Universitatis Parisiensis* consulere nobis non licet, hoc majoris operis compendio uti, necesse est.

(532) Vid. supra p. 531 sq. not. 526; p. 530 not. 524; p. 514 not. 502; p. 485 sq. not. 452.

(533) Cfr. supra p. 531, not. (426).

(534) *Schond. T. X p. 20*; Accuratus in *Chronico Episcoporum*. docet, eum *ultroneo cunctorum suffragio Antistitem fuisse designatum*; quod tamen non impedit, quominus vel commendatio vel gratia Avunculi sui vehementer ei profuerit!

(535) *Sw. R. Hist. III Del. II C. 4. §. p. 822, not. (2)*. Ubi recte observat, pro a. 1470 legendum esse 1450. Etiam in hac annotatione



)

(



Consiliarium Regum Christophori & Caroli, cum adhuc Præpositus esset, fuisse, neque illud a more temporum illorum abhorret: quo Auctoris nostri testimonio nixus, locum ei inter Regni Consiliarios sive Senatores, aliquanto (quinquennio circiter) superiorem tribuere, Nob. UGGLA potuisset? qui anno demum auspiciati muneris Episcopalis, Senatorum ordini adjunctum sistit (436). Literis autem a. 1441 & 1443 datis, quibus Rex *Christophorus* prædiis quibusdam mensæ Archipræpositi acquisitis immunitatem a tributo Regio impertit, nonnisi *Capellanum* suum (pro hodierno nostro loquendi more *Hofpredikant*) appellat (537).

Y y 2

In-

Episcopus noster *Olavus Magni* vocatur; quod impedire non potuit, quominus *Olavum Henrici*, vanam conjecturam secuti, alii cum appellare pergerent. Unde autem ista annotatio desumpta sit, nescimus. Ex b. Archiep. *Erici Benzeli* Collectione MS. Conciliorum Sveciæ se descripsiisse testatur Nob. LAGERBING; nos inter monumenta Bibliothecæ R. Stockholmensis, manu Ampliss. *Helini* descriptam, vidimus. Cum impensa Episcopi nostri ad minimum 364 Ducatos, arario Apostolico atque ministris curiæ Papalis offerendos, effecerit; mirum videri nequit, hos sumtus pecuniam Ecclesiarum nostrarum haud raro penitus exhaustisse. Cujusmodi exemplum supra vidimus in vita Episcopi *Beronis*, ad cuius iter Romanum adjuvandum Capitulum necesse habuit prædium Ecclesiæ Cathedralis vendere: p. 391 not. 351. Simili inopia pressum Capitulum Upsaliense *Centum Nobulos auri Anglicani pleni ponderis a Magno Episc. Aboënsi* suoque Capitulo mutuos sumsisse, pro expeditione negotii electionis *Olavi Archiepiscopi*, ex schedula discimus, qua hanc pecuniam sibi a. 1445 fuisse redditam idem *Magnus Episc. Capitulumque Aboënsis* testantur, legenda in edita nuper a Reverendiss. Archiepiscopo VON TROIL Actorum Ecclesiasticor. collectione (*Skrifter och Handlingar til uplysning i Swenska kyrkans Reformationshistorien*) T. II p. 363 sq.

(535) L. c. III Afdeln. p. 58, N:o 589; deceptus a RHYZELIO, & *Olavum Henrici* vocat, & filium fuisse *Henrici Clausson* asserit, utrumque male.

(537) Literis datis a. 1441 in castro Stockholm ipso die 6. Calixti

Inter merita sua de Ecclesia Aboënsi, non ultimum occu-
pare locum credebatur, quod suo auspicio *Altare Undecim
millium virginum* ibidem erigeretur atque fundaretur, quod
sua impensa eum fecisse, MESSENIUM secutus, RHYZELIUS
pro more asserit (538): Auctor noster nihil nisi *hujus tempo-
re* factum fuisse, affirmat. Ad aliquam vero stabilitatem
hoc institutum pervenisse haud videtur; cum neque tem-
pore reformatæ apud nos ecclesiæ superfuisse reperiatur
(539), nec ulla vel ejus vel prædiorum ei consecratorum
in *veteri Registro Ecclesiæ Aboënsis* mentio occurrat.

In.

notum facit "ath aff synnerliga gunst oc nadhe, oc swa fore tienist, som
"thenna breffuifare, *Mester Olaff Magnussøn, Domproast j Abo, var älskeli-
"gen Cappellan*, oss giort oc beuist haffuer, oc han oc hans epter komara Pro-
"vasta j Abo oss och varom epter komarom Konunga j Sverige troligha göra
"mogha oc scula; tha haffuom vj vnth och giffuit, och vnnom och giff-
"uom honom oc *hans epterkomarom Provastom j Abo* friiheth oc frels-
"se pa eth godz som hether *Lolala* i Resa sokn liggiande, swa mykit
"som for:ne *Mester Olaff* nw j värio haffuer och *hans forfader Provast
"Fredrich* fore honom j värio haffde" &c. Registr. Eccles. Ab. Fol. 261,
fin. Aliis autem Literis, a. 1443 in *Castro Hassniensi ipso die Bartho-
lomæi Apostoli* datis, immunitatem ei indulgit aliam, minus amplam, scri-
bens: "Fore sönderlika kerlighet och tieniste, som vy befunnet haue
"aff thenne breffuifare, *Mester Olaff* Domproast j Abo, var älschelika
"Cappellan; tha haue vy vnt honom met thetta vorth öpne breff (et
"godz) som hether *Wentka*, liggiandis i Resa sokn, met allom synom
"tillaghom, frij och frälse fore allom skath och alegningh, *swa lenge
vor nadhe tillfigher*" &c. Harum exemplum (ex eodem Reg. Eccles.
Ab. exscriptum) typis expressum legitur in *Fol. Hebd. Ab. 1785, Ap-
pend. p. 78.*

(538) På sin förtjänad, l. c. in vita nostri. MESSENIUS *Chron. Finl.
Rhythm.* p. 36: där til stor Gaf infomst. In *Chron. Episc.* hanc aram
nostrum *suntuose fundasse* dicit. *Schond.* T. X p. 20 sumtus ab Epi-
scopo impensi nullam facit mentionem; fundationem autem aræ factam
a. 1455 (ex ingenio?) asserit. Reditus magnos huic altari non contigis-
se, vel inde patet, quod tam cito interiret.

(539) Id quod ex Indice illo prædiorum, hujusmodi institutis olim
donatorum, quem confici sibi que exhiberi iussit Rex *Gustavus I.* (Cfr.

Incendium Civitatis Aboënsis, ex fulmine ortum, quod anno octavo Episcopatus Olavi (1448) accidisse Auctor noster testatur, idem credas quod anno demum 1464 (adeoque anno quarto Episcopatus Conradi, successoris sui) Ecclesie Cathedrali contigisse, MESSENIUS (Schond. T. X p. 20) tradit: fidem secutus veteris Chronologiae (de qua supra p. 465 not. 413), ubi totidem verbis legitur: "Anno Domini MCCCCLXIII combusta est Ecclesia Aboënsis ex fulmine". In Chronico Finl. Rhythmico (p. 37) urbem etiam Aboënsis eodem incendio læsam fuisse, addit; adstipulatorem habens RHYZELIUM, qui tamen Auctorem nostrum in anno calamitatis hujus prodendo præferens, 1448 contigisse narrat (in vita Ep. Olavi). Verisimile est, de eodem incendio & Auctorem nostrum & veterem illum Chronologum loqui; nam neque simile infortunium, si tempore Conradi Templum Cathedrale afflixisset, taciturus fuisse Auctor noster videtur, qui urbis calamitatem commemoravit, neque Chronologum illum, qui alia urbis incendia ordine perceret, hoc ex fulmine natum silentio præteriturum fuisse, credas? Cuinam vero, in anno definiendo, potius sit assentiendum, judicare non valemus; nisi quod Auctoris nostri fidem, quem vetustiora monumenta diligenter consuluisse sæpe reperimus, haud facile contemnendam esse, existimemus.

Jura Sedis suæ diligenter tuitum esse, quædam quæ adhuc servantur monumenta, docent (540).

Y y y 3

m m m) E-

supra p. 315 not. 243 & p. 474) apertum est, in quo de Altari XI mill. virginum nullum occurrit verbum; uti neque in ampla illa collectione literarum, quibus fundorum ad Ecclesiam Cathedralis Aboënsis olim pertinentium legitimam possessionem munire Antistites ejus non neglexerant, quarumque exempla in veteri Registro ejusdem Ecclesie servantur, nullum existit illius Altaris prædiorumve suorum (s. fundorum ei donatorum) vestigium.

(540) Sic in Judiciis publicis a, 1543 de piscatura in Lammais (flu-

mm) Epitaphium sepulcro suo inscriptum, quod (æque ac elogium *Magni* Avunculi sui) descripserat Nob. BRENNER antequam infelici perirent incendio (vid. supra p. 510 sq.), legi potest apud HALLENIUM *Diff.* cit. p. 71, & Rev. RHYZELIUM I c in vita nostri. De monumento autem ipso, cui inscripta erant, infra ad vitam Episcopi *Magni* III disputabimus.

De seditiosis & nefariis Archiepiscopi *Johannis* (Jöns Bengtsson) contra R. *Carolus* ausis, eo rectius Auctor noster silet, quo ab iis Episcopus noster fuisse videtur alienior (541). Amicam Episcopi nostri in Regem voluntatem, vel inde colligi posse putamus, quod inter judices quorum arbitrio causam suam contra Archiepiscopum ejusque assessores permitturum sese Rex obtulit, nostrum ipse nominavit (542). Injuriam igitur Episcopo nostro facere credas MESSENIUM, cum *ejus consilio* Finlandiæ incolas a R. *Carolo ad Christianum* I a. 1457 defecisse asserit (543)? Neque

vii Cumoënsis), a. 1455 de Åla in *Abborfors* (fluvii Kymmene), in Pyttis & Kuusikoski, a. 1458 de limitibus prædii Episcopalis Kumo, causam sedis Episcopalis defendisse reperitur. Vid. *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 155, 160 & 162.

(541) De perfidis & sceleratis his Archiepiscopi hujus rebellis gestis consulatur Nob. LAGERBRING l. c. C. 8, §. 38 sqq. Ad quænam autem *Chronica Regni Sveciæ* Auctor noster lectores, de his rebus edoceri cupientes, ableget, difficile fuerit definire; cum incertum sit, utrum hæc verba a superiore aliquo scriptore profecta, an a JUUSTENO demum addita, haberi debeant? cujus tempore, præter antiquiores, *Olai Petri Chronicon* jam prodierat, &c.

(542) Cfr. LAGERBRING l. c. §. 43, p. 523, qui literas ipsas Regis, ab HADORPHIO (*Bih. til Rimcrön*, p. 200 sqq.) editas citat.

(543) In *Chron. Finl. Rhythm.* suo canit modo: Ty måste Sina kom behåga Sonom (Christianum) til Sonung taga (1457), Biskop Oslaf dårtill råd gaf; p. 37. In *Schondia* tamen simpliciter scribit: "1457

que consentire cum veterum nostrorum testimonio auctorum videtur, quod alibi idem MESSENIUS, HUITFELDIUM secutus narrat, a. 1456 R. *Christianum* classe Finlandiam invasisse, atque Wiburgum incendisse (544): cui comminiscendæ expeditioni retrahendoque ad hunc annum eventui qui ad sequentem demum (1457) pertinet, aliquis error utri-

"Finlandia per Danos & horum seducta fautores, a R. Carolo ad *Christiernum*, non tamen tota deficit" (T. X p. 20). Et alibi: "Quo etiam die (24 Junii 1457) *Finnonum* nonnulli ab *Erico Axelii & Christierno Benedicti*, fratre Archipræsulis, seducti, Abogix Danum simul pro Rege "acceptarunt" (T. IV p. 16). Danos aliquos in Finlandia eo tempore fuisse præsentis, atque ad hoc consilium capeffendum incolas impulisse, haud constat; nec opus fuisse videtur, cum proditores Regis sui Optimates Sveci, *Ericus Axelii* cum suis affectis, invidia & dominandæ libidine acti, satis diligentem *Christiano* operam præstarent. Quod autem nonnullos tantum Fennorum in ejus imperium concessisse dicit, eatenus verum est, quatenus utique Viburgum (cum sua ditione) paullo serius ejus sese potestati permetteret. Quo enim die (24 Junii) literæ dabantur, quibus Finnones (ditionis Aboënsis), Svecorum exemplum secuti, homagium eipræstabant, nondum Viburgum erat captum nec omnes Præfecti R. *Caroli* sese factioni dominanti submiserant. Cfr. LAGERBRING l. c. §. 41p. 518; & HUITFELDT p. 868.

(544) *Schond.* T. IV p. 13 scribit: "A. 1456 --- Classe Finlandiam invadit; Viburgum incendens." Et T. X p. 20, ad a. 1456: "Idem (*Christiernus* Rex Danix), ut Finlandos ad suam quoque compelleret subjectionem, *transmisso in eos non modico exercitu*, Viburgum aliquamdiu impugnat, & tandem concremat." Nihil de magno hoc exercitu in Finlandiam transmissio, superiores nostri Auctores loquuntur, nihil de urbis Wiburgensis, ante adventum *Erici Axelsson* obsidione Danica, aut incendio a Danis profecto. Sed illi, HUITFELDT (*Danmarkis Regis Krønicks*, V P. p. 866) meminit; quibus nixus monumentis, nescimus. Parum autem probabile videatur, Danos contra remotissima hæc Finlandiæ loca, præteritis propioribus & felicioribus, vires suas adhibuisse? Nisi levior ex vicina Oesilia assultus fuit? De expeditione autem *Erici Axelsson*, ita *Chronicon Rhythm. majus* p. 460: *Medan thet ta allt svedde* (quæ sc. de Archiepiscopi pro R. *Christiano* Svecis obtrudendo dolis & moliminibus narraverat), *Herr Eric Axelson*

utrique ansam dedisse videtur. Certum enim est, anno sequente opera *Erici Axelsson*, talem calamitatem contigisse; qui postquam ab Archiepiscopo rebelli suae factione (545) Regi infesta, a 1457, nomine ornatus *Regni Administratoris* (*Riks-föreståndare*), quo superbire haud neglexit (546), missus fuisset in Finlandiam, ubi jam antea Arcis ditionisque Aboënsis Praefectura inclaruerat (547), cunctas hujus regio-

fit til Wiborg redde: Lyckan full tha honom swa, At han thet wan pa en stund tha; En sprepist kom i hddh, Thersfore the oppe war komme i nddh, Och tackade Gud the kunde eldin sty, Thersfore wan Eric Axelsson stotthet i thy, Of war ey tha seen, Kom til Stockholm igen. Quum vero Nob. v. DALIN (l. c. II D. 27 C. 22 §. p. 736) obsidionem Danicam commemorans, alteram anni sequentis fileat; eandem utroque loco describi, putasse videtur, sed incertiorum annum certiori pratulisse? Cfr. LAGERBRING l. c. §. 41, p. 518. Magis probabile videri queat, quod MESSENIUS alio loco (*Schond. T. IV p. 17*) narrat, R. *Christianum* "militem in castris expugnationem Viburgensis *Erico Axelii* subministrasse." Sed neque ejus rei idoneus testis habetur.

(545) qui postquam regni administrationem fraude atque vi invaserant, Regni Senatus nomine sua ipsi acta probabant & confirmabant. Qui enim literas, Senatus nomine datas a. 1457 die S. *Benedicti* promulgabant, fere omnes ad rebellem illam pertinebant factionem, Cfr. HADORPH *Append. ad Chron. Rhythm.* p. 199. Qualis approbatio quanti ponderis atque auctoritatis censeretur, facile patet: neque talis res mira videri debet. Cfr. LAGERBRING l. c. p. 517.

(546) Vid Nob. v. DALIN l. c. C. 18 §. I; LAGERBRING l. c. p. 518; v. STIERNMAN *Höfd. Minne I D.* p. 101. Non nisi secundarium tamen hunc fuisse honorem, proximumque post Archiepiscopi *Johannis* auctoritatem, facile intelligitur, qui *Regni Sveciae Primatem & Administratorem* (*Sveriges Förste och Föreståndare*) sese vocare non desit. Quod sine dubio respexit MESSENIUS, cum (*Schond. T. IV p. 15*) scriberet: "*Ericum Axelii* de custodia productum dolo nominat *Regni Gubernatorem*; ad subactionem Finlandiae illum ablegat" &c.

(547) Arcis Aboënsi Praefectum a. 1450 fuisse, recte tradit v. STIERNMAN *Höfd. Minne II Del*, MS. (vid, *Fol. Hebd. Ab.* a. 1785 *Append.*



gionis arces provinciasque ad partes rebellium, obsequiumque inde R. *Christiani* dolo atque vi pertraxit. Ac licet Præfectorum nonnulli, R. *Carolo* fidi (nomina eorum ignoramus) resistere ausis ejus conarentur, potius se Russis quam rebellibus Regis sui proditoribus sese dedituros minantes (548); a Rege tamen ipso destituti, (549) copiarumque suarum numerum, nulla auxilii spe

Z z z

ere-

p. 196), ad HUITFELDIIUM provocans l. c. p. 852: cfr. LAGERBRING l. c. 8 C. 18 §. Sed non diu in hac statione aut his in oris permanferat.

(548) Cfr. LAGERBRING l. c. §. 41, p. 518. Sine dubio a Viburgensibus & Olofsburgensibus, utpote Russorum imperio proximis, hæminæ profectæ erant; magis quo principes factionis rebellis a vi sibi inferenda deterrentur, quam quod serio consilium desperationis adeo plenum amplecti in animo haberent; cujus consilii impietatem depicturi adversarii queruntur, quod Kong Carl's Fogeder asserere truer dennem med at de alle besefninge ubi Finland (quædam tamen jam in rebellis factionis potestatem venerant!) skulle offerantworde til Kyzen oc Sedninge, apud HUITFELDIIUM l. c. p. 868.

(549) Dicit quidem MESSENIUS, *Schond. T. IV p. 15* (quem sequitur v. DALIN l. c. C. 18, §. 3 fin.) de R. *Carolo*: "Suis in Finlandia pressis ab *Erico Axelii*, ferens identidem suppetias." Sed quum hoc neque cum conditione rerum suarum optime consentiat, nec quidquam tale superiores (*Chron. Rhythmicum, Ericus Olai, Huitfeldius, Olaus Petri*) prodant; vereor ne illud ex ingenio addiderit? Cujus fere generis etiam est, quod ibidem scribit, Regem eundem *myoparonibus Svecones infestasse*. Quæ calumnia, exigua ex re nata (cfr. HUITFELDT l. c. p. 872.) æque levis est ponderis, ac R. *Christiani* (suorumque assentiarum) asserta, "per nuntios literasque Svecos certiores facientis, se certa Et fide digna relatione cognovisse, quod Rex *Carolus* ingentem de Prussia parasset exercitum, & intenderet regnum Sveciæ manu hostili, igne vastare & gladio; seque ob nihil aliud venisse, quam ut hanc tantam rabiem & tyrannidem a regno Svecorum avertat & ab omni hostili conservet incursum," ERICUS OLAI L. VI, p. 205 Ed. Locten;

erecliarum (550), quotide minui videntes, fenfim reli-
quorum fequi exemplum Danoque fele fubmittere coacti
funt. Viburgum autem, quod pertinaciffime fidem fuam
defendere nitebatur, aperta vi expugnatum fuit (551).

Rebus ita fibi ex voto fuccedentibus, *R. Cbriftianus* cujus
in favorem fufcepti omnes hi motus fuerant, reliquo pacato
Regno, Finlandiam quoque fibi devincire haud neglexit;
præter generalia privilegia, quibus totam ecclefiam cle-
rumque Svecicum ornaverat (552), Epifcupo Finlandenfi,
cujus magnam in his oris auctoritatem haud ignorabat,
fuzque ecclefiz, fpeciales literas protectorias, ampliffimis
conceptas verbis, impertiens (553).

CONRADUS.

nnn) De viro hoc, magnæ in his terris, fuo tem-
pore auctoritatis, patreque *Conradi* Epifcopi, legi quæ-
dam poffunt apud Nob. v. STIERNMAN *Höfd. Minne* II D.
MS.

(550) Vid. LAGERBRING l. c. p. 518. Quod MESSENIUS nar-
rat, *Schond. T. IV p. 17* (adftipulatorem nactus Nob; v. DALIN l. c.
p. 746) "quosdam *R. Caroli* fautores Viburgum Dano eripuiſſe (a.
1458), nuper ab illo ſubactum, quod difficile admodum recupera-
vit," quamdiu nullius feftis antiquioris confirmatur auctoritate, parum
habemus certum. Ac difficile omnino eſt, ubique judicare, quibus &
cujus generis nixus auctoribus MESSENIUS quæ de horum temporum
geſtis narrat, congeſſerit.

(551) Vid. LAGERBRING l. c. & Auctores quos nuper not. 544
laudavimus.

(552) Horum exemplum, ex *Vet. Reg. Ecclef. Ab. Fol. 32 ſq.*
deſcriptum, *Foliis Hebdom. Abovñſibus a. 1789, N:o 17* inferendum
curavimus.

(553) Quæ ex *Reg. Ecclef. Ab. Fol. 32* deſcriptæ typisque expres-
ſæ legi poffunt in *Fol. Hebd. Ab. a. 1785 App. p. 82.*

MS. (vid. *Fol. Hebd. Ab. a. 1785 Append. p. 197* (99.);
 cfr. Nob. UGGLA l. c. p. 346 p. 56. Nomen suum in
 nostris monumentis scribitur *Henricus Bidz, Biidz, Bitz,*
& Bytz. Matrem suam sororem fuisse Magistri *Henrici*
(Magni filii) primi Archidiaconi Aboënsis, supra vidi-
 mus (p. 402 not. 368, cf. p. 403 not. 355): sed ex qua
 hic gente fuerit, nescimus. Uxorem autem nostri, *An-*
nam nomine, filiam fuisse *Nicolai Lydikeson*, vetus Genea-
 logia (de qua supra p. 481 not. 488, & p. 221 not. 97) as-
 ferit; quod testimonio confirmatur *Henrici Clauusson* fratris
 sui, qui Præpositum, postea Episcopum *Conradum*, sororis
 filium vocat: ap. v. STIERNMAN l. c. (*Fol. Hebd. Ab. a. 1785*
App. p. 193). Anno 1420 *Henricus Bidz* vocatur *Armi-*
ger (wåpnare); dignitatem autem Equestrem s. Militarem
(Riddare wårdighet) a. 1441 in festo Coronationis R. *Chri-*
stophori accepisse videtur; a quo anno *Miles* (Riddare) in
 literis vetustis appellatur (554). Ab. a. 1437 *Judex Ter-*
ritorialis (*Häradsbörding*) Territorii *Halikoënsis* salutatur;
 quod munus ad annum usque 1453 administrasse reperitur
 (555. A. 1456 & sequenti *Legifer* audit *Fennia Austr-*
alis

Z Z Z Z 2

(554) Literæ quibus quidam *Hannus Marcusson* prædium suum
Ättulaby D.no *Henrico Clauusson* vendidit, hoc modo finiuntur: "Tiill
 thes breffs mera visso ok vittnisbyrdh bider jak årliga men, *Hår*
Henric Biidz, Riddare, *Niels Olafsson* aff *Sårkelax*, oc *Matthis Mar-*
cinson *Lagman* j *Suderfinne*, hengia theris incigle fore thetta breff a
 mina vegna, mådhan jak ey sällfuer incigle haffuer: huilkit seriff-
 nit år j *Stockholm* anno epter Guds byrd MCDXL primo, ipso die
 beate *Birgitte &c.*" *Reg. Eccles. Ab. Fol. 190.*

(555) In *Judicio Supremo Finlandicæ a. 1437 die s. Barnabæ* ha-
 bito, cui præsidebat R. *Erici* nomine *Nicolaus Olavi de Sårkilax*, præ-
 sentes fuisse dicuntur *Sone Sonisson* *Lagman* j *Nordfinne*, *Mattis Mor-*
tensson *Lagman* j *Suderfynna*, *Magnus* Episcopus & *Capitulum* Abo-
 ense, *Ioannes Kröplin* Præfectus arcis Aboënsis, & sequentes *Judices*
Territoriales: "*Tuva*, *Nielsson* *Häradsbörding* j *Pikie* *hårdhe*, *Henric*

lis (556). Inter *Regni Senatores* anno jam 1449 compareret (557). *Capitaneus* sive *Præfectus Arcis* ditioisque *Aboënsis* a. 1452 fuisse dicitur (558). Appellavit sese *Militem*

”*Biidz* Håradsh. j *Haliko* håradh, *Gregers Andresson* Håradsh. j *Wemo* håradh, ok *Jonis Benktsfon* Håradsh. i *Masku* håradh.” *Registr. Eccles. Aboëns.* Fol. 110 init. In literis de piscatura Episcopi Aboënsis in Lammais, datis a *Gustavo Laurentii* Præfecto Aboënsi & *Henrico Clausson* Legifero Fennicæ Borealis ”j Kumo vid Lammas fors aarom ”epter Gudz byrd MCDLIII, in crastino divisionis apostolorum,” testantur se iussu R. *Caroli* causam illam diligenter cognituros, adjunxisse sibi ”testa epterskreffna årliga oc velborna mån, som åra Hr. *Henrich Bitz Riddare, Håredzhöffdinge i Haliko hårede, Bencth Lydikson* Håradsh. j öffre *Satagunt, Olaff Broderfon* Håredzh. j *Såxåmåkiij, Peder Karpalayn* Håredzh. j *Masko hårede, Hartika Japson* Håredzh. j *Wemo hårede, Ragwald Stiwlson* Håredzh. j *Pike hårede, Jusse Hannusson, Peder Sverdh, Olaff Azsurfon, Philpus Joanson, oc Andris Japson, a vapn.*” *Ib.* Fol. 157.

(556) Literæ quibus quidam *Niclas Riddare* prædium quoddam, pro pecunia mutuo accepta Ecclesiæ Aboënsi oppignorat, hoc modo finiunt; ”Thil thessås breff ytermæra vissa ok stadfestilse, bidher jac årliga mån, *Herre Henric Bidz, Riddare oc Lagman i Sudherfune* ”*Lagsagu* oc *Mikel Suripå* Borgamåstare j Abo, at hångiå fin incigle met ”mino egno undher thetta breff, som giffuit oc scriffuat år j Abo, die sanctorum martirum *Gordiani & Epimachi* (10 Maji) anno incarnationis ”*Dominicæ millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto.*” *Reg. Eccl. Ab.* Fol. 139 fin. Aliarum literarum ab eo ut *Senatore Regni (?) & Legifero Fennicæ Australis* a. 1457 datarum meminit v. STIERNMAN l. c. vid. *Fol. Hebd. Ab. a. 1785 Append.* p. 198. Cfr. etiam HUITFELDT l. c. p. 868.

(557) Cfr. v. STIERNMAN l. c. p. 197, & UGGLA l. c. qui eum appellat *Henric Bitzer*, præeuntibus HUITFELDIO l. c. & HADORPHIO (*App. ad Chron. Rhythm.* p. 156), apud quos scribitur *Henrik (& Henrich) Bitzer*; nescio an accurate ad fidem vett. MSS.? Filium certe suum *Conradum*, cujus nomen similiter apud HUITFELDIUM l. c. scribitur (cfr. UGGLA l. c. N:o 585 p. 60) ipsum aliter scripisse credas?

(558) Præter Auctoris nostri testimonium, qui certum non prodit

tem in Wik (559). Ante a. 1462 decessisse videtur (460). Filium reliquit (præter nostrum Episcopum) *Ericum Bidz*, patris in munere *Legiferi Austro-Finlandiæ* successorem (561), cujus plures literæ extant judiciales annis 1462-

Z Z Z 3

1464

annum, l. c. tradit v. STIERNMAN a. 1452 nostrum huic muneri præfuisse; nescio quibus nixus monumentis? Eodem anno *Gustavum Laurentii* hanc provinciam administrasse, paullo antea ipse dixerat: quem anno etiam sequente eandem tenuisse, nostra monumenta docent; vid. not. præced. 555. Fortassis igitur post hunc *Gustavum Laurentii* ad illam stationem admotus fuit? Nescio autem cur Auctori nostro, reliquas suas silenti dignitates, hæc *Capitanei Castri Aboënsis*, qua nonnisi brevi tempore ornatus fuit, præcipue commemoranda visa fuerit?

(559) Cfr. allatum supra p. 476 indicem *Fratrum Confraternitatis Trium Regum*; ubi cum proxime post *Henricum Clausson*, & ante *Magnum Gren* atque *Ericum Axelii Tott* nomen suum habeatur, noster hic, & nequaquam nepos suus *Henricus Bidz junior*, intelligi debet. Nob. v. STIERNMAN l. c. vocat eum *Henricum Bitze til Nynds* (quamvis patrem suum appellasset *Ericum Erici in Wik*); quo jure? haud dixerim. Neque nobis constat, unde habeat quod ibidem addit, insigne ejus fuisse *cymbam* (an legit alicubi *Wât* pro *Woff*?) *nigram in campo albo*; quod ab insignibus filii & nepotis sui profus abit.

(560) Ante a. 1467 decessisse, literæ filii sui Episc. *Conradi* supra (p. 445 not.) allatæ extra dubium collocant. Cum vero a. 1462 filium suum *Ericum* Legiferi Suderfinlandensis munere, quod pater suus antea administraverat, ornatum jam fuisse deprehendamus; hunc vivere desisse, putes. Nob. v. STIERNMAN l. c. nostrum cum nepote suo *Henrico Bidz* juniore, *Legifero Norrfinniæ* aperte confudisse, vel hinc patet; ac vel ætas Legiferi nostri ultra omnem probabilitatem extensa, virum Nobil. erroris sui admonere debuerat; parens enim Episcopi, quem a. 1489 in *bona* (h. e. *grandi*) *ætate* decessisse noverat, a. 1506 adhuc judicia solennia exercuit, plus quam C annos natus muneri tamen suo præfuerit necesse, est, &c.

(561) Non sine causa suspicor hunc (patrem *Henrici Bidz* junioris) fuisse qui sese scripsit *Ericum Henrici* (non *Erici*, in quibus librarum facile aberrarunt, cf. supra p. 481 not. 448) *in Wik*, quemque per errorem Nob. v. STIERNMAN l. c. p. 198 patrem fuisse autumat *Henrici Bidz* senioris? In *Schemate* autem *Geneal*, supra (p. 221 not. 97

1454 datæ (562); quique filium habuit *Henricum Bidz* juniorem, *Legiferum Norrfinniæ*, & *Canutum Bidz* cæterum nobis ignotum (563). De illo dicit Nob. UGGLA l. c. N:o 633 p. 65: *Hen-*

& p. 481 not. 448) commemorato, idem hic *Ericus*, frater *Conradi* Episcopi, manifesto confunditur cum filio *Henrico*, qui male *Eric* (scribi n. debuit *Henric*) *Bise* fil *Wif* dicitur.

(562) Ex. g. "viterligit skall allom vara, --- at then tiidh jak *E-
rrich Bidz*, *Lagman j Suderfinne*, tingh hiolt met almoghan j Lund
fokn, j årligh ok vålborns manz närvaru, Här Criftiärn Benktsfons,
"Riddare i Salistha oc Höuidzman pa Abo, ok flerå goda manna när-
varu, anno D:ni MCDLXII, pa S:cti Tomas aifton de Haquino (A-
"quino)" &c. *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 214. "For allom them --- ken-
nes jak *Ragval Stywifson* Heredzhöfdinge j Pike Håredhe, ath arum
"eptet Gudz byrdh MCDLXIII, förste tisdaghen j fulle wikw fasto,
"höllo årlige men, *Eric Bidz*, *Lagman j Suderfinne* lagfagu, ok *Har-
rik Japson* *Lagman j Norfynne* Lagfagu, landzting j Abo met almo-
"ganom aff Otterlandh, j närvara verdeligh Herre och andelighen fa-
"der *Biskop Korth Bidz*, met Gudz nadh *Biscope* j for:da Abo, Herre
"Birger *Trulle*, *Riddere* oc *Höfuidzman* pa Abo" &c. *ib.* Fol. 125.
Exstat præterea vidisse literarum *D:ni Karoli Ulfson* Militis de *Tofftom*
(cfr. supra p. 392 not. 352) ab hoc eodem *Erico Bidz*, *Legifero su-
derfinniæ*, & *Ragvaldo Stigulson* Armigero (a vapn) *Judice* Territo-
riali *Pikifensi* consignatum, quod scriptum dicitur "uppa Kufko, ipso
die beati *Ypoliti* Martiris (13 Aug.) anno *Domini MCDLVI:o*" (*Reg.
Eccles. Ab.* Fol. 162). Hanc anni notam ut mendosam putemus, co-
gunt nos laudatæ a Nob. v. *STIERNMAN* (l. c. p. 198) literæ patris
sui *Henrici Bidz*, sequente anno 1457 datæ, ex quibus hunc hoc anno
vixisse adhuc & munus *Legiferi* *Suderfinlandensis* administrasse, efficitur!
Nisi aut anni notam aut nomen *Legiferi* (*Henric* pro *Eric*?) ille male
legit? Diligentiam non maximam in his literis recensendis adhibuisse,
& *Regii* *Senatoris* titulus (nisi hunc temere *STIERNMANNUS* de suo
addidit?) in literis judicialibus, contra morem nomini suo adscriptus, &
nomen *Paræciæ Kerpis*, manifeste vitiosum, prodere videntur? Nam
quod ad literas ejusdem patris sui, die 10 Maji ejusdem anni datas
(supra p. 544 not. 556), nihil impedit, quominus intra tempus trimestre,
& mortuus fuerit & filium habuerit in munere successorem?

(563) Utriusque nomen occurrit inter *Militares* & *Armigeros*

"*Henric Ericson (Bitze) til Wik, Riddare, Höfvidsman*
 "på Åbo flott 1480-1485, Lagman i Norra-Finne Lag-
 "saga 1490-1499" (564). Quibus addimus, nostra monu-
 menta sententiam exhibere judicialem, ab eodem ut *Le-*
gifero Fenniae Borealis adhuc a. 1501 perscriptam (565);
 quod munus eundem a. 1489-1506 administrasse, Nob.
 v. STIERNMAN significat (566). Sed ad res patris sui E-
 piscopi *Conradi* persequendas properamus.

Magistri nomen ex *Academia Lipsiensi*, initio hujus
 seculi condita (567), quam, ut etiam propiorem, nostros
 juvenes Pragensi praeferre coepisse, mirum non est, Au-
 ctor

qui Confraternitati trium Regum sese adjunxerunt; vid. supra p. 477;
 ubi post *Canutum Bidz* excidit, nescio quomodo, *Henricus Bidz* (junior
 ille scilicet), cujus igitur nomen est adjiciendum.

(564) In nota subjecta (ex HADORPHIO l. c. p. 367) docet, eum
 ut R. Senatorem ultimo illo anno (1499) nomen suum literis subscri-
 psisse quibus Principi *Christiano* (R. *Johannis* filio) jus Patri suo in
 Regno succedendi tribuebatur. Quod autem de insignibus ejus addit:
 "Sörde en Hjort i wapnet, och fyra nedstuckna Pilar på Hjelmen, vereor
 ne in illa re titubatam sit, & *Caper*, cujus haec gens figuram in armis
 suis gestabat, male effigiatus, pro *Cervo* habitus?"

(565) Literis quibus *Ake Jopson*, Armiger, praedium suum *Korva-*
la (Parociae *Sagu*) Archidiacono *Magno Laurentii* vendidit, talis sub-
 scriptio adjecta est: "Tiil huilkis breff mere visso ok bätre bevarningh
 "bidher iach verdugh-fader Lawrens Swripå, Electus i Abo ok meinogh
 "Capitulum, Hr. *Henric Bidz Lagman i Norre Finlandh*, Magnüs
 "Frille Fowgte på Abo Hws, ah bengie theres incigle wpunder thette
 "breff met mith egith: Hwilkit (giffuit) ok scriffuit år i Abo aarum epter
 "Herrens byrdh MDI;0 vpa X:m Riddere dagh" Fol. *Eccles. Ab.* Fol. 276.

(566) L. c. Licet per errorem avo suo *Henrico Bidz majori*, haec
 omnia adscribat; cf. supra p. 545 not. 560. Literas tamen ipsas, aut
 monumenta, quibus haec confirmantur, non laudat.

(567) A. 1409, post turbas vehementes Prage exortas,

stor noster eum reportasse docet; ante vero quam Sedi admoveretur Episcopali, *Præpositum Aboënsē* fuisse, quod addit, id alia quoque monumenta nostra extra dubium ponunt: quo loco cur verba *ad tempus* inseruerit (si quidem ab Auctore ipso profecta sunt (568)?), existimare nequimus; nam per totum decennium illi præfuisse muneris videtur (569)?

Senis (Senæ) autem apud minores consecratum fuisse, omnes nostri docent Codices; ita ut, quale exemplum MESSENIUS secutus sit, qui ibidem apud *Bernardinus* factum fuisse, asserit (570), conjicere nequeamus (571).
In

(568) Nam absunt a Codice Bibliothecæ Acad.

(569) Ut proximus nostri in munere Episcopali antecessor *Olavus*, Archipræpositi dignitatem statim a morte *M. Friderici Trafi* accepit (sicut nuper didicimus p. 536 not. 537); ita verisimile est, post *Olavum*, nostro eandem, non minus quam deinde Episcopalem, mox fuisse delatam? Quamobrem ab a. 1450 ad a. 1460 munus Archipræpositi administrasse, videtur? Quod enim *RHYZELIUS* (in vita nostri) asserit, eum anno demum 1451 Magistri honore fuisse decoratum, illud donec argumento aliquo demonstratum fuerit, probabile haud judico. Annis certe 1455 & 1459 Præpositum fuisse reperimus; illo literas *Johannis (Jōnis) Spora* Armigeri, quibus is prædium suum *Loppis Paræciæ Pemar* Ecclesiæ Cathedrali oppignoravit, sigillo suo appenso confirmavit (*Reg. Eccles. Aboëns.* Fol. 128); hoc testamentum *Dni Arvidi Clausson* similiter sigillavit. (vid. supra p. 434 not. & p. 456 not.). Sed anno jam 1453, in testamento *Henrici Clausson*, Archipræpositum salutari, docet *Nob. v. STIERNMAN* l. c. (*Fol. Hebdom. Aboëns.* a. 1785 *Append.* p. 193); ut & a. 1457 nomen suum inter aliorum nomina *Optimatum Fennicorum* comparet, qui *R. Carolo* repudiato, *Christiano* fidem suam addicebant. Vid. *HUITFELDT* l. c. p. 868.

(570) *Chron. Episcopor.* in vita nostri, & *Schond.* T. X p. 20.

(571) Mirum autem in modum allucinatus est *WEXIONIUS* *Epit. Descr. Sveciæ* L. X. C. XI, (licet *MESSENI* *Chron. Episcopor.* ante

In *Ms. Palmisköldiano* hic locus adeo difficilis lectu est, ut vel *denis apud imares*, vel *die apollinaris*, facilius quam *Senis apud minores*, inde haurias? Rev. RHYZELIUS nostrum non modo apud *Bernardinos Senenses* (572) consecratum, sed eorum etiam *Abbatem fuisse, cum domi, opera cognatorum suorum Episcopus eligeretur*, confidenter narrat; illamque Abbatis dignitatem sibi comparasse addit, curiæ Romanæ favore adjutum, quem, post *Magistri* nomen Lipsiæ a. 1451 meritum, in Italiam profectus, conciliare sibi noverat. Quæ omnia unde hausta sint, divinare non possumus: falsa autem esse, testimoniisque expressis cum Auctoris nostri, tum aliorum monumentorum repugnare, certum est (573).

Inter gesta Episcopi nostri Auctor primo loco recenset, quod *Conventum Vallis Gratiæ confirmavit* (574), & *personas ejusdem Conventus sub perpetua clausura inclusit*. Quam rem ita explicat MESSENIUS, ut scribat: "1462 Nadendalenses utriusque sexus cœnobitæ, a Mag. Conrado *solemniter inaugurati*, sub perpetuam in *diversis monasteriis* introducuntur clausuram" (575). Ubi, quod in *di-*

A a a a

ver-

"oculos haberet) scripsit: "In Italia apud Bernardinos jam senex cum a Pio 2 Episcopus est consecratus."

(572) MESSENIUM imitatus (*Chron. Rhythm. Finl.* p. 37) scribit & *Senis*.

(573) Cfr. supra p. 548 not. 569. Unde aperte patet, *Conradum* nostrum ex Archipræpositura ad Episcopatum ascendisse; illius autem munus a nostro administrati mentionem RHYZELIUS plane præteriit, ut Abbatis stationem in Italia assignare ei posset.

(574) An *reformavit*? *Fragmentum Palmisköldianum* habet *consummavit*; nec illud absurde.

(575) *Schönd.* T. X p. 20. Tomi autem IV p. 20 dicit: "Atqui eum Monasterium, in Finlandia Nadendalense - - - jam ad fastigium

versis monasteriis cœnobitas utriusque sexus inclusisse Episcopum dicit, inopinatum nobis vitum fuit, cum de Monasterio *Ordinis Birgittini* sermo esset; qui Ordo, quam acriter pro combinatis Cœnobiis (quale etiam fuisse Nådendalense constat) contra adversariorum suorum molimina pugnaverit (qui Sorores & Monachos ubique separandos urgebant, ne ut hæctenus intra eosdem muros, licet diversis clausuris, cohabitarent), MESSENIÛ ignotum haud fuisse sciebamus (576). Cfr. *Diar. Wazstenens.* p. 64. (A. 1422) & p. 70 sq. (A. 1428); imprimis autem a CELSE *Apparat. ad Hist. Sveogoth.* S. I p. 176 sqq. N:o 38, 39, 43, 48, & p. 182 N:o 8; vid. etiam LAGERBRING *Sv R. Hist.* IV D. 6 C. 15 §. Deinde, tum demum (a. 1462) cœnobitas *solemniter inauguratos* fuisse, an accurate dictum sit, dubitari potest. Veram certamque totius negotii rationem luculenter tradit *Diarium Wazstenense*, p. 119 (ad a. 1462), hæc verba habens: "Feria 3 ante Oct. Ascens. Domini exiverunt fratres nostri, videlicet confessor fr. Magnus fr. Richardus & fr. Magnus Haquini laicus ad Finlandiam, ad monasterium nostri ordinis Vallisgratiæ *reformandum*, & ad reducendum personas ibidem ad veram observantiæ regularis sinceritatem, & ad inclusionem, quod & factum est. Nam prædicti fratres per totam illam ætatem ibidem morabantur, per-
nas

"esset perducium, Conradus provinciæ Antistes, XIII Augusti (a. sc. 1462), præsentem Ordinis Generali Confessore Magno, cœnobitas utriusque sexus *inauguratos, illic primum introduxerat.*" Credas illum monumentum aliquod nobis non visum ante oculos habuisse, unde ipsum etiam diem inaugurationis didicerit? Episcopum vero non tam cœnobitas nunc demum in Monasterium primo introduxisse, quam ad severiorem vitam regulisque ordinis magis conformem adduxisse, ex *Diarii Wadstenensis* verbis mox afferendis, palam est.

(576) Vid. *Schond.* T. III p. 51, ad a. 1428.

"nas monasterii ejusdem ad regularem observantiam re-
ducendo, ac easdem cum eorum episcopo, Dn. Conrado A-
boënsi, super nonnullis causis & litibus, quæ inter eos
vertebantur, concordando (577), & tandem ad perpetuam
inclusionem secundum instituta regulæ S. Salvatoris fina-
liter deducendo." Qua in re nihil nobis mirabile oc-
currit, nisi tam sero hoc consilium fuisse perfectum.

Sacellum porro Omnium Sanctorum (cum suo Altari)
in Ecclesia Aboënsi sub eo, h. e. hujus Episcopi tempore,
erectum fuisse, Auctor narrat; quod suis eum impensis
fecisse (på egen b kostnad) RHYZELIUS addit, auctoritate
Chronici nostri rursus sprete, ubi sumtuum in hoc insti-
tutum impensorum præcipua laus *Magno Nicolai*, tum
Præposito, atque *Conradi* nostri etiam in Episcopatu suc-
cessore, disertis verbis (in vita ejus) tribuitur; ut mox
videbimus. Fautorem tamen hujus consilii liberalem, i-
psum quoque Episcopum fuisse, ex additis novæ Capellæ,
etiam vestigalium Episcopalium impendio redditibus, de
quibus ibidem Auctor commemorat, satis apparet.

n n **) Novum hoc Altare, simul cum XI aliis in
Ecclesia Aboënsi, uno eodemque die Episcopum nostrum
consecrasse, ubi Auctor significasset, addit: *ante illud tem-
pus Altare Corporis Christi per totam diocesin Aboënsis u-
nicum & solum consecratum* existisse: quæ fatemur esse
nobis inexplicabilia. Quomodo enim existimabimus, per
tam longum tempus tot fuisse Episcopos permisuros, ut
per totam Diocesin *in altaribus non consecratis* sacra per-
ficerentur? Nisi hoc loco vocabulum *consecrandi* singula-
rem aliquam habet significationem? (578) Quod iis ex-

A a a a 2

cutien-

(577) Cfr. supra p. 485. (leg. 487). not. 22).

(578) Apud Du. DU CANGE, voc. *Consecrare* legitur; "*Dedicat*

cutiendum relinquimus, qui mysteriis cultus Romano-Catholici, nobis parum cogniti, initiati fuerint. *Fragmentum Palmisköldianum* hic nihil juvat, ubi eadem fere verba leguntur: "Sub eo capella omnium sanctorum in ecclesia Aboensi de novo erigitur, & ipse memoratam capellam & undecim altaria in ipsa ecclesia uno & eodem die *dedicavit*, ita quod ante illum diem altare corporis Christi per totam diocesim unicum & solum consecratum habebatur." Ex iis quæ supra (p. 459 not. 405) disputavimus, præterea patet, præter novum hoc Altare, & altare Corporis Christi (de cujus singulari consecratione nihil in superioribus Auctor prodiderat), *XIV alia in Ecclesia Aboënsi* hæctenus condita & dotata fuisse, quæ tempore Reformationis Ecclesiæ Fennicæ suis adhuc & redditibus & Præbendis prædita superfuisse deprehendimus (579). Cur igitur hæc non omnia jam *consecraverit* Episcopus, sed *unum* præterierit, plane nescimus, &c. (580).

nnn) Cho-

"Pontifex atrium, templum, tabulam altaris; *Dedicare* enim est locum Deo offerre, benedicere & sanctificare. *Consecrat* autem Episcopus utensilia Ecclesiæ -- Ea enim tantum *consecrat* quæ a communi usu in cultum Divinum separantur." Sed inde nobis, ad locum nostrum explicandum, parum subsidii proficiscitur.

(579) Testante *Libro Veteri*, de quo nuper p. 536 not. 539 (cf. supra p. 315 not. 243, & p. 474):

(580) Ritus quidem omnes & ineptias in *Consecrandis Altaribus* observandas fuscè explicat DURANDUS in *Rationali Divinor. Officiorum* L. I C. VII; (Cfr. BÖHMERS *Jus Eccles.* L. III. Tit. 40, §. 19--32); sed ad nostrum tollendum dubium, neque inde opis aliquid nostri sumus. Caterum hujus nostri tempore Episcopi *Indulgentias* comparatas adhuc fuisse Altari *S. Catharinæ* (superiori jam condito seculo, vid. supra p. 351 & 361) a V Cardinalibus impetratas, apographon docet ipsarum literarum (quod servatur in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 173), quarum inscriptio talis est: "*Elavus* tytuli sancti *Praxedis*, *Jacobus* tytuli sancte *Anastasiæ*, *Johannes* tytuli sancti *Laurentii* in *Damaso*,

n n n) *Chorales* antea *sex* in Templo Aboënsi ministrasse, supra Auctor significaverat (p. 19); quibus *quatuor* ab Episcopo *Magno* Tavaft additos fuisse, ibidem docuit. Duobus igitur jam ab Episcopo *Conrado* adjunctis, numerus eorum ad XII excrevit. De his hominibus eorumque officio & stipendiis quædam supra attulimus p. 273 sq.

Cemeterii Aboënsis instaurati laus, quæ Episcopo nostro, ab Auctore tribuitur; aræ Templum circumdantis Cathedralæ (in monticulo, exstructum) complanandæ arænaque complendæ, nec non muro ad subitum assaultum

A a a a 3

re-

"& Gerardus tytuli sancte Sabine, ac Ludovicus tytuli sanctorum Petri & Marcellini, miseracione Divina Sacrifice (Sacrosancte?) Romane Ecclesie Presbiteri Cardinales, Universis Christi fidelibus &c. --- Cupientes igitur, ut Altare sancte Katerine situm in ecclesia Aboënsi, in quo ut accepimus, singulis feriis quedam missa solet annuatim solenniter decantari, congruis frequentetur honoribus, --- libris, calicibus & aliis ornamentis ecclesiasticis decoretur, --- fidelibus --- qui in resurrectionis --- Jesu Christi & penthecostes, ac sancti Henrici Episcopi & ejusdem sancte Katherine virginis & martiris festivitatibus, a primis vesperis usque ad secundas vespervas inclusive ipsum altare devote visitaverint & --- manus porrexerint adjutrices, --- Nos Cardinales prefati & quilibet nostrum, singulis festivitatibus prefatis, quibus id fecerint, C dies de iniunctis eis penitentiis --- relaxamus. --- Datum Rome in Domibus nostris anno a nativitate Domini Millesimo quadagesimo (quadringentesimo) sexagesimo quinto Indicione tertia decima, die vero vicesima mensis Augusti, pontificatus Pauli --- secundi anno primo." Cum nullam harum mentionem faciat Nob. A. CELSE (*Apparat. ad Hist. SveoGoth.*), commemorandas esse duximus. Nomina autem Cardinalium, in nostro exemplo corrupta, ducet CIACCONIO (*Vitæ & res gestæ Pontificum Rom. &c. T. I p. 1073 sq.*) ita corrigenda sunt, ut pro *Elavo* scribi debeat *Alanus*; pro *Johanne, Ludovicus* (*Scarampus de Mediarota*); pro *Gerardo, Berardus* (*Herulus*); *Jacobus* autem est *Jac. Thebaldus*, & *Ludovicus* is qui *de Alibreto* fuit nominatus.

repellendum apto cingenda (581), ab eo præstitam spectat operam: cujus etiamnum, post tot perpeſſas calamitates factasque rerum & conſiliorum commutationes, manifeſta veſtigia egregiaque conſpicienda ſuperſunt monumenta. *Ædificia publiça, Schola ſc. Cathedralis, Templum Germanicum (nunc Palæſtra, Säkſaſen) cum veteri Campanario, (quibus nunc ædes Bibliothecæ Academicæ ſuperſtructæ ſunt), Atria & Auditoria Academica (quæ cui ului primum exſtructa fuerint, non conſtat (582)), Ædes* quas

(581) Ipſa ſtructura Muri & Portarum, quarum duæ adhuc verſus austrum & forum urbis primum ſitæ, veteri forma conſpicuæ habentur, non modo fornacibus obteçtæ, ſed domo etiam exigua duabus barum impoſita, vigilumque, ut videtur, ſtationi deſtinata, ornata) hoc conſilium ſatis demonſtrat. Ab occaſu, ubi Scholæ Cathedralis hodiernæ ædes deſcendunt, murus ſolidus e ſaxo ſtructus, ſeptentrionalem cæmeterii partem cingit, ad ortum uſque porrectus, ubi Uſtrina Templi Cathedralis occurrit. Quod ſolum cæmeterii hac parte elevatius, inſigniter ſuper vicinam eminet planitiem, (quæ palus olim fuit, unde minus igitur periculi erat metuendum); murus ille ſimplex, ſatis deſenſionis promittere videbatur. Ab oriente vero ad austrum atque porro ad occaſum, ſolum cæmeterii declive ſenſim ſeſe demittebat, vicinæ tandem ſeſe æquans planitiei; quare hanc dimidiam partem muri, per quam omnes introitus in cæmeterium patebant, quamque omnes portæ (olim quatuor omnino) ſpectabant, propugnaculi inſtar, ædificiorum (quorum meminimus) mole interrupti, ex laterculis conſtruire viſum fuit, foraminibus pro tormentis varii generis adhibendis pertuſum; ac in primis ea pars quæ inter Uſtrinam & Ædes Academicas hodie interfacet, utpote cæteris ſitu humilior, diligentius fuit munita. Cfr. SAM. JUSTANDRI *Orat. de quibusdam Antiquitt. Abogicis* (Ab. 1679, 4:0) p. 7, & DAN. JUSLENII *Diſp. Abœ Vetus & Nova* (Ab. 1700, 8:0) p. 13 ſq.

(582) Nullum licuit nobis reperire in monumentis noſtris veſtigium, vel temporis quo exſtructæ, vel conſilii cui dicatæ primum fuerint. Cellæ ſubterraneæ & fornices, quibus inſtructas ab initio fuiſſe videmus, totaque ſtructuræ ratio oſtendunt, non Academicæ demum aut Gymnaſii hic conditi tempore ædificatæ fuiſſe, ſed ætate eſſe

quas fama fert Scholæ Aboënsi quondam fuisse dicatas, (583) (in quarum locum jam successit Laboratorium Chemicum, cum Theatro Anatomico, &c.) muri locum ab ea fere parte quæ inter Occasum & Orientem interjacet, subinde occupantia, habentur; quorum antiquiora illa ad hanc usque ætatem si referimus, non putamus nos a veritate aberrare.

o*) Plurimas *Ecclesias lapideas* ejus tempore per totam diocesiſſi fuisse erectas, cum Auctor noster doceat (quæ hæctenus lignæ pleræque fuerunt); hoc illos, qui in templorum diversorum lapideorum ætatem, per Finlandiam olim ædificatorum inquirere voluerint, admone-re debet, ne sine idonea causa, pleraque eorum hoc ævo vetustiora statuunt.

Cæterum, Ecclesiarum etiam numerum, amplioribus
parce-

superiores. Scholæ Aboënsi, ævo Papistico inserviisse, significare videtur l. c. JUSTANDER; sed & judicium prodit exiguum, & tantam rerum ignorantiam, ut ejus testimonio tribui vix quiddam possit, obscurius etiam atque confusius literis consignato.

(583) Minus autem verisimilem hanc esse famam, nescio unde natam, vel domus hujus (quæ portæ, fornice tectæ, olim superstructa fuit) magnitudo docere debuit; angustior enim fuit, quam ut illi usui inservire posset. Rectius JUSLENIUM disputare puto, qui l. c. "Apud *eam (Ustrinam) ad ortum*, pars ejusdem muri in eximiam altitudinem erecta propugnaculi ferme refert speciem: eodem enim penitus modo facta est, ---; non parum augetur opinio, propter hostium incursionem esse exstructam, ut ibi machinæ, quæ eo tempore in usu esse potuerint, collocarentur, iisque impediri quirent illi & ab urbe arcerit: adde quod superius etiam sub laqueari porticus sit & *domus adjuncta, tanquam vigiliæ habitaculum, postea adituorum hospitium.*" Seola igitur inserviisse, non putavit. Hodie, domo illa & magna muri vicini parte diruta, portaque magis versus austrum remota atque aperta, hujus operis parum superest, quod tamen dum maneret oculis lustravimus.

parœciis dividendis, ubi multitudo, incolarum lætius creverat, his temporibus auctum fuisse, monumenta docent (584).

De

(584) Sic, non diu ante a. 1477 Parœciam *Ijo* a Parœcia *Kemi* Ostrobotniæ borealis fuisse separatam, ex literis Episcopi anno nuper commemorato datis discimus, quas (c. *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 59 descriptas) exhibent cum MATHESIUS *Disp. De Ostrobotnia* p. 37, tum *Fol. Hebd. Ab.* a. 1784 N:o 13. Similiter Ecclesia *Ackas* Tavastiæ a. 1483, per hunc eundem Episcopum separata fuit ab Ecclesia *Såxmåki*, demonstrantibus hoc literis ejus, dicto anno datis, quas inferendas curavimus *Folii Hebd. Ab.* a. 1774 N:o 5; quod autem exemplum earum tum nacti eramus, minus accurate descriptum, diligentius descriptas (ex *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 15 sq.) hoc loco subjungemus.

”Vy Kort met Gudz nadh biscep j Abo görum allom vitherligit, swa ep-
 ”terkomandom som nw lifwandom, at arum epter Gudz byrdh MCD-
 ”LXXXIII, j the dagha vj Prestemot hullom j Abo met vort ålskelige
 ”Klårkerij, komme for ofs nogre merkelige ok utualde bõnder aff *A-
 ”kas* fokn, huilkin som hauer aff ålder legat vnder *Såxmåki*, huilke bõn-
 ”der som vore vifende aff mene Akas fokn, och vore högelige bege-
 ”rende aff ofs och vore ålkelige Capitulo en asytiande Klårich viddh the-
 ”res Kirkio Akas, besynnerliga fore stoor siålevadhe schuldh, som fram-
 ”lidhne theris fränder lidhit haffde fore prestemåstningh, huilken alt
 ”for siårre fron them bodde. Epter swadane theris store begårelse, som
 ”vj formerkie kwnnom at them thet högelige behoff giordis, sandom
 ”vi tiil them aff Akas nogre vore godha clericke ok lekmen, som åre
 ”H:r *Jop i Hollola*, H:r *Oleff i Wonå*, H:r *Oleff i Janackala*, H:r
 ”*Oleff i Haw*, H:r *Jõns i Kyro*, Kirkiherrer; Lekmån; Lauris Talray-
 ”nen, Jõns Olaffson, Laris Ylhaynen, Olaff Reko, Lauris Nilsson, A-
 ”braam i Fittila, Bertil Staffan, Caupi Pipa, Mattis Lõpare, Philippus
 ”Ottesson och Olaff Sontwla, vifoknis och fråmande goda bõnder, tiil
 ”at see, skodha och offuervåghia om prestens fatrij j Akas oc om tefs
 ”tillighwr, akér, ång, skog, utmark och om all androm laglighet, som
 ”bõnder plåga gõra syne Kirkiherrer her i landit, som laghen vtuisar,
 ”Thenne fama forseripne gode clåricke ok bõnder beskodde for; de pre-
 ”stefåthe; ok funno at clericcker kwnno ther vel vora, som ther oc be-
 ”hoff giordis. Thy haffuom vi nw, met vore ålskelige Capitulo sam-
 ”tickio them skickat en asythiande clårich, H:r *Lauris Perko*, och quit-
 ”tat for; ne Akas kirkio och foknjns inbighiare vndan *Såxmåki* her ep-
 ”ter tiil evigh tiid, och nw met thetta vort breff quittom och lõsom

De ređitibus Cleri defendendis, diligenter exigendis & augendis curam intentam egisse, plura sua testantur edicta, quibus veteres de solvendis Decimis leges atque pactiones repetiit & inculcavit (585).

B b b b

Ne-

"vndan for:de Sámáki, och "(deest aliquid?) "allahanda brwka oc niw-
 "cha al laglighet, som anderstadz sidhvánie ár offuer alt landit. Fram-
 "delis haffde for:ne Akas sokins inbighiare ofs loffuat och besvoret ofs
 "sithiande fore vort prestemot, at the vilia fullborda theris prestebool
 "fulleligha och allaledis epter thy som lagen utvisar oc sidhvánie ár
 "offuer alt vort biscopsdóme, och at the vilie holla til evig tiid then
 "sama sidhvánie som the aff Kyro aff alder hollit haffua, oc án holla,
 "om prestens skat ok andra vigårdér, swa at the göre aff huar Ko-
 "nungx kroch III" (an H? cfr. supra p. 517 not.) "prestekroka, och
 "jlsland thenne skat feullo the göre fore theris Krokshin i öre peninga fore
 "huart hwit skín. Tesselikes haffua the och loffuat före vedh, haffra
 "och halm Kirkiherrenom til vntfatning, then tiid biscopen skal thár
 "fárma och viftere. Sidhen haffue the loffuat at fylla vnder prestebó-
 "let LX lats áng, swa och vedskog och fáa bethe, ther epter heböff-
 "ueligt ár prestenom. Ytermera haffue for:ne soknemen loffuat och
 "besvoret, at the vilie, som the och skule her epter tiil evig tiid hol-
 "le theris Kirkiherre j verdoghet oc all laglighet, som anderstadz her
 "j landet sydvánie ár bland godhe men. Datum Abo Anno, die & lo-
 "co ut supra." Nomina hominum (domiciliorumque suorum) non omnia
 esse recte expressa, facile liquet; sed defuit nobis opportunitas eadem
 emendandi; neque magni referre putamus. De ređitibus autem Pastoris
 quæ hic fanciuntur, & ad morem rationemque ecclesiæ *Kyroënsis*, t. n.
 quam normam & regulam reliquarum Tavastensium referuntur, ex ad-
 ducta supra p. 516 sq. Annotatione Anonymi lucem accipiunt; ut illi
 vicissim explicandæ profunt. Cæterum ex hoc licet exemplo discere,
 quam cautè & prudenter in novis constituendis ecclesiis Hierarchæ olim
 versati sint, quamque sollicitè viderint, ne Clerus inde detrimenti quid
 caperet. — Simul existimari facile poterit, quid de interpretamento RHY-
 ZELII judicari debeat, qui cum apud Auctorem nostrum legeret, *sub*
hoc Episcopo quamplurimas *ecclesias lapideas* per totam Dioccesin fuisse
erectas, ea verba ita reddidit: Genom hans råd och hielp äro monga fyr-
 skor i Abo Sticht upbyggda, quasi nulla omnino antea iis locis templa
 fuisse Auctor narraret, quæ in lapidea fuisse tantum mutata ille signi-
 ficavit. Cfr. supra p. 555.

(585) Cfr. quæ supra, p. 230 not. 106 & p. 263 sq. not. 167,

Neque ordinem in rebus Ecclesiasticis observandum minus severe custodivit, aut de toto statu Hierarchiæ tuendo, perpetuum sollicitumque studium adhibere neglexit. Quare facta ab eo *Statuta* & multa & gravia, cum a veteribus sæpe laudantur, tum hodieque superflua sunt (586).

Juven-

de Edictis a R. Magno unacum Episcopo Aboënsi (sive *Benedicto* sive *Hemmingo*) ad incolis eum *Cærelia* tum *Ostrobotniæ Borealis* missis, disputavimus; quæ edicta noster observanda de novo præscripsit, anno quidem 1470 *Cærelis*, anno autem 1478 *Ostrobotniensibus*, ad quos ipse etiam alias a. 1477 de hac eadem re dederat literas, quas ex *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 29 descriptas, typis exprimi curavimus in *Fol. Hebd. Ab.* a. 1789, N:o 13.

(586) Desuit quidem nobis hæcenus opportunità, collectionem horum Statutorum quæ in R. Archivio Antiquitatum servata (in Codice A. 57, 4:o, inter reliquorum *Statuta Episcoporum Regni Sveciæ*) inde in R. Bibliothecam Stockholmensem translata fuit, diligentius perlustrandi, (quam operam, fore ut alias nobis præstare liceat, speramus); sed hæc interim inde exempla dabimus. Anno 1474, necessarium repertiens Capitulum Aboënsis, ut *Statuta* & decreta, quæ ab eo post hæc fierent, literis consignata ac suis quæque libris distinctis, pro rerum diversa indole, illata conservarentur, sub auspicio Episcopi nostris initium fecit talium sive *Ephemeridum* sive *Collectionum* condendarum. Cujusmodi libro præmissa præfatio (unde hujus instituti habemus notitiam) cum supersit, præclare pro ratione temporis concinnata, eandem, licet longiorem, hoc loco apponere placeat, qualem sua manu descripsit b. Archiepiscopus C. F. MENNANDER (quod apographon una cum egregia collectione multorum aliorum monumentorum, ad res illustrandas Fennicas pertinentium, Bibliothecæ nostræ Academicæ munificentiæ donavit Filius, Paternæ in Lyceum nostrum benignitatis Hæres, Generosiss. Dn. Reg. Cancellariæ Consiliarius CAR. FR. FRÉDENHEIM), his conceptam verbis: "Pernecessarius litterarum usus tanto commentabiliores reddit veteres ipsarum vigilantissimos inventores, quanto plus posteris dinoscitur multipliciter profuturus. Litteris enim facta jam dudum præterita efficiuntur occulta fide presentia. Litteris labilis fluidaque humani sensus memoria sit stabilis, firma ac quodammodo perpetua. Litteris denique clarescunt ratiocinia, tolluntur am-

Juventutis etiam literis (in Ecclesiæ usum) imbuen-

B b b 2

dæ,

"bigua, perit perplexitas & provenit securitas, atque evolat sepe se-
 "curus, qui sine litteris fuerat interdum vexationibus plurimis invol-
 "vendus. Paulum proderit preterea homini voluntas liberrima vel in-
 "tellectus potentia perspicacissima, nisi assit & fidelis custos memoria,
 "ut quod una volverit & altera decreverit, hec velut fida thesauraria
 "scripture monumentis adjuta conservet. Quidve valet rerum susti-
 "lium intellectio, quas sine litterarum patrocinio brevis (brevis?) ad-
 "inodum delebit oblivio? Cum omnium habere reminiscenciam audi-
 "torum, Divine sit condicionis potius quam humane, hinc est quod
 "ngs N." (fortassis M. nempe Magnus Nicolai, tum Præpositus Aboënsis,
 "postea Episcopus, cujus sollertix ac eruditioni, cum totum hoc consi-
 "lium, tum hanc ipsam prefationem conscriptam, haud absurde adscri-
 "bas?) "Prepositus & Capitulares ecclesie Aboënsis, propter diverso-
 "rum vertigines casuum & causarum per nos actenus (hactenus) de-
 "cisorum ac in futurum decidendorum, ad forum ecclesiasticum spe-
 "ctantium, qui quoque adeo graves his diebus preter solitum insurre-
 "xerant, ut patratores ipsorum nervum ecclesiastice discipline vi rum-
 "pere videantur: consentanea communique omnium deliberatione de-
 "super sepe facta, volumus singulos & omnes casus & causas deinceps
 "emergentes, Deoque juvante, justicie ministerio & nostra sollicitudine
 "terminandos, in scripta plana redigi per aliquem juratum nobis scri-
 "bam capitularem, nudam gestorum & gerendorum negotiorum verita-
 "tem continencia, ad que tanquam ad annales autenticos, recursus in
 "submovendis dubiis habeatur, ne Layci rudes & opidani pericie litte-
 "rarum expertis, negocia sua sollicitissime conscribentes, viris ecclesiasticis
 "illuminatis, & laycis merito exemplaribus, in hoc appareant quomodolibet
 "prerogari. Neque ob hanc nostri (nostram?) ceptam sero vigilanciam,
 "nobis aut nostris predecessoribus incuria (incurie?) desidiæque vicium
 "quis [se?] juste estimet irrogari (irrogare?); dum prior populus tena-
 "cis obedientie filius desiderandæque pacis alumnus, suo tempore quicquid
 "sancta mater ecclesia observandum duxerat, sine contradictione quolibet
 "subire gaudebat. Quis itaque causam intentaret, cum nullus adesset
 "qui de retroactis alterum impugnaret? Modernus autem predurus po-
 "pulus nervum habens ferreum, frontem eneam ac caritatem gelidam,
 "velut homo pestilens non amat eum qui se corripit, ymo non modo
 "non amare, verum etiam, si detur copia, invadere non pavescit. Tres
 "proinde conficere curavimus libellos, atq; capitularia vel negocia com-
 "plectentes: unum qui statuta, secundum qui causas mere spirituales, &

dæ, Scholarumque publicarum, sedulam pro illius tem-
poris

tertium qui civiles debeant continere. Anno igitur Domini millesimo
quadragesimo septuagesimo quarto, prima die mensis Aprilis, hoc o-
pus sumit exordium, Christi nomine invocato!" Ex ipsiis statutis, qua
 maxime ad jura varia officiaque Capitularium spectant, animi causa hæc
 attulisse exempla suffecerit: "Nullus recentem in Capitulum assumptus
 ecclesie Aboensis, prius admittatur ad secreta Capituli pertractanda,
 vel vocem quovis modo habeat in eodem, utpote in Prelatorum ele-
 ctionibus, Canonicorum receptionibus, beneficiorum collationibus,
 quam visco dicte ecclesie Aboensis V Markas monete Holmensis exsol-
 verit cum effectu, pro libris aut aliis localibus (?) necessario reparan-
 dis." Item hoc: "Nullus residencium aut in Reso, vel equali distan-
 cia & citra vicinus existens ecclesie cathedrali, a die Capitulari que
 semper deinceps die Mercurii, nisi festi sublimioris in eadem cele-
 branda impediat" (deest *solemnitas*, vel tale verbum) "habeatur, se absen-
 tare presumat, sub pena unius ore, ante diem capitularem sequentem
 presidi persolvenda Capitulari, nisi illum corporalis infirmitas, Domini
 Episcopi vel Capitularium specialis commissio vel auctoritas faciat
 excusatum. De aliis diebus forte capitularibus in futurum ordinan-
 dis, simile sit iudicium. *Predicta vero emenda (bõter) pro Capitula-*
rium jucunda recreacione reservetur. Qui vero portam dietam pertina-
 citer distulerit exhibere, tantum de suis redditibus pro residentibus
 deputatis, minuatur." Item: "Insuper concorditer & capitulariter, sta-
 tuimus, quatenus ceteris festis principalibus non omissis, in his pre-
 sertim sex solemnitatibus, videlicet utriusque festi beati Henrici, De-
 dicacionis ecclesie, Pasche, Corporis Christi & nativitatis Marie, Pre-
 lati & ceteri Canonici capati in processione incedant, quibus, sic ut
 premititur, in predictis sex festivitibus capatis incedentibus, debebitur
 una stopa vini ex cellario sancti Henrici, tocies quociens uni-
 cuique sigillatim. Item statuimus, quatenus Prelati & Canonici infe-
 riores, quibus opus est vino, tocies quociens voluerint, ex cellario beati
 Henrici pro quatuor ortonibus in promptum numeratis stopam obtinere
 (obtineat?), ceteris his privilegiis & gracia privatis". Meminit
 etiam b. JUUSTEN in Oratione Synodali a. 1573 Aboæ habita (de qua
 infra), præter alia statuta vetera, etiam decreti sequentis, quod inter
 hujus Episcopi illa existere autumat: "Damnamus & reprobamus sorti-
 legia, incantationes, divinationes, somniorum interpretationes, &
 quasunque litteras cum characteribus & ignotornis vocabulorum in
 S. Scriptura non expressorum inscriptionibus, quas quidam superstitionis



)

(



poris conditione atque more, curam egisse, quæ supersunt monumenta demonstrant (587).

B b b b 3

Inpri-

valere existimant contra aquam, ignem, gladium & alia mortis & mortuorum pericula. Item improbamus omnes modos quibus nituntur homines occulta furta investigare, & alia hujusmodi deliramenta. Si quis talibus utitur, quasi perpetrato gravi peccato mortali puniatur. Sed si ea defenderit ut licita, ab ingressu ecclesiæ suspensus publica penitentia puniatur, cum pœna quadraginta marcarum."

(587) Stipem colligere pauperibus scholaribus, ecclesiis cuique assignatas hoc consilio peragrantiibus, dudum fuerat etiam apud nos permissum. Comparata autem hoc modo vitæ studiorumque subsidia, cum iis eripere atque furtim ad se trahere, avari quidam Scholarum Rectores non vererentur; turpem hunc abusum, aliosque nonnullos, gravi edicto Episcopus compefcuit. Cujus exemplum subjungimus: "Nos Conradus, Dei gracia Episcopus Aboensis, universis ad quorum noticiam presentes poterint pervenire, salutem & bonorum omnium continuum incrementum. Quia insatiabile cupidinis desiderium adeo quorundam Rectorum Scholarium animos sua hæcenus illaqueaverat pravitate, ut Christi fidelium elemosinas, pauperibus scholaribus ex longi temporis retroacti consuetudine debitas, ipsi (ipsis?) non expaverant perperam vendicare; qui videlicet insolitorum censuum talias singulis pœne parrochiis imponentes, interdum vadia sive impignoraciones, interdum integram iniqui census pensionem, antequam de loco se transferant, ab ipsis suis scholaribus consueverant extorquere. Unde sepe contactum est (contigit, factum est?) nobis in scis, ut qui plus in blado vel pecunia, variorum (variis?) pellibus aut aliis rebus obtulerant, pinguiorem sue mendicitatis districtum, licet parvi vel nullius meriti extiterint, aut minimo tempore scolis vacaverint, optinebant, studiosis & modestis inhumaniter parvipensis. Nos igitur hujusmodi detestandis abusibus & gravaminibus officii nostri pastoralis diligentia volentes occurrere, sancivimus, cum venerabilis Capituli nostri consensu, presenti statuto perpetue valituro; Quod Rectores Scholarium futuris temporibus instituenti, & beneficiati, expensis libertis & salario scolastico consueverat, non beneficiati vero, ultra victum & salarium predictos, parochia Lund in autumpno & parochia Hawku in hyeme sint contenti; qui autem amplius a quoquam scholarium temere presumpserit exigere, eundem excommunicationis sentencie ipso facto decernimus subiacere, ex qua nequibit prius absolvi, quam [sit] exactum illi cui

Inprimis autem ad Hierarchiæ ædificium firmandum atque exornandum pertinuit, adeoque non parvi momenti videri debuit consilium, quod idem iniit, cum Canonicos, quorum plerique hætenus per parœcias rurales (quibus præerant) dispersi Aboæ *residere* atque Capituli interesse deliberationibus nequiverant, ad *perpetuam residentiam* adduceret; quod fieri aliter non potuit, quam ut sufficientes illis redditus, aliunde quam ex cura ecclesiarum ruralium habendos, compararet. Quamobrem ad imitationem instituti quod in aliis Diœcesibus totam per Sveciam dudum invaluerat, *Decimas dictas Pauperum*, (utpote ad hos sustentandos olim destinatas (588) atque adhibitæ), ad Canonicos alendos posthac impendi, a. 1486 iussit (589);

ea-

²² tale quid ademptum fuerit, reddiderit cum effectu. Illos eciam simi-
²³ li volumus anathemate teneri, qui *libros scote* scienter alienaverint,
²⁴ aut sibi nequiter usurpaverint, aut causam illis suo neglectu dederint
²⁵ usurpandi; & qui inhabiles sciencia & moribus vel quovis morbo vel
²⁶ vicio laborantes, studiose *presentaverint ad sacros ordines promovendos*:
²⁷ accepius enim non ambigimus fore ipsi Deo nostro, bonorum
²⁸ paucitate quam reproborum numerositate in sua ecclesia deserviri.
²⁹ Datum Abo die jovis, octava Augusti anno MCDLXXXII, nostro sub
³⁰ secreto." *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 71.

(588) Vel ipsa earum denominatio hoc prodit. Præterea expresse docent Leges Provinciales antiquæ, plerisque locis usu invaluisse, ut postquam Decimarum trientem Curatus accepisset, reliquis bellis in tres partes divideretur, quarum prima ecclesiæ parochiali, altera Episcopo, tertia *pauperibus* cederet. Sic *Legg. Ostrogoth.* (*Krisinu B. IX Fl.*) habent: *En lut kirkiu, annan Biskupe, thridia a fatökum mannum.* In *Legg. Westrogoth.* (*Kyrk. Bolk. XIV Fl.*) post verba: *sidan* (ubi suum Curatus trientem abstulit) *skal skipta i threr lötä, een a kyrkia, annan Biscuper, thridia väslir män* (pauperes), Codex recentior addit: *Thridi* (hæc tertia pauperibus assignata pars) *skal skipta i tu; en lot til spetal-sens* (Hospitali), *ock annan havi Bonde hevma medh sik, fatöka manna lot.*

(589) Satis itaque sero in Finlandia fuit hoc consilium adoptatum, quod per Sveciam diu jam obtinuerat; ad quod igitur exemplum

eaque lex deinde ad reformationis usque ecclesiasticæ tempora valuit. Duplices autem in *Registro Ecclesie Aboënsis* (Fol. 17 & 18) servantur Episcopi literæ, quibus magni momenti hoc negotium peregit, eodem die, sc. b. *Luciæ Virginis & martyris*, datæ: quarum unum exemplum

provocans Episcopus noster, in litteris hac de re datis, dicit: *Hvilken fierde dell utgiffues j mesige Sveriges kirkior, ok hether satige tiondh, Ganickom til luelp ok uphâlde.* In Upsaliensi quidem Diœcesi, seculo jam XIII hunc morem initium cepisse, SCHEFFERUS docet, *Not. ad Chron. Archiep. Upsaliens.* p. 37 sq.; qui literis Ducis *Birgeri* allatis demonstrat, iudax hoc consilium, tributum a populo ad alium prorsus usum collatum, ad Hierarchiæ confirmandas rationes adhibendi, primum non sine accedente consensu R. *Erici* (Balbi), Ducis *Birgeri* ac aliorum discretorum terræ (s. ut alio loco habetur, *principum regni*), h. e. eorum apud quos tum summa potestas Reip. residebat, fuisse tentatum atque perfectum (eo, putamus, tempore, cum sub Archiepiscopo *Sarlero* Collegium Canonicorum secularium in Ecclesia Upsaliensi primum institueretur, vid. *ibid.* p. 49): an decimæ pauperum aliæ, quam quæ ex tribus Fulkländis (Tiundia, Attundia & Fierdhundia) provenirent, per Upsaliensem diœcesin neque postea (quod significare SCHEFFERUS videtur) Canonicis vindicatæ fuerint, aliis disquirendum relinquimus. Nostri autem tempore Episcopi, opes Hierarchiæ adeo jam confirmatæ validæque erant, ut nullo Civilis potestatis aut incolarum consensu ad decimas has a pristino & legitimo suo usu transferendas ac loco stipendii Canonicis attribuendas, opus sibi esset; verum ipse, ex plenitudine suæ potestatis eam facere, mutationem, novamque legem Diœcesanis observandam injungere, nemine contradicere auso, haud dubitavit. Apud externos, neque hanc rationem *Decimas* partiendi, neque consilium, ex parte earum, per totam Diœcesin Collectarum, Canonicis stipendia constituendi, adhibitum fuisse, suspicamur; quod Canonix apud eos plerumque videntur fuisse *fundatæ* (h. e. certi fundi sive prædia iis adnexa, ex quorum proventibus stipendium sufficiens haberent; *Præbendæ*, *Beneficia*?). Sane *Decimæ pauperum* quæ sint, explicaturus Dn. DU CANGE (*Glossar.* in hoc Voc.) nullum alium adducit auctorem, quam nostrum SCHEFFERUM; *Decimarum* autem *Canonicorum* nullam prorsus facit mentionem. Ansam tamen *Decimas* suo more dividendi nostrates ex veteri instituto sumsisse, patet, quo olim "universi Ecclesiæ (cujusque) reditus in quatuor partes" (haud semper æ-

emplum Latine, ad *Præpositum & Capitulum Aboënse*, alterum Svecice ad *Curatos & Oeconomos templorum* (Kir-
kipre-

quales) "dividebantur, ita ut prima cederet Episcopo, secunda Clericis, tertia pauperibus, & quarta fabricæ cujusque Ecclesiæ, ut sarta "recta conservari posset." THOMASIVS *Not. ad LANCELOTTI Instit. Juris Canonici* P. II. p. III3. In *Aboënfi* vero *Diœcesi* admodum varia fuisse ratio Decimarum exigendarum constituta reperitur, ex variis pactis & conventionibus olim, primis religionis Christianæ in Finlandiam introductæ temporibus oriunda; quæ cum incolis inire Episcopus & Clerus necesse habebant, ubi hominibus, nulli haecenus vestigali pendendo adfectis, tam grave imponere tributum tentarent; ad quam rem accedebat, quod modo valde diverso vitæ subsidia sibi comparare, terræ hujus incolæ solerent; agro colendo alii, venatu alii atque piscatu, pecoribus alendis alii &c. Porro, nescio quo tempore institutum fuit, ut ex illa Decimarum parte, quæ Ecclesiæ cuique parochiali obtingebat, *Sancto Henrico* (h. e. Ecclesiæ Cathedrali Aboënfi) per totam Diœcesim dimidium cederet; ex qua utraque portione conjunctim sumpta, *quadrantem* in usum Canonicorum subtrahendum atque infundendum Episcopus noster decrevit. In iis igitur Finlandiæ provinciis, ubi Decimæ ex frumento colligebantur (h. e. in ditione *Aboënfi*, *Nylandia* usque ad ecclesiam *Werclax*, *Ostroboetia*, *Alandia*, nonnullisque partheis Satacundiæ), omne *Secale* (*Någ*) quod ex agris quibuscunque redibat, trifariam dividebatur, cujus triens *Curato*, alter *Episcopo*, tertius *Ecclesiæ* cedebat; ex tertia hæc parte, *quadrans* (summæ totius *uncta*) Canonicis dabatur, reliquus *doctrans* in partes æquales inter *S. Henricum* & *Ecclesiam* quamque ruralem dividebatur. Sed *Hordeum*, *Avena*, *Triticum*, *Pisa* & *Fabæ* (*Arter* sive *Bdnor*) *Curatus* & *Episcopus* ita inter se partiebantur, ut nulla inde pars neque ad Canonicos neque ad Ecclesiam perveniret. Omnes hæc Decimæ in terris remotioribus, vendebantur, & collecta inde pecunia Aboam mittebatur. Sed sui loco trientis Decimarum, Episcopus multis locis, (in *Nylandia* usque ad *Viburgum*, *Alandia* &c.) cum incolis pepigerat, ut sibi *Butyrum* traderent, quod vocare moris fuit *Nåb* *heffatt*, (*Nåbheffatt* *Sundr*), scilicet annuatim unam *marcham butiri de quolibet capite virilis vel muliebris sexus, septimum suæ ætatis annum complente*, ut supra vidimus (p. 330, not. cf. p. 517 not.). Frumentum igitur, quod ex Decimis in his locis redibat, in duas æquales partes dividebatur, cum *Secale*, tum *Hordeum*; quarum alteram *Curatus* accipit, alteram *Ecclesia*, cujus rursus portio, modo quo diximus, inter Canonicos, *S. Henricum* & *Ecclesiam* parochialem dispertiebatur. In *Tavastra* tandem atque

kipreste och kirkivåränder) per Dioccesin Aboënsē, scriptum esse reperitur (590). Mirari subit, MESSENIUM hujus tanti consilii vel noticiam habuisse vel mentionem fecisse nullam; unde sequentes quoque scriptores rerum nostrarum latuit. Magis vero adhuc mirandum est, neque apud Auctorem nostrum negotii hujus ullum occurrere vestigium.

C c c c

Ne-

Carelia, ex pacto veteri, Decimæ Ecclesiasticæ numerata pecunia (postquam *Pellium* fatis magnam copiam comparare incolæ porro non valebant) pendebantur, pro *Arcuum numero* (æster *Boga-tal*), h: e. ab homine quovis annum ætatis XV supergresso: quæ pecunia rursus, modo supra exposito, inter Canonicos, S. Henricum & Ecclesiam quamque parochialem dividebatur. Quam omnem rationem ex instituto explicat Præfatio Libri veteris, cujus supra mentionem aliquoties jam fecimus (p. 315 not. 243, p. 474 & p. 536 not. 539).

(590) Literarum Svetice exaratarum exemplum (ex *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 17 sq. descriptum) typis exprimi curavimus in *Foliis Hebd. Ab.* a. 1785, N:o 15. Latinas illas hoc loco subjungimus, quo dilucidius totius rei ratio pateat: "Nos *Conradus* Divina misericordia
"Ecclesie Aboënsis Episcopus, Venerabilibus viris, Dominis Preposito,
"Archidiacono ceterisque Capitularibus Ecclesie nostre prefate, fratri-
"bus nostris in Christo sincerissimis, salutem & perpetuam in Domino
"caritatem. Licet nostre sollicitudinis labor ad omnes nostre dyocesis
"incolas generaliter extendi debeat, quia sapientibus & insipientibus
"debitores sumus; attamen ubi mayus imminet periculum, diligentius
"& caucius est consulendum. Hinc est quod curis continuis & assidua
"meditatione urgemur, ut juxta credite nobis dispensacionis officium
"subditorum commodis jugi, quantum nobis ex alto concessum fuerit,
"sollicitudinis studio intendamus. Cum igitur pre ceteris sacrosancta
"mater nobis commendat ecclesiam Aboënsē, sicut primatum optinet
"ceterarum, & oculis sue limpiditudo se & sibi subjectas regere ha-
"beat & debeat ecclesias, corpusque totum nostre dyocesanæ ecclesie
"illustrare; sic & pre ceteris luce quadam incomparabili sapientie, mo-
"rum & virtutum, ut eminere & nitere debeat, profecto opus fore ar-
"bitramur. Hoc sane licet felicis recordacionis predecessores nostri,
"hujus sedis Præsules dignissimi ac sanctissimi patres, summo circum-
"speccionis studio animadvertissent; ad ea tamen que intendimus, in-

Neque minus celebre ad posteritatem alio consilio nomen Episcopus noster sibi comparavit: nempe quod *Missalem* Librum suæ Diœceseos, diligenter primum revisum, atque ad unam certamque formam exactum, inventæ non multum antea admirabilis ope artis Typographi-
cæ

stituta salubria, quanquam & ipsi temptassent, certis ac rationabilibus causis obnitentibus, non poterant pervenire. Siquidem quanta consideratione, opera atque utriusque hominis sollicitudine circa statum & condicionem predictæ nostræ Aboensis ecclesiæ, postquam ejus, utinam non immeriti Kathedram ascendimus, laboraverimus, non facile dixerimus: presertim qualiter ipsam in structura lapidum viventium, personis videlicet studiosis, sapientibus, gravibus & maturis poterimus adornare, & eandem hujusmodi personarum residentia personaliter decorare. Sed ante hæc tempora quo modo id fieri potuerit, non facile erat medium invenire: ex eo presertim, quod *prebende canonicales admodum paucæ existerant, velut de facto existunt, & etiam ipse non fundate*, ex quibus hujusmodi residentes deberent sustentari. Unde est, quod *major pars Canoniorum dictæ ecclesiæ apud ecclesias rurales residencias duxerat*; matre autem, ecclesia scilicet cathedrali, suis debitis obsequiis in hoc quam plurimum defraudata. Quamobrem, prehabito super hoc maturiori consilio & examine diligenti, summo opere de ratificatione & approbatione Reverendorum patrum, nostrorum successorum Episcoporum fiduciam habentes, hanc nostram ecclesiam ejusque consuetudines, jura & instituta, quoad residencias canonicas, veteris ecclesiæ Svecanæ consuetudini duxerimus in antea confirmari; providentes vobis vestrisque successoribus, Prelatis ac Canonicis, personaliter apud Cathedralam residere, & onera sua consueta supportare, & causis ecclesiasticis superintendere volentibus, *de quarta parte Decimarum ecclesias rurales, communicata porcione beati Henrici* (med *Et Henrichs del inberstnad*), *ex indiviso contingencium, in quibuscunque rebus hujusmodi decime occurrerint, in monetis, in blado, in pellibus, sive tela, aut quavis re aliâ: quam quidem quartam ecclesia Svecana consuevit Decimas Pauperum appellare, usibus Canoniorum residentium deputatam*. Preterea presentibus nostris institutis & decreto vobis vestrisque successoribus canonicè intransitibus, levandi ab universis nostræ diœceseos dictam quartam decimarum plenam concedimus facultatem, & eam inter vos libere disponendi. Et ut majoris firmitatis seu roboris hæc nostra concessio & institutio in per-

cæ imprimendum atque per singulas Ecclesias Fennicas dis-
 perciendum, in usum sacerdotum promptum atque diligen-
 tem curavit: qui primus liber fuit, atque ante Reforma-
 tionem Religionis unicus, quem, in usum Ecclesiæ
 Fennicæ, aut habito singulari ad incolas harum terrarum
 respectu, typis descriptum reperimus. Ad morem reli-
 quorum hujus generis librorum est adornatus. Ex præmissa
 huic Missali præfatione atque approbatione Episcopi elu-
 cescit, hoc curante, librum diligenter fuisse correctum
 atque *ad verum ordinarium* (h. e. typum) Aboënsis Eccle-
 siæ

C c c c 2

fiæ

petuum existere valeat, *concedimus vobis auctoritatem suspendendi, &*
si opus fuerit, excommunicandi quoscunque contradicentes, seu aliter
consilium, auxilium vel furorem (an favorem?) adhibentes, quo minus
dicta quarta decimarum ad manus vestras valeat devenire, cujuscum-
que status existant. Quam quidem suspensionis & excommunicacionis
 sententiam ipsos contravenientes incurrere volumus ipso facto. In cu-
 jus nostre institutionis ac concessionis perpetuam in antea firmitatem
 secretum nostrum presentibus duximus appendendum. Datum in Ko-
 rofs, curia nostra, die beate Lucie virginis & martyris, anno Domini
 MCDLXXXVI. Exemplum Svecanum, quod huic Latino nonnullis
 locis clarius inservit explicando, præterea docet, Decimas illas Canoni-
 cales ex fide jurata (*med en besvoren ed*) quotannis Aboam mittendas fuisse,
 a duobus Clericis, huic negotio præfectis, deinde servandas, administran-
 das atque accurate Canonicis distribuendas, qui ab hoc tempore quo-
 vis die Mercurii in Capitulum venire, consultationibusque & judiciis
 ejus interesse, necesse habebant. Cæterum pænæ severitas, qua in novi juris
 violatores uti Canonicis permittit, satis ostendit, ad quod fastigium domina-
 tio ecclesiastica apud majores nostros jam pervenerat. Quod autem de *pauci-*
tate præbendarum conqueritur, & neque illas esse *fundatas* adjicit; id
 ita videtur explicari debere, ut quæ hætenus institutæ fundatæque ad
 Ecclesiam Cathedralē fuerant Præbendæ, pleræque non solis Canoni-
 cis possent vindicari (inprimis in quas posteri cognatique institutorum
 Jus Patronatus exercebant), neque horum optimatum ecclesiasticorum
 sufficerent lautiori splendidiorique vitæ generi sustentando? Quare
 consultum videbatur, Decimarum parte his assignanda, novum in dic-
 cesanos onus insungere, qui aliunde ecclesiarum & pauperum suorum ne-
 cessitatibus prospicere, hac ope sibi imperiose adempta, deinceps cogebantur.

fiæ exacte conformatum (591) per *Danielem de Egber*,
Theologiæ Professore Parisiensem, atque a. 1488 *Lube-*
cæ per *Bartholomæum Ghotan* typis impressum (592).
Men-

(591) Recte observat Reverendiss. VON TROIL (loco mox lau-
dando, p. 1) *Breviaria* atque *Missalia* Ecclesiæ Svecanæ, quæ tempore
dominantis apud nos religionis Romano-Catholicæ adhibebantur, in omni-
bus Diocesisibus exacte eadem non fuisse, sed pro cuiusque consuetudine, quæ
ex Episcoporum atque Auctorum vario olim iudicio invaluerat, aliquan-
tum discrepasse. Neque fieri aliter potuit, quam ut per librariorum
incitiam atque incuriam exemplaria passim varie corrumperentur, (quod
de suæ Dioceseos Missalibus Episcopus noster in Præfatione queritur);
unde cum typis essent imprimenda, necesse fuit ut ad fidem exemplo-
rum præstantissimorum, maxime quæ in Ecclesiis Cathedralibus adhibe-
bantur, accurate exigenter: quam operam noster per virum eruditio-
nis fama suâ ætate clarum, perficiendum curavit. Unde autem habue-
rit LEXELIUS (Diss. *de causis raritatis librorum*, Upsaliæ Præf. Nob.
IHRE 1743 editæ Part. Post. p. 5 not. g) quod titulo Missalis nostri in-
fultit, illud adornatum fuisse *secundum ordinem fratrum Prædicatorum*,
reficere haud potuimus.

(592) Secundum itaque ordine nostrum Missale fuit, eorum quæ
nova imprimendi arte Antistites Svecanæ Ecclesiæ describenda curabant,
(Missale Strengnesense anno proxime præcedente 1487 apud eundem
typographum e prelo exierat): quod vigilantiam atque diligentiam E-
piscopi nostri satis demonstrat. Nomen Typographi, qui *Bartholom.*
Ghotan in omnibus quas ego vidi librorum a se impressorum subscrip-
tionibus sese vocat, cæteri rectius, sed Nobil. VON STIERNMAN-
Bartholom. Johan de gentis mire scribit (*Tal om de Lårda Vetten-*
skapens tilstånd i Svea Rike, under Hedendoms och Påfvedöms-tiden
p. 59, not. 120); quod sphauma esse typographicum crederes, nisi in
Centuria II Anonymor. ex scriptoribus gentis Sviogothicæ p. I eodem
plane modo corruptum exstaret. Versum scilicet ultimum subscriptionis
huic Typographo solennis, male legerat atque exscripserat, quem
(*Ghotan, de gentis & in urbe Lubeck residentis*) Nob. WARMHOLTZ
(*Biblioth. Histor. Sveo-Goth. Part. IV N° 1776*) & Reverendiss. VON
TROIL (loco indic.) recte expressum exhibent. Ac ipse STIERNMAN-
NUS alio loco (*Tal om de Lårda Vettenssk. &c. p. 61 not. 127*), sub-
scriptionem *Missalis Strengnesensis* adducens, ejusdem Typographi no-
men rectius effert *Barthol. Ghotan*,

Mentionem libri hujus, hodie admodum rari (593), fecerunt plures Bibliographi nostri magis minusve accuratam (594); sed diligentissime descriptus habetur in Reverendiss. VON TROIL laudato a nobis sæpius opere (*Strifter och Handlingar til uplysning i Swenska Kyrko-och Reform-*
 C c c c 3

(593) In paucis Ecclesiis Fennicis ejusdem hodie supersunt exemplaria, atque ea misere lacerata. Completum exemplar vix ullum reperitur; inprimis ubi Præfatio & prima ultimaque folia adsint.

(594) Laudati a nobis nuper, not. 591 & 592. SCHEFFERO nondum innotuerat. Neque apud MESSENIUM, neque apud RHYZELIUM laudabilis hujus, ab Episcopo nostro navatæ in Ecclesiæ suæ usum operæ adhibitæque curæ, mentio ulla occurrit; quamvis jam tum, cum RHYZELII *Episcoposcopia* prodiret, & STIERNMANNI *Centuriæ* & LEXELII *Dissertatio* lucem adspexissent. Mirum autem est, *Missale* nostrum & apud STIERNMANNUM & apud WARMHOLTZIUM *Breviarii Aboensis* nomine laudari, quamvis & a LEXELIO recte *Libri Missales* commemorarentur, & cui oculis usurpare eosdem licuit, hunc errorem mox deprehendere debuisset; STIERNMANNO etiam recte (*Tal om de Lärda Vetensk. &c. p. 59*) utriusque generis differentiam explicante. Rem accuratius exponit Rev. v. TROIL l. c. Cumque Præfatio brevior *Missali* nostro præmissa, & consilium Episcopi & ingenium temporis non obscure prodat, eam hic repetendam esse putavimus. Talis autem legitur: "Reverendus in cristo pater & Dominus, D:nus *Conradus Bysttz*, dei & apostolice sedis gratia preful ecclesie Aboensis. Attendens in sua dyocesi *librorum missalium paucitatem Eorundemque corruptionem non modicam*. Et ex hoc quorundem (quorundam) *sacerdotum celebrantium consurgere turbacionem & indevotionem. Hos libros missales secundum verum ordinarium sue ecclesie* per eximium virum *Danielem de egher*, alme universitatis Parisiensis sacre theologie professorem insignem, optime correctos. Ac mgradliter (magistraliter?) *ex inspiratione diuina* Per honorabilem virum *Bartholomeum Ghotan* pro gloria cristi ihesu, cum summa diligentia In inclita ciuitate lubecensi impressos. Auctoritate ordinaria approbavit & confirmavit Et *singulis sacerdotibus ex eisdem libris missas legentibus & celebrantibus totiens quotiens* De omnipotentis dei misericordia & auctoritate beatorum *Petri & Pauli confisus, quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis si- bi penitentiis misericorditer relaxavit*, Anno D:ni millesimo quadrin-

formations. Sistorien), Vol. III Prat. p. XXII sq. Folio primo, quod frontis sive rubri vicem gerit, super brevem quam exhibet præfatiunculam, figuræ quædam conspiciuntur, tabulæ lignæ incalptæ atque inde chartæ impressæ, quæ attentionem paullo diligentiore merentur. Sedet sc. in medio Episcopus (mitram in capite gestans, dextra manu librum, sinistra pedum Episcopale tenens); cujus sub pedibus jacet homo capite nudo, in sinistra pileum sive galerum (biretum), in dextra securim habens, sine omni dubio barbarus ille qui S. Henricum interfecit, cuique nomen *Lalli* posteriora secula tribuerunt (595); quæ omnia

"gentesimo octuagesimo octavo, die vero. XVII. mense augusti." Præter abbreviaturas quibus scætet, quasque plenis explicuimus literis, cæterum orthographiam & interpunctionis rationem tales dedimus, quales vetus exemplum exhibet. *Danielem de Egger* non cognovimus, quis fuerit? *Breviarium* aliquod *Aboënse* nunquam vidimus; quod vel editum unquam fuisse, tanto dubitamus magis, quod inter fragmina hujusmodi librorum in antiquissimis nonnullis ecclesiis Fennicis residua, nonnisi quæ vel secundum ordinem *Fratrûm Prædicatorum*, vel *secundum consuetudinem curiæ Romanæ* &c. concinnata fuisse dicantur, reperimus. Inter alios vero libros ecclesiasticos, hac ætate editos, atque a majoribus nostris in tales usus adhibitos, in pluribus vetustis invenimus ecclesiis *Psalterium David prophete*, in Folio, sine addita anni nota, quod, ut subscriptio ultimæ subjunctæ paginæ docet, *Bartholomeus Ghotan impressit in Lubeck*. Nec non aliud, cujus indolem explicat subscriptio hujusmodi ultimæ subjunctæ paginæ: "Psalterium Davidis hymnis tam de tempore quam de sanctis adjunctis felicem habet finem: nuperimè haud modica diligentia reuisum ac castigatum. Et in Imperiali ciuitate Lubeck impensis honesti ac probi viri *Petri Geyer* ibidem concius in officina defuncti *Stephani Arndes* impressum. Anno virginæ partus Millesimoquingentesimo primo, Die vicefimasecunda Martii."

(595) Cfr. supra p. 153 sq. Prædium *Lallis* paræciæ *Wemo*, aut ab eo nomen accepisse, aut illi dedisse, (si habitasse ibi existimetur, illudque nomen vere gessisse), potius credas, quam prædii olim Regiæ *Saaris* fuisse dominum. Sed ultra leves conjecturas progredi in talibus non licet.



omnia sanctum hunc Ecclesiæ Fennicæ Patronum imagine illa depictum sisti, manifestum reddunt (596). Scutum vero ante illum erectum, pedes suos tegens, corpusque premens homicidæ jacentis, insigne gentilitium *Conradi* Episcopi spectandum præbere videtur, *Caprum* nempe *nigrum, cornibus rubris, in campo flavo* (si coloribus fidentum est in exemplo Bibliothecæ Academicæ conspicuis, quibus tamen similes etiam exemplum Generosiss. D:ni FREDENHEIM exhibere, accepi) *pedibus posterioribus nixum, anterioribus in altum levatis, quasi saltum daturus, aut pugnaturus* (597). A sinistra parte Episcopus (quod mitra Episcopalis capiti suo imposita demonstrat, post quem adstat Clericus, Canonicus ut videtur, pedum ejus portans), a dextra alius Prælati, genibus uterque provolutus, virum sanctum venerantur; manibus scuta tenentes, quorum alteri, quod Episcopus gestat, *crux rubra in campo flavo*, alteri *stella candens, supra quam crux alba conspicitur, in campo fusco*, inscriptæ habentur. Quumque dubitari vix possit, quin alter horum Prælatorum (post quem Clericus, fortasse Canonicus, junctis manibus quasi orans

(596) Ita enim ubique depictum fuisse,prehendimus. Cfr. PERINGSKÖLD *Monum. Ullerak.* p. 128 (& FONTENII *Diff. de S. Henrico*). Quare ut Aquila Jovem, Pavo Junonem &c. olim apud Græcos designavit; ita *S. Henricum* ex conculcato sub pedibus suis hoc inimico atque interfectore suo mox agnosci putamus: quam rem, in nostro exemplo, etiam veneratio a Prælati adstantibus ei præstita, confirmat.

(597) Eadem insignia, sedem suam in Templo Sagueni olim distinxisse reperimus; de quo in *Diff. illius paræciæ descriptionem exhibente*, (*Beskrifning öfver Sagu sohn i Åbo län* p. 3) a Maxime Rever. Archipræp. CHRIST. CAVANDER olim hic Aboæ (Præside Celeberr. PETRO KALM) 1753 edita legitur: - en Biskops Bänd, ester gamla tidens sätt, wäl utarbetad, uti hwilken också en liten Bock ester gumse i fullt språng, är utsturen. Denna bänd skal Biskopen i Åbo Conrad Bütze låtit upmåttia.



orans conspicitur) sit *Magnus Nicolai de Särkilax* (Stiern-
 Fors), tempore Missalis hujus editi Præpositus Aboënsis,
 (postea Episcopus), quem suæ gentis insignia, ab eo qua-
 si ostensa, manifesto produnt: difficile fuerit, in altero
 illo, Episcopalibus ornamentis insignito, *Conradum* no-
 strum non agnoscere, qui gentilitio scuto S. *Henrico*
 quasi consecrato, in minori illo quod manibus gestat,
 nonnisi crucem, muneris sui signum, expressam offert?
 Sed hæc hæctenus.

Singularem rebus nonnullis Episcopi nostri lucem,
 cum literæ affundant Pontificis Romani ad Præpositum
 datæ Aboënsis (*Magnum Nicolai*, sæpe nobis laudatum)
 antequam ad consilia gestaue Antistitis hujus politi-
 ca consideranda procedimus, illas subjungendas putavi-
 mus (598).

Ex-

(598) "Sixtus (IV) Episcopus, servus servorum dei, dilecto filio,
 "Præposito Ecclesie Aboënsis, salutem & apostolicam benedictionem. Re-
 "gimini universalis Ecclesie, immeriti, disponente Domino presidentes,
 "ad ea partes nostri officii libenter dirigimus, per que Prelatorum ec-
 "clesiasticorum statui valeat & indemnitate provideri. Exhibita si-
 "quidem nobis nuper pro parte venerabilis fratris nostri *Conradi*, E-
 "piscopi Aboënsis peticio continebat, quod ipse, qui tempore quo ecclesie
 "Aboënsi tunc vacanti in Episcopum prefectus extitit & pastorem, iura-
 "mento, ut moris est, prestitio promissit, quod apostolorum limina certis
 "tunc expressis successivis temporibus visitaret, propter parciem illarum
 "a Romana curia distanciam & guerras que in eisdem partibus vige-
 "runt, limina predicta hæctenus minime visitavit, & inadvertenter quen-
 "dam clericum sue dyocesis ad minores & subdiaconatus ordines eadem
 "die promovit, ac dum una cum t. t. *Dacie & Svecie Rege*, a quo
 "tunc ipse Episcopus feuda tenebat, ab ipsius Regis inimicis in certo
 "loco obsidione teneretur, suos familiares ad liberandum se & sua, una
 "cum dicti Regis familiaribus, ad id impulsus jussu Regis prefati misit,
 "qui in bello, in quo hominum strages subsequuta extitit, interierunt, perju-
 "rii & suspensionis ac alias ecclesiasticas censuras & penas in tales pro-
 "mulgatos incurrendo, ac illis ligatus, Missas & alia divina officia cele-



)

(



Ex his literis manifestum fit, non modo *Conradum* nostrum, cum dignitate Episcopali ornaretur, solenni promissile juramento, ut aulam Romanam subinde (certis
D d d d in-

bravit ac alias illis se immiscuit: quare pro parte dicti Episcopi, qui, ut asserit, propterea a divinatorum celebracione jam per annum abstinent & ultra, prout abstinet de presenti & de premissis ab intimis dolet, nobis fuit humiliter supplicatum, ut ipsum ab excessibus ac censuris & penis premissis abolvere, ac secum super irregularitate per eum premissorum accione contracta dispensare, omnemque inhabilitatem & infamie maculam sive notam, ex premissis provenientes, abolere aliasque statui suo in premissis oportune providere de benignitate apostolica dignemur. Nos igitur attendentes, quod sancta mater ecclesia nemini gremium claudat ad eam redeunti, volentesque eundem Episcopum favore prosequi gracioso, ac eum & ecclesiam prefatam a laboribus & expensis, quos eum subire oporteret limina predicta visitando, paternis studiis relevare, discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus eundem Episcopum, si hoc humiliter precierit, ab excessu ac perjurio, nec non sententiis, censuris & penis predictis, auctoritate nostra hac vice duntaxat absolvas in forma ecclesie conveta, injunctis inde sibi pro modo culpe penitencia salutari, & aliis que de jure injungenda, secumque super irregularitate predicta dispenses, aboleasque omnem inhabilitatis & infamie maculam, per eum premissorum accione contractam, non obstantibus premissis constitutionibus & ordinacionibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscunque. Nos enim, si absolucionem, dispensacionem & abolicionem hujusmodi per te fieri contigerit, ut prefertur, eidem episcopo, ut usque ad quinquennium a datis prefencium computandum, limina hujusmodi visitare non teneatur, auctoritate apostolica, prefencium tenore indulgemus, ac ipsum episcopum a juramento predicto, quoad hujusmodi visitacionem, duntaxat dicto durante quinquennio, dummodo ad eam faciendam alias realiter non teneatur, dicta auctoritate absolvimus, volentes juramentum ipsum in ceteris aliis inviolabiliter observari. Datum Rome apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominice MCCCCLXXXIII, decimo septimo Kalendarum Julii, Pontificatus nostri --- (anno undecimo). *Registr. Eccles. Aboins.* Fol. 255. Annum quem expressimus offert ipse textus; sed in rubro ei premissio nostrum apographum habet 1473, (Pontificatus secundum); verius, ut videtur? Hujus Bullæ non meminit Nobiliss, A CELSE (*Apparat, ad Hist. Sveo-Goth.*),



interpositis intervallis), testandæ venerationis & obsequi
caussa, visitaret (599), quod tamen diu jam intermiserat,
gra-

(599) Hoc officium tanto videri sanctius debuit, quanto majus lu-
crum ex talibus Episcoporum, inprimis procul degentium, itineribus
ad Curiam Romanam redundaret; ut instaurationem venerationis & ob-
sequii, novis quasi vinculis subinde firmandi, taceamus. Igitur in for-
mula Juramenti, quod Pontifici Romano præstare Episcopi, *Decretal.*
L. II Tit. XXIV, C. IV jubentur, expresse illis injungitur, ut *Limina*
Apostolorum singulis annis, aut per se aut per certum nuntium visi-
tent; ubi Glossa addit: *vel rarius, juxta chirographum suum.* Ex qui-
bus, ut & praxi nostrorum, patet, Episcopis, longius a Romana sede
remotis, licuisse, longioribus etiam intervallis stata hujus officii pera-
gendi tempora sibi definire. Cumque eadem Glossa significet, obligationem
illam ad Episcopos pertinere qui Papæ immediate subsumt, quales no-
stri non erant; hinc colligimus, his majorem factem præbitam fuisse
in talibus indulgentiam. Sic in formula Juramenti quod præstitit *Mat-*
thias Electus Strengnensis (exhibita ab ÖRNHJELMIO *Hist. Ecclesiast.* p.
516 sq.) legitur: *Apostolorum limina, Romana existente curia citra,*
singulis annis, ultra vero montes, singulis bienniis visitabo, aut per me, aut
per meum nuncium, nisi Et Apostolica absolvar licentia. Petro autem Ar-
chiepiscopo Upsaliensi non nisi *singulis trienniis* hoc officium perficiendum
incubuisse, *curia citra montes existente*, ex literis apud Dn. LAGERBRING
(*Svea Rikes Hist. Del. 3, C. 5, §. 7, p. 353, not. 6*) legendis disci-
mus; quin similes literæ, apud eundem (*Del. 4, C. 6, §. 6, p. 288*)
reperiundæ, Archiep. Upsal. *Henricum* singulis tantum *quadrienniis,*
Romana curia citra montes existente, sedem Apostolicam visitare necesse
habuisse, docent. Quamobrem, cum *quinquenni* veniam ab hoc officio
perfolvendo Papa Episcopo nostro concedat; non fuerit improbabile,
hunc, dignitate Episcopali a Pontifice augendum, sese obligasse, ad vi-
sitationis sive salutationis illud iter *singulis quinquenniis* suscipiendum.
Facile autem intelligitur, perinde fere Pontificibus fuisse, utrum ipse,
vel per legatum aliquem, Episcopus hoc officio fungeretur, modo nu-
mis vacuas is non afferret manus. Ex iis quæ nuper disputavimus,
guerras illas quæ *Conradum* a suscepto debito perficiendo impedi-
rant, bellum fuisse quod cum R. *Christiano* suisque æflectis, tum cap-
ti Archiepiscopi tum R. *Caroli* amici, ac deinde *Steno Sturius*, Regni
Administrator gesserant, facile colligitur. Causam qua nimium suum in
R. *Christianum* obsequium Episcopus noster Papæ excusavit, scilicet
quod ab eo feudæ teneret, adeoque ut Vasallus fidem ei deberet invio-
latam; etiam impulisse nostrum, ut a 1465 Regi *Carolo*, a factione ini-

gravi hinc culpæ obnoxius; sed etiam conscientia quosdam mortuus ideo sensit, quod Regi, *tum temporis, Danie & Sueciae, (Christiano)*, a quo feuda tenebat, auxilio profectus, atque una cum eo obsidione clausus, familiares suos prælii discrimini objecisset, quo cuncti perierant. Ubi & quo tempore hoc factum sit, facillimum definitum non est. Sed cum tamen Regem ipsum, una cum Episcopo, obsessum fuisse, dicatur; *Stockholmia*, aut anno 1643 cum a rusticis tumultuantibus, ac postea ab Episcopo *Catillo*, oppugnaretur, aut anno sequente, cum ab eodem Episcopo ibidem obsidione premeretur (600), contigisse,

D d d d 2 neces-

mica regno spoliato, adversum sese gereret, atque assignato ei a rebellibus Castro Raseburgensi eum arceret, valde verisimile videtur, utpote qui hanc ipse arcem, beneficio R. *Christiani* sibi permissam, eo tempore, *feudi jure* teneret? Quam itaque a rebellibus, se inconsulto, alteri datam, si libenter huic tradere noluit; mirum hoc videri nequit. Postea tamen, rem melius edoctus, Arcem ditionemque Raseburgensem (R. *Christiano* fortassis conscio? cfr. *Chron. Rhythm. Majus* p. 479), *Carolo* tradidisse, noster reperitur. (Vid. *Chron. Rhythm.* p. 480 sq. & *Ol. Petri Chron.* MS. ad hos annos; a quibus res pluribus exposita habetur). Ac cum R. *Christianus* iterum regno abdicatus fuisset, & Regi *Carolo* & Regni Administratori *Stenoni* fidem constantem Episcopus præstitit. Cæterum mox post reditum R. *Caroli* auctoritatem tamen ejus agnovisse, literæ suæ ad hunc Regem (a. 1464 die 9 Novembr.) datæ testantur, a Nobil. LAGERBRING (*Saml. af Handl. i Svenska Hist.* 2 Del. p. 271 sqq.) exhibitæ, quibus se excusavit, quod *Stockholmiam* ad eum venire, sicut jussus erat, non posset; nisi ficta excusatione usum fuisse credas? Nescio an merito? Quum vero *Carolus* regnum brevi abdicasset, Episcopus, rebellium imperio spreto, *Christianum* ut verum dominum suum considerasse videtur, cujus injussu, arcem sibi creditam, quam neque *Carolus* sibi interim eripuerat, huic tradere noluit.

(600) Anno 1463 Episcopum nostrum *Stockholmia* fuisse, HUITFELDIUS etiam confirmat (*Danmarkis Rigis Krønike* p. 898), qui inter Senatores Regni, quorum suffragiis mixus Rex Archiepiscopum custodiæ mandavit, nostrum enumerat. Regem ex *Finlandia* abeuntem comitatus esse videtur? Contra a. 1464 in *Finlandia* mansisse, probabile



neceſſe eſt: quo gravius videri Epilcopi delictum debuit, ſi moliminibus collegarum fuorum ſe oppoſuit, qui pro liberando Archiepiſcopo (*Johanne Benedicti*) contra Regem arma ſumſerant?

Ad merita Epilcopi noſtri de Clero atque Eccleſia ſua, *Fragmentum Palmsköldianum*, ſape nobis laudatum, (quod in vita *Conradi* deſinit), duo addit momenta, nec ab Auctore noſtro, nec aut a MESSENIſIO aut a RHYZELIO commemorata: nempe primum, *Infirmariam* (h. e. Noſocomium) *Clericorum per eum* fuiſſe fundatam; quod inſtitutum, utrum mox interierit, an poſtea etiam fuerit ſuſtentatum, ac quam late ſeſe extenderit? penitus ignoramus. Deinde eundem "etiam ob Divini cultus augmentum & animarum periculum evitandum, quam plurimos de novo inſtituiſſe eccleſiarum Curatos". Quod confirmandis iis quæ ſupra (p. 555 ſq. not. 584) ex occasione conditarum ab illo eccleſiarum *Ijo & Akas*, diſputavimus, egregie inſervit (601).

In

eſt; quo anno non ſolum R. *Carolo* abſentiam ſuam excuſavit, initio Novembr. ſed etiam Aboæ præſens fuit cum Legiſer uterque Finlandiæ Judicium Provinciale (*Lands-Ring*) ibidem haberet, *Förſte Tisdagen i fulle wiku faſto*, ut verba ſonant, quibus Jejunium quadrageſimale ſignificari putamus? Vid. *Regiſtr. Eccleſ. Aboënſ.* Fol. 125. Neque igitur nomen ſuum inter Senatores Holmiæ eo anno verſantes occurrit.

(601) Animi cauſſa ſequens Inventarium penus Altaris Trium Regum, Epilcopo noſtro ſedente conditum, & e *Reg. Eccleſ. Ab.* Fol. 191 deſcriptum, hic adjungemus: "Anno Domini 1480 in craſtino aſcenſionis Domini, tha vare thenne eþther ſereſſne godhå men nârſtadhe oc aſtandhe the ſtycken ſom var i heiga tre Konungha ſkrin, tha Meſther Magnuſ Johanniſ Scholameſthare anamadhe ikrineth till ſigh, pa myns herre Biſcopſ veghna ok Capituli: Förſt Olaff Olaffſon Rodhman, Hans van Alken, Gertrud van Bykken ok Bern ſkriffuare. Tha var ther inne I *Silff bullæ* utan lok, Item I *ſilff ſkoll* utan lok, item 2

In præmium fidei sibi præstitæ singularis, Episcopus noster a 1463 (die 8 Octobr.) a R. *Christiano* confirmationem nactus est Privilegiorum Cleri Ecclesiæque suæ amplissimam (602): quo igitur tempore (post ortos jam inter Regem & capti Archiepiscopi asseclas motus hostiles) *Conradum* Stockholmiæ apud Regem degisse, verisimile est, atque stragem illam familiarium suorum, pro Rege dimicantium, de qua literæ Papæ nuper (p. 572 not. 598) adductæ commemorant, etiam contigisse, credas? Nec multos adhuc optimatum, armis Episcopi Lincopensis (*Catilli* Wafe) rebellibus favisse, inde colligas, quod Regi, initio anni sequentis Stockholmiam redeunti, plurimi fidem suam offerrent (603).

Anno jam superiore (1462) R. *Christianum* petiisse Finlandiam, Aboamque invisisse, tradit Nobiliss. VON DALIN, (*Svea R. Hist.* 2 Del 18 C. 6. §. p. 751) ad auctoritatem provocans *Chronici Rhythmi Majoris*, ab HADORPHIO editi (604): sed anno demum sequente (1463) iter hoc Regis Fennicum fuisse susceptum, nostra docent monumenta (605), adstipulante etiam HUITFELDIO (*Danmarckis Rigis*
D d d d 3 Krö-

”*beslagen horn*, item I par althare listher, item III alna blath sâther,
”item siix besigldhet breiff. Til ytermere vittisbyrdh ok vissâ, tha äre
”thenne scriffther twa ordh fran ordh lydbandhe, som forescriffuit
”staar, affskaarnâ vidh thenne bokstassua a b c d e f g h.”

(602) Ex *Registro Eccles. At.* Fol. 34 descriptas litteras Regis legendas dedimus in *Foliis Hebd. Ab. a.* 1785. *Append.* p. 83 fq.

(603) *Chron. Rhythm. Majus* suo modo canit: *Sva mange Riddare i Sverige boo, The sigha Konung Christiern thera troo.* P. 472.

(604) Ubi annus ab auctore expressus non reperitur, sed HADORPHIUS annum 1463 margini, serioremem adposuit quam par erat; ita acta hujus anni ad superiorem male referens. Cfr. HUITFELD. l. c. p. 397.

(605) In literis Judicialibus *Petri Swerdh & Christierni Frille*, Judicum Territorialium, de prædiis quibusdam Ecclesiæ Cathedralis litæ

Krónicke p. 897), qui simul causam hujus itineris a Rege suscepti, ex literis illius ad Papam (Dominica post festum Bartholomæi s. d. 28 Aug. ejusdem anni, post reditum, Stockholmia datis) hanc affert, quod *irruptionem Russorum* impedire vellet, quam etiam feliciter averterat (606). Russos quidem per ea tempora fines Fennorum, pro more, infestasse, literis quoque Episcopi *Comradi*, anno sequente ad R. *Carolus* datis (de quibus supra) confirmatur; sed irruptionem illorum a Rege *Christiano* adeo non fuisse impeditam, ut ferro igneque Careliam crudeliter vastaverint, indidem simul discimus (607): nisi a reliqua tamen Finlandia spolianda eos prohibuisse, existimare velis? Copiarum autem ex Svecia ad barbaros hosce reprimendos a Rege adductarum, nulla superest memoria.

In-

giosis lata, hæc verba occurrunt: - "Anno Domini MCDLXIII: o næsta daghen åpther sancta Margareta dagh (die 14 Julii) hiolt var nådige Herre Konungh *Christiern*, met Gudz nådh, Sverikes, Norreg, Danmarks oc Götha Konungh, oc Rikens Radh aff Sverige, Råffstingh vid Abo sloth met ålmoganom aff Österlandh." *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 141. Et in literis quibusdam *Matthiæ Syltæ*, Civis Aboënsis, datis "arum epter Gudz byrd MCDLXIII: o ok fempte dagin i Junii "manadh" inter alia legitur: "Och nu i fiordh viid sancte Margarete dagh, then tiid högborin förste, vaar nådige Härre Konungh *Christiern* i landet vary &c."

(606) Verba Regis hoc modo adducit: "at som hand vaar udi "Finland emod Rytzerne, at hindre deris Infald, huilkit (Gud Loff) "oc skeedde."

(607) Scribit Episcopus: - "Pa fama tiidh vi ofs tilreddom, at "fökiå Idher Nåd, singom vi budh oc breff aff Tune Magnusson uua "en stor refning the Rytzer uprest hæffua mot thenne lands ånhden, "som vi och formodhnam at thet och Idher Nåd är väl vitherliget, "hæfs the nest fortidken tiidh brånth och skinnadh hæffua *Sjefkis* och *stere* andre jokner i Carelen." Apud LAGERBRING *Saml. af Handl.* &c, P, II p, 272: cfr. supra p, 575 not. (599).

Inter gesta autem Episcopi nostri Politica vere commemorari meretur, quod non modo pro patria contra Russorum impetus defendenda vigilavit, sed etiam urbium nostrarum sublevandarum curam benignam fovit. Exemplo est Privilegium quod urbi Raumoënsi a. 1476 impertivisse dicitur (608).

R. *Christiani* I in Finlandiam quæ porro fuerint merita, ex iis quæ supra attulimus, iudicium fieri potest: quibus addi possunt privilegia urbi Raumoënsi (a. Jani 1461) ab eo data (609). A Papa autem jus sibi acquisivisse reperimus, *pro se & successoribus suis, præsentandi personas idoneas ad Præposituras vacantes Lundensem, Upsalensem, Slesvicensem, Aboënsē, Lincopensem & Aarhusensem (præter Archidiaconatus & Decanatus aliquot), ita tamen ut*

(608) *Collect. Palmköld. N:o XIV Topogr. T. LVIII, p. 716, & Disp. D:ni M. Sven Mellenii om Sjöstaden Raumo (Præf. Cæl. BILMARK Aboæ 1770 ed.) P. I p. II, ubi ex apographo admodum vitioso typis impressum legitur (sic pro Sten Sture legitur Stims Str. &c.) neque compendiis scriptiōnis, plenis literis, ut decuit, explicatis. Privilegium autem hoc, non ab Episcopo nostro solo profectum est, sed a summi Magistratus, imperium tum apud nos administrantis, delegatis, Proregis & Senatus Regni nomine, esse datum, ipsa inspectio ejus statim docet: quamvis nomen Episcopi primo occurrat loco, more temporis, quo Senatorum laicorum, ac ipsius etiam Proregis, dignitas Episcopis postponebatur. Porro RHYZELIUS dicit (præsentante auctore anonymo, qui Hypomnemata in Juusteni Chron. Episcoporum, Finland. scripsit, MSS. sæpius nobis commemorata), *Episcopum nostrum Gratiævallensibus juræ civitatis & privilegia a R. Carolo acquisivisse*: quæ nos quidem non vidimus, nec habet Auctor *Disp. De Cænobio Nådhenadal*, supra laudatæ, qui contra, adductis literis R. *Christophori* (a. 1741 & 1743 datis) demonstrat, juræ urbica (Köpstads rätt) Nådendalensibus jam tum fuisse concessa.*

(609) *Collect. Palmköld. l. c. p. 714; Disp. om Sjöstaden Raumo l. c. p. 10. Nådendalensibus etiam favisse, ex literis a. 1457 datis colligitur; v. DALIN l. c. §. 3. p. 744 not. (f).*

ut Romanae sedis confirmatio ocius expeteretur (610); quo jure utrum deinde Regibus semper uti licuerit, nobis non constat.

Postquam, mortuo R. *Carolo*, Regni administratio ad *Stenonem Sture* pervenisset, qui Fenniam ille quoque aliquoties adiit (611); cum eo fida Episcopo nostro intercessisse amicitia videtur.

ooo) De hac Arce (quæ illo nomine in honorem S. Olavi primum fuit insignita) ejusque initiis, confuse admodum scribit Nobil. VON STIERNMAN, Höfd. Minne II Del. VII Bok. 1 §. (vid. Fol. Hebd. Ab. a. 1785 Append. p. 224 sq.): illam fuisse olim dictam *Landscrona*, & a. 1300 a Regni Mareschallo *Tborkillo Canuti* conditam, anno vero sequenti a Russis expugnatam; quarum rerum testem laudat *Ericum Olai*. Facile patet, quæ de Castro *Landscrona* a *Tborkillo* in fluvio *Newa* ædificato Historici veteres narrant, (cfr. LAGERBRING *Svea R. Hist.* 2 Del. 17 C. 11, 12 §§. p. 675 sqq.), ea ad castrum *Oloffsborg* (inter lacus

(610) Vid. A CELSE Appar. ad Hist. Sveo-Goth. Sect. I p. 203 sq.

(611) Anno 1472 in Judicio Regio Aboæ habito præfens fuit (*Sancti Olaf's apton*, h. e. die 28 Julii) *Registr. Eccles. Ab.* Fol. 138, 232. Eodem anno libertatem (Frälserätt) prædiis quibusdam Ecclesie Cathedralis concessit, literis datis *Nadendal in crastino S. Petri ad vincula* (Ibid. Fol. 34). A:o 1476 Privilegia Raumoënsium confirmavit, in *Castro Aboensi, die crastino Divi Petri* (cfr. supra p. 579 not. 608) A:o 1478 Aboæ prædium suum *Måkinpää*, in parœcia *Sagu* situm permutationis jure in *Dominum Willhelmum* (*Junker Williom*) nescio quem, suosque cohæredes, transtulit (Ib. Fol. 275 sq.) Cæterum constat, Proregem hunc Arces plerasque Fennicas ab *Erico & Ivaro Tottiis* a. 1470 accepisse, ac illi rursus 1472 commissas, non sine magna difficultate a fratribus ejus recipere postea valuisse. Cfr. MESSENIUS *Schond, T. IV* p. 31, 34, 39, 40, 41, 44. & *Chron. Rhythm. Majus* p. 519 sqq.

cus *Haukivesi* & *Ruokovesi*) in Savolaxiæ parœcia *Sääminge* situm, temere trahit, quod priori illo nomine appellatum a veteribus unquam fuisse, nobis quidem haud constat (612). *Nyflott* autem, hoc est *Arx Nova*, (ut *Wiburgo*, altero ejusdem provinciæ castro, ætate recentior), postea vocari cœpit: quod nomen, vetustiori illo sensim obsolescente, usu tandem solum invaluit. Cæterum, licet hanc arcem anno demum 1477 plene munitam atque perfectam fuisse, recte asserat MESSENIUS (l. I. c. c.), tamen jam (biennio) antea fuisse e ligno primum ædificatam, sed postea curatius atque validius structam, e literis discere licet conditoris *Erici Tott*, quarum fragmentum (e *Collect. Palmsköld. N:o XIV Topogr. T. 61 Cavel. p. 191* exscriptum) inferendum curavimus *Folii Hebdom. Aboënsibus* a. 1793, N:o 15 p. 2. Locum 4. insulam ubi condita fuit, eo tempore ad parœciam *Fokas* pertinuisse (cui adhuc *Sääminge* subjacuisse videtur), ex sequentibus verbis *Fragmenti Palmsköldiani*, (quibus illud finitur), colligere licet: *Hujus* (Episcopi *Conradi*) *tempore castrum Olaffsborg in Fokas propter Ruthenorum furorem erigitur, & oppidum Wiburgense* (muro cingitur &c).

De ipso auctore hujus operis, pro usu ejus temporis sane utilissimi, *Erico Axelii* (*Tott*), quædam supra attu-

E e e e

(612) Dicit quidem MESSENIUS *Schond. T. X p. 21*: "1477 Arx Nova seu *Lanscrona* vel Burgum dicta S. Olai, ab Erico Axelsonio, Finlandiæ dynasta ædificatur in Savolaxia"; qui similiter in *Chron. Rhythm. Finland. p. 39* canit: "Nyflott i Savoland bygger (Eric Axel-son), - *Landscrona* och sanct Olufsborg Det kallar." Sed quo nixus fundamento hæc scripserit, ignoramus. *Schondia* suæ T. IV p. 38 simpliciter habet: "Anno 1477 Arcem Finlandiæ Novam, alias *Munitio-nem Sancti Olai* nuncupatam, Ericus Axelii -- *magis firmavit*;" quæ ultima verba innuunt, etiam antea aliquam ibi munitio-nem, minus licet validam, fuisse? De qua re mox.

tulimus, p. 539 sqq. (613): plura habentur apud Nobil. VON STIERNMAN *Höfd. Minne* P. I p. 14 & 101, P. II, L. V, C. 2, & L. IX, C. 1 (*Fol. Hebdom. Aboëns.* a. 1785 Append. p. 196, 202, 224 sq., 234; Cfr. *Chron. Rbythm. Majus* p. 519 sqq. VON DALIN l. c. p. 781 (614). Quod autem Auctor noster illum vocat *Ericum Absalonis*, (cum Pater tamen suus *Axelius* esset non *Absalon*), ex pravo more ejus temporis provenit, quo nomina Gothica in alia notiora, maxime Biblica, quæ cum iis aliquam soni similitudinem habere viderentur, commutare solebant. Quam ob rem nostrum eo minus reprehendere debuit Nobil. VON STIERNMAN (vid. *Fol. Hebd. Ab.* l. c. p. 225 not.) quod ipse in Operis sui (*Höfd. Minne*) *Parte Priore* (p. 101) observat, famosum illum Magnatem in Sigillo suo appellari *Ericum Absalonis*, quomodo etiam vocari in Indice fratrum *Confraternitatis Trium Regum* supra (p. 476) vidimus.

ppp) Quamvis Arx, bene munita, inter validissima Regni propugnacula diu jam habita fuisset, Urbem tamen muro hactenus caruisse, vel ex hoc loco patet: unde, quod de impune spoliata a. 1411 a Russis hac urbe, veterem annotationem prodere vidimus, (supra p. 410), facile ex-

(613) Ubi p. 541, not. 548, verba & *Olofsburgensibus*, quæ temere irrepperunt, expungenda sunt; nam circa a. 1457 *Olofsburgum* nondum constructum erat.

(614) Iis quæ ex *Registro Eccles. Ab.* ad Nob. STIERNMANNE Catalogum Præfectorum Finland. (*Fol. Hebd. Aboëns.* l. c. p. 203) addidimus, adjungi adhuc potest, quod in *Profesto b. Margarete virginis & martiris* (d. 13 Julii) datis, quibus in favorem *Henrici Tavast* duobus prædiis suis immunitatem a tributò regio (*Frälse: frihet*) impertit, sese ipse vocat *Riddare öf Swerigis Ritis Forestandare på then tiidh* (*Registr. Eccles. Ab.* Fol. 240); & in literis quibusdam privatis a. 1464 vocatur *Hoffmästare i Sverige* (Ib, Fol. 216).

explicatur. Caterum de urbis ipsius ortu atque incrementis, parum scimus; nisi hoc, ob situm loci commodum commerciisque faciendis aptum, & præsidium ab Arcis vicinia speratum, mature habitari cœpisse (615). Fata autem ejus persequi, ad nostrum jam non spectat institutum. Sed quod supra (p. 53, not. 22) nos mirari diximus, unde Nobil. STIERNHÖÖK & post eum multi alii, turpem hauserint errorem, quo Privilegia huic urbi a Rege jam *Erico sancto* concessa fuisse asserunt, atque opportunitatem postea nacti sumus ipsa hæc Privilegia, ex *Collectione Palmsköldiana* (N:o XIV Topogr. T. 6i Carelen, p. 349 & 351) describendi: eadem hic subjungere placet (616), ut lector intelligens judicare queat, quam

E e e e 2

pu-

(615) Anno jam 1318 existisse Wiburgi *Monasterium Dominicorum*, scribit RHYZELIUS *Monasteriol.* p. 309, atque in ejus assertū fidem ad Testamentum provocat Ducum *Erici & Waldemari* hoc anno conditum. Id quidem oculis ipsi non usurpavimus; sed apud Dn. LAGERBRING, qui bis illud diligenter recenset, (*Sv. R. Hist. III Del. I C. 56 §. p. 139, & 55 C. 9 §. p. 536 sq.*), *Wiburgi* nulla occurrit mentio; *Fratrum tamen Prædicatorum Wiburgensium*, posteriori ætate, monumenta nostra, ut vidimus, haud dubiam faciunt mentionem.

(616) *K. Erichs som kallades den Helige, fordom Sveriges Konungs Privilegier för Wiborgs Stad, gifne uppå thet år när man skref efter vår Fräljares och Återlöjares nåderika födelße 1103,*

"Jag Erich med Guds nåde Sverigis &c. Konung, kunnogt giörom
 "thet med thetta vårt öpne Bref allom mannom, svå the nu åre, som
 "the här efter komma skule, at vij hafvom undt och gifvit våre Borge-
 "re, som byggia och boo i vår kiöpstadh Wiiborg stadz rätt, efter ty
 "som Stadz Boken i Upsalom uthviiser. Ty förbiudom vij allom vä-
 "re Fougedom och Embetzmännom, och allom androm choo the hålt
 "åhre, at hindre them i någre motto här emot, så framt the villie vår
 "hulle hafue och vår hämbd fly. In evidentiā præmissorum secretum
 "nostrum præsentibus duximus appendendum,"

Infantiam Artis Criticæ & Diplomaticæ predat summam, qui turpissimis, quibus hæc literæ scatent, vitiiis non offendatur, *Lingua, stilus, le-*

putida vel fraus vel ignorantia eadem vel fabricaverit vel corruerit, quamque exiguam igitur fidem mereantur (617).

qqq) De funesto hoc incendio, Historiæ vetustiori terræ nostræ admodum fatali, merito conqueritur MESSENIUS

NIUS

quendi formulæ, ab ingenio & moribus seculi XI abhorrent. Cujus generis fuit *Liber Urbicus Upsalienfis* (*Stadz Boken i Upsalom*), cui conformanda essent jura municipalia civium Wiburgensium? Aut quis de tali libro aliquid unquam inaudivit? Cogitaveram aliquando, ab *Erico* forsan *Magni* filio, qui a. 1357 Finlandiam adiit, Privilegium tale Wiburgensibus fuisse impertitum: sed exemplum ipsum literarum omni fidei repugnat. Cum nulla temporis nota adjecta sit, unde ineptæ illius epigraphes auctor didicit, *Ericum sanctum* intelligi debere? aut unde annum, quem Chronologiæ omni adversum apposuit 1103, hausit? Sed non attinet hæc pluribus expendere.

(617) Fatetur Dn. STIERNHÖÖK hæc privilegia *suspecta videri posse, nisi Gustavo I & Carolo IX pro authenticis agnita & confirmata essent* (*De Sure Sveon. & Gothor. vetusto* L. I, C. I, p. 20). Non sunt nobis ad manus. literæ Regiæ hæ confirmatoriæ, quæ in *Collect. Palmst.* (l. c.) illæ quoque habentur. Sed nihil probare posse aliud putamus, quam sive fraudem sive oscitantiam hanc recentem non esse: Annotatio PALMSKÖLDII de hac re talis est (p. 287): Denne stadh (Wiborg) är af framfarnæ Sverige Konungar och Föreståndare medh många hærlige Privilegier tiid efter annan begåfvad, hvaribland desse finnas ännu för tiden vid handen (apographa, quorundam saltem?), nämli. K. *Erichs den Hæliges* 1103 (!), K. *Birgers* 1316, 1 Octobris, *Albrechts* 1365, Herr *Carl Ulffsons* och *Knut Carlsons* Riddares af Thyftom 1387, *Hemming Gadds* electi til Lindsöping 1520, K. *Erichs* af Pommern 1443, K. *Carl Knutsons* 1449, K. *Gösta*s I, 1542, 17 Augusti, 1547 2 Martii, 1552, 3 Dec. K. *Johan III:s* 1569, 8 Aug. K. *Sigismunds* 1594, 9 Julii, K. *Carl IX:s* 1600, 12 April, 3 Julii."

Regis autem *Birgeri* Privilegia quæ dicuntur, nihil aliud sunt quam literæ ejus datæ in *Tvinge* (die 11 Octob. 1316), de quibus supra (p. 217) commemoravimus, quarumque præsertim legendam exhibet Nobiliss. LAGERBRING (*Sv. R. Hist.* P. III C. I, §. 35 not. 3, p. 89 sq.). Diligentius perpenfas, ad urbem quidem Wiburgensem, quæ nondum ex-

NIUS (618); jacturam vero hanc sese suo opere aliquatenus compensasse, parum & commode & modeste addit (619).

De urbis autem & templi Aboënsis incendiis supra (p. 537, ubi bis 1448 pro 1458, per errorem irrepfit,) observavimus, illud quod a. 1458 tempore *Olai* Episcopi, ex fulminis ictu urbem afflixisse Auctor noster narrat (p. 25) a Messenio & Chronographo vetusto fileri; qui contra, *Conrado* sedente Episcopo ignem bis Aboæ noxam intulisse

E e e e 3

stitit nihil pertinere, sed significare videntur milites victores, in veteres incolas terræ, castrum circumjacentis, turpem hactenus licentiam exercuisse, atque imprimis feminas ipsorum passim violasse? contra quam potius petulantiam, quam contra veteres mores gentis victæ, hujus feminis præsidium obtulisse, existimes? Cæterum exemplum quod ex *Collectione Palmstöldiana* (l. c. p. 353) nos descripsimus, initio truncum est, tempus datarum literarum exhibente, quod expressum videmus apud Dn. LAGERBRING I. c.

(618) In *Chron. Rhythm. Finland.* p. 38 canit: Men Bispens flott
 "Kustö led nöd, Hvilket brändes allt upp i glöd; *Kyrkiones gamla*
 "bref också, Som gömde voro deruppå: Bispen uppygde det igen, *Men*
 "ei de documenters men." Et in *Schond. T. X* p. 21 scribit: "Castrum
 "In Finlandia Kuustense (leg. Kuustense) cum omnibus ecclesiæ documen-
 "tis Abogianæ concremantur." Quod, si ipsa scripta originalia spectes,
 non multum fortassis a veritate abludit. *Registrum* tamen *Ecclesiæ Aboënsis*, quod etiamnum superest, apographa omnia haud periisse, demonstrat. Simplicius Auctor noster multa Privilegia & literas Ecclesiæ interisse dicit. Annum autem quo hæc calamitas contigit, a nostro non proditum, MESSENIUS ex conjectura definivisse videtur.

(619) *Schond. T. X. p. 21.* "Circa 1471 Arcem M. Conradus instaurat Kuustensem; monumentorum damna nequit; quæ tamen ego aliquatenus hoc libello compensavi." Literarum sane originalium jactura, illa quam Episcopus reparare nequibat, nec a MESSENIUS refarciri potuit. Cæterum collegisse eum sparsa quæ supererant monumenta, ea consuluisse, atque ex iis seriem rerum quæ evenerunt contexisse, grata agnoscat posteritas.

uisse scribunt, anno nempe 1464 ex fulmine, Templum feriente (quod diversum ab illa calamitate quam Auctor moster commemorat, non videri significavimus), & a. 1473, solita hominum incuria. De hoc infortunio vetus Chronographus (quem aliquoties laudavimus): *Aboënsis civitas anno Dni 1473 combusta ex incendio*; unde hausit MESSENIUS (*Sch. X. p. 21*).

r^o) Inscriptionem lapidi ejus sepulchrali (qui jam perit) insculptam, servavit nobis diligentia Nobil. BRENNERI; eam talem recte exhibet Rev. RHYZELIUS: *Sepulchr. Venerabilis Patris Domini Conradi Episcopi Aboënsis Anno MD. CD. LXXXIX: D. 13 Martii*. Unde corrigenda est quam minus accuratam dedit *Chron. Episcopor. Spegelianum*, in vita nostri.

Superfunt quædam, Auctori nostro non tacta, de statu Ecclesiæ & Civitatis in Fennia, quamdiu utriusque gessit curam Episcopus *Conradus*, pro instituto nostro breviter commemoranda.

Primum *Cænobiis*, quorum quidem certa superest memoria, VI patriam hanc nostram hoc jam ævo fuisse vel instructam vel gravatam, reperimus: horum novissima nunc demum accessisse videntur. I. *De Aboënsi (S. Olavi)*, Dominicanorum, omnium in his terris antiquissimo, aliquoties jam commemoravimus (620), in ea parte urbis sito quæ hodieque appellationem inde retinet (621). 2. *De Næ-*

(620) P. 209, 213, 237 sq, 297 sq, 408.

(621) Klofret, Kloster-quarteret, Kloster-gatorna. Rudera nulla, ac vix vestigia (quæ non longe abhinc tempore, spectare adhuc licuit) jam supersunt.

Nådendalensi, Birgittinorum, & Fratrum & Sororum, etiā factis pro nostro consilio, diximus (622). 3. *Raumoënse*, Franciscanorum, etiā illud jam ante hanc ætatem floruisse, indubium est; licet nonnisi pauca, præter ea quæ Rev. RHYZELIUS tangit, ejus hodie supersint vestigia (623). 4 & 5. *Wiburgensium* alterum Dominicanorum, alterum Franciscanorum fuit: utriusque meminerunt in testamento suo nuper indicato (a. 1453) *Henricus Clauson* & conjux sua *Lucia Olavi* (*Fol. Hebd. Ab. l. c.*). Illud vero monasterium anno jam 1450 prædia possedisse, ex literis supra (p. 525 sq. not.) allatis constat (cfr. etiā p. 583 not. 615). Hoc, sive *Franciscanorum*, anno demum 1481 (adeoque *Conrado* Ecclesiam Fennicam gubernante) exstructum fuisse, ex inscriptione ei addita demonstrat RHYZELIUS (l. c. p. 310 sq.). Singulare autem est, quod fide ÖRNHELMII idem adjicit: Capitulum Provinciale hujus ordinis ibidem a 1486 habitum fuisse, a *Ministro* (?), Reverendo Doctore (D.no?) *Magistro Stephano*? 6 *Kökarensis*, Franciscanorum (ut putatur), adeo incerta ætas est, ut an nostro *Conrado* superior fuerit, definire haud valeamus: cf. RHYZELIUS l. c. p. 301 & 305: qui anno 1485 huic Cœnobio, *Conradum Hartvici* pro sua uxorisque suæ anima, prædium & agros testamento dedisse narrat, cujus exemplum ubi lateat, ignoramus: aliud fuisse oportet, quam Testamentum a.

1484

(622) Supra p. 407 sq. 450 sq. 486 sqq. 549 sqq.

(623) Cfr. Disp. D:ni MELLENI supra cit. (*om Sjöstadew Raumo*) P. I p. 14 sqq. In testamento *Henrici Clauson* (*Dieken*) uxorisque suæ *Luciæ Olavi* (a. 1453 d. 7 Mart.) cujus meminit Nobil. VON STIERNMAN *Höfd. Minne* P. II, L. VIII C. 2 (vid. *Fol. Hebd. Ab. a. 1785 Append.* p. 193) frumenti portio *Claustro* etiā *Raumoënsi* legatur. Ac in alio testamento ejusdem *Luciæ Olavi* (scripto d. 25 Maji 1451, RHYZELIO, *Monasteriol.* p. 300 commemorato, (qui tamen male illam *Cesiam* vocat), frumentum huic *Claustro* similiter tribuitur.

1434 a viro eodem conditum, quod in Fol. Hebdom. Aboëns. a. 1784 (p. 257 sqq) legitur, quoque nonnisi certam frumenti pondus eidem huic Cœnobio legavit.

Addit his duo præterea Monasteria Rever. RHYZELIUS, quæ in Finlandia nostra olim floruisse atque Sororibus sive Virginibus fuisse consecrata, dicit: nempe *Aboënsē*, quod ad Ordinem S. Dominici pertinuisse putat, & *Corosensē*, non longe ab eadem hac urbe situm. Sed neutrius existentiam idoneis posse argumentis probari, existimamus.

Quod ad *Aboënsē* illud attinet, neque mentionem ejus ullam in veteribus factam monumentis reperimus, neque locum ejus in urbe, ulla fama indicavit. VASTOVII testimonium, æque parum ac RHYZELII auctoritatem, ad utriusque confirmandum assertum sufficere, supra (p. 358 sqq. not. 312 & 313) observavimus: ac si vere ab Episcopo *Johanne* Petri illud fuisset institutum, ab Auctore nostro vix credas, in meritis ejus, silentio potuisse prætermitti? Quod autem addit RHYZELIUS, de prædiis Testamento a *Matthia Olavi*, Curato in Jomala, a. 1414, & a *Cecilia Philippi*, Vidua Nicolai Kurck, huic Cœnobio virginum legatis; rem adhuc magis turbat. Nam posterius quidem hoc legatum, non Cœnobio Virginum Aboënsi (ante LX annos condito) sed monasterio *S. Annæ Resoënsi*, nuper inchoato, a. 1433 aut 1434 relictum fuisse, aliunde discimus (624). Unde RHYZELIUS ipse subjungit: "Thet hafver man ock funnit, "at theta kloster" (Cœnobium Virginum Aboënsē, a. 1370 conditum?) varit nämndt *S. Annæ Kloster*; men om thes be-

(624) v. STIERNMAN *Höfd. Minne* V B. 2 C. (Fol. Hebdom. Ab. 1785 Append. p. 191): ex cujus tamen verbis haud liquet, utrum testamentum hoc a. 1433 an 1434 scriptum fuerit?



fidium asserti *Vastoviani* testimoniis monumentorum quæ de Cœnobio *S. Anne* agunt male arreptis, ipsum sibi nos dos nexuisse, atque novis tenebris rem per se obscuram operuisse. Nobis verisimile videtur, VASTOVIVM quod de fundato a *Berone II* Cœnobio *Virginum Coroifensi* alicubi repererat, ad Episc. *Johannem* ex errore transtulisse, & annum institutionis ex conjectura (vel numerorum forte notis vitiosis deceptum) addidisse? *Monasterii* certe *Aboënsis*, (S. Olavi,) in numero singulari, sæpe facta in monumentis hujus ævi mentio, aliud aliquod in eadem urbe simul haud viguisse tale institutum, non obscure prodit (629).

De Cœnobio *Coroifensi* (illo etiam *Virginum*) cujus ab Episcopo *Berone II* instituti ipse Auctor noster disertam facit mentionem (p. 17), non minus dubiam nobis tamen hæere mentem, supra jam significavimus (p. 406 sqq. not. 360). Ad quem illud pertinuerit ordinem, nusquam indicatum legimus. Neque ulla ejus (si locum Auctoris nostri excipias) alia nobis obvia fuit in monumentis vetustis memoria. Fragmentum *Palmisköldianum* ejus fundati, inter merita *Beronis*, non meminit. Quam parum accuratam VASTOVIVS hujus Cœnobii tenuerit notitiam, vel inde liquet, quod illud (*Corfense* appellans) in *Alandia* collocavit, cum *Kökarensi* sine dubio confundens

(629). Sic in Testamento suo *Torstanus* Curatus Ecclesie *Wiburg.* a. 1265 legavit Cœnobio *Aboënsi* (*Cloftrero i Abo*) L. *Marcas* (vid. *Fol. Hebd. Aboëns.* a. 1785 *Append.* p. 25), & Episcopus *Conradus* in literis super curia b. *Erici* a. 1485 datis, scribit; "Huilkén gord vi finge aff *Abo closter* (a *Claustro Aboënsi*) nw fore XXX aar &c." Quo igitur tempore adhuc unicum in hac urbe fuisse patet. Cæterum monumenta quædam ad Cœnobium hoc pertinentia typis impressa habentur in *Fol. Hebd. Ab.* 1789 p. 360 sq. & a. 1793 N:o 43.